F. II.

GENEALOGIÆ
VIGINTI ILLUSTRIUM
IN ITALIA FAMILIARUM
IN TRES CLASSES

Secundum totidem Italiæ Regiones Superiorem, Mediam & Inferiorem divisæ, &

EXEGESI HISTORICA PERPETUA

Illustratæ

INSIGNIUMQUE ICONIBUS

exornatæ

Studio ac Opera

JACOBI WILHELMI IMHOFF.

Consiliarii & Quæstoris ærarii Norimbergensis.

Accedunt in fine de Genealogia & Insignibus Familiæ

DE MEDIOLANO-VICECOMITUM

In Belgio jam florentis Epistolæ duæ ab Illustri Viro ex ea orto ad Autorem hujus operis scriptæ.



AMSTELODAMI,

Ex Officina FRATRUM CHATELAIN.

ANNO M. D. CCX.

In Hiſtoriam Italiæ Genealogicam

NOBILISSIMI ET STRENUI VIRI,

D. JACOBI WILHELMI IMHOFF,

Patricii ac Conſiliarii Norimbergenſis Reipubl.

COnveniſſe ſuis iterum jam Nomina rebus
Doctum, Imhoff, mundum, nomine reque docet.
Nomen ab aula oritur, ſed rem velut aulicus imples,
Arcana aularum pandere, nempe potes.
Quid magis arcanum quam prima ab origine, ſacrum
Te duce magnorum pandere Stemma Patrum?
Pandere perge, precor: ſed ſcito Imhoffie, laudes
Pandere te proprias, ingeniumque ſimul.

AD EUNDEM.

STemmata Magnatum pandens Imhoffius orbi
Pandit virtutes, ingeniumque ſimul.
Verſaris ſcriptis externis exter in Aulis
Qui tamen in propriis ſedibus ipſe manes.
Perge, tuis Cœptis plaudit Germania, plaudit
Hiſpanus pugnax, Italicuſque Polus.

Mœcenati publico

fecit

JOHANNES PETRUS HOLTHAUSEN, I. V. D.

Sereniſſimi Principis Electoris Palatini
Conſiliarius.

AD PRÆNOBILEM ET GENEROSUM
D. JAC. WILHELMUM IMHOFF.

ARma, viroſque canis, quos facta, togaque, ſagique,
Illuſtres reddunt, ipſaque fama colit:
Quam doctè ſcribis, qua ſint ab origine nati,
Quot numeret ramos arbor, Avoſque Domus.
Imperium per Te novit ſua ſtemmata, novit
Anglica nobilitas, Te præeunte, ſua.
Nunc aliò Te cura vocat, labor alter, utramque
Heſperiam, Stirpes, arma, viroſque doces:
A Te lumen, ait, lego, Luſitanus, Hetruſcus,
Auſonius, Gallus, Teuto, Britannus, Iber.
Arma, viros, lucem generi eſt, mihi credito, majus
Reſtituiſſe decus quam genuiſſe genus.

Accinebat
JOHANNES BUCHEL,
Sereniſſimi Electoris Palatini
Bibliothecarius.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

FORTUNAM, quam in omni re dominari Cr. Sallustius olim dixit, in Musarum quoque rebus regnare Erasmus Roterodamus, in earum castris enutritus, non verè magis, quàm scitè, scripsit ad Ludovicum Vivem. Certè fortuna, quasi industria, sic adgubernante fit, ut, quæ in hoc Volumine exhibentur Genealogiæ Stirpium Italicarum, jam ante decem, & quod excurrit, annos conscriptæ, quæque pars esse debebant Historiæ Genealogicæ Italiæ & Hispaniæ, Norimbergæ, Germaniæ Superioris urbe, excudi cœptæ, jam seorsim & in Germaniæ Inferioris emporio nobilissimo, clarissimisque hominibus & liberalissimis studiis affluente, in lucem publicam emergant, & licet aliter, nec sic tamen malè, succedat institutum nostrum; à quo equidem jam aliqua facta est discessio, cum biennio abhinc Stemma Regium Lusitanicum evulgarem, quippe quod etiam de numero familiarum, quas in dicto opere recensere constitueram, excerptum fuit: cernens enim vix fore, ut quo cœpi vento & cursu portum teneam, malui mutata velificatione eò tendere, atque aura uti, quæ nec opinanti ex dicto adspiravit climate: benevolentiam innuo, Viri humanitate pari atque ingenio præditi, Domini *Châtelain*, Amstelodamensis inquilini, egregio & splendido Atlantis Historici opere, Gallico idiomate composito, clarissimi. Hic enim nostros aliquid putans fœtus, obstetrices eis sua sponte obtulit & porrexit manus, factoque in duobus opusculis nostris, Stemmate videlicet Lusitanico supra memorato, & Commentatiuncula Gallica de Magnatibus Hispaniæ, periculo, ut præsentes etiam lucubrationes publici juris fierent, curæ sibi habuit cordique. Nulla in eis apponitur crambe recocta, sed aliæ hic proferuntur Stirpes ab illis, quas alibi descripsimus; Fas quippe erat eum in modum adornare hoc opus, ut in priora, eorumque editores, nihil inde redundet damni, utque peculiare non videretur tantùm, sed revera esset. In delectu familiarum, quas repræsentat, non tam optioni nostræ locus fuit, quàm casui, qui ubique valet: foro videlicet, & eo, quod obvium & parabile, utendum erat; quoad numerum verò earundem, mediocritas in consilium adhibenda fuit, quæ cùm in plerisque rebus, Ciceronis effato, sit optima, in parergis est necessaria. Inter ipsos Italos tritum est sermone proverbium, quo vetant amplecti, quod nimium est: *chi troppo abbraccia*, ajunt, *nulla stringe*. Hinc videmus præstantissima in gente ista scriptorum ingenia, certis Stirpibus, uni eidemque provinciæ insitis, immorari

maluisse, quàm latè divagari. *Crescentium* constat, Mediolanenses tantum familias in Amphitheatro suo Romano explicuisse, & in aliis operibus suis illis vicinas delibasse: *Admiratum* in scriptis suis Genealogicis Florentinas solùm & Neapolitanas tractasse, in posterioribus etiam *Carolum de Lellis* substitisse; quemadmodum *Gamurrinius* quoque in illis tantùm, quæ apud Tuscos & Umbros clarent; *Mugnius* autem in Siculis stylum exercuerunt. *Aldimarius* in sola Carafensi familia acquievit, sed tam scitè & luculenter descripta, ut ei similis nondum in Italia sit visa. *Sansovinus* & *Zazzara* soli nullos intra limites se continuere, sed passim degentes familias scriptis suis illustrarunt. Hos imitari, mihi, nulli in solo Italico glebæ adscripto, integrum esse putavi, hincque ex omni amœnissimæ hujus regionis parte, collectæ Stirpes hic apparent, in classes tamen digestæ, ne scilicet, quas cœlum conjunxit, ego divellerem.

Quoniam verò vix aliud datur studiorum genus, in quo minor est facultas proprio promovendi Marte, quàm studium Genealogicum, quippe quod circa meras res facti versatur, talesque, quæ in penetralibus peraguntur; adjutoribus hic etiam opus habui: quo nomine laudandus mihi iterum iterumque est, Vir omni nostra laude major, & fama super æthera notus, ANTONIUS MAGLIABECHIUS, Celsissimi Magni Ducis Etruriæ Consiliarius & Bibliothecarius, is pro ea, qua pollet, apud omnes litterarum amantes, existimatione, passim excitavit Viros rerum peritos, sacri & secularis ordinis, ita ut adjutum ornatumque hoc opus certatim irent. In censum priorum veniunt *Thomas Saladinus*, Episcopus Parmensis, vivis interea exemtus, *Bernardus Benvenutius*, Prior ad S. Felicitatis in urbe Florentina, & P. *Hieronymus Maria de S. Anna*, Neapolitanus: hi æmulos habuere, Illustrissimum Comitem *Dianam Palæologum*, Serenissimi Ducis Massæ Consiliarium, *Prosperum Mandosium*, Equitem Romanum, & *Lud. Antonium Muratorium*, Archivarium Mutinensem. Verùm ex Gallia quoque nonnihil allatum est opis, *Carolo Hozierio*, Regio Consiliario & Custode Codicis generalis insignium, vetere Fautore nostro, symbolam suam alacriter conferente, & egregiam de Biragis, Salviatis, & Strozziis, qui in Gallia fortunarum sedem repererunt, notitiam suppeditante. Quod autem exteris testimonium reddo, eo non fraudabo Virum popularem, cum quo nupera quidem, sed multis jam ab eo officiis confirmata, mihi intercedit amicitia, videlicet *Joh. Petrum Holthusenium*, Consiliarium Electoralem Palatinum, is à Serenissimo Hero suo, Romam superiore anno missus, operam suam, in explorandis, quæ mihi deessent, & novissimè in familiis, quas tractarem, contigissent, perbenigne obtulit & navavit.

Cæterum de Hispanicis Stirpibus, quas Italicis mixtas edere primitus instituеram, quid futurum sit scire cupienti, id solum habeo quod dicam; paratas equidem esse ad typum duodecim Genealogias, Exegesi Historica instructas, videlicet *Cordubensem*, *Cuevanam*, *Guevaren-*

varensem, *Guzmanicam*, *Larano-Manricensem*, *Mendoziam*, *Osoriam*, *Pontiam de Leon*, *Portocarreriam*, *Silvanam*, *Toletanam* & *Velascam*; sed editionem earum sperabilem, ut cum Plauto loquar, non esse, de qua etiam non magnopere laboro, postquam Gallicum illud, de Hispaniæ Magnatibus Syntagma, superius memoratum, & ad ævi præsentis genium attemperatum, publici juris factum, eoque fides mea liberata est aliquatenus.

Superest, ut antequam præfandi finem faciam, de Appendice operi huic adjecto, nonnihil addam: exhibentur in eo epistolæ duæ, Gallica lingua elegantissimè & humanissimè ad me scriptæ ab Illustri Barone, *Daniele de Mediolano-Vicecomite*, Senatore Ultrajectensi, postquam duo opuscula nostra, initio dicta & Amstelodami excusa, in manus ejus pervenissent. In illis scitè pariter ac doctè disquirit, primùm de scuto, quod Comes Galeatius Gualdus Prioratus Vicecomitibus Mediolanensibus tribuit, deque insignibus, quibus antiquitus usos esse perhibet, in Stemmate nostro Desideriano pag. 254. repræsentatis; disserit dein de Aquila Vicariatus Imperialis digmate, quod Matthæus Vicecomes, cognomine Magnus, ejusque posteri, cum avita tessera, colubra nempe, in scutis suis conjunxerunt, nec non de leone, quo Sommæ Toparchæ, sua distinguere consueverunt, hocque Sommæ dynastiam designari censet. Suæ postea Familiæ incunabula pandit, docetque referenda esse ad Johannem Vicecomitem, qui Barnabæ, sive Bernabovis Vicecomitis, Condomini Mediolanensis, nepos è filio tertiogenito, Ludovico, fuit, sicque comiter me levat errore, in quem adductus fueram, persuasus Johannem illum Vicecomitem prole caruisse: enim vero asserit, istum, ut propinquorum persecutiones effugeret, in Comitatum Astigiensem se recepisse, & uxore ibi ducta filium genuisse, qui Italia relicta, in Belgium larem transtulerit, illic posteros ejus Insulis Flandriæ primùm, dein Ultrajecti partim, partim Mechliniæ domicilium instituisse, stirpemque suam pulchra & felici fœcunditate propagasse; id quod patet ex Tabulis Genealogicis, quæ epistolis subjunctæ sunt. De insignibus præterea agit, quibus Majores sui usi sint, eaque constitisse, ait, scuto transversim secto, cujus pars superior Aquilam Regum Romanorum, inferior anguem Mediolanensem exhibuerit: ex quo autem à Leopoldo Imperatore gloriosæ memoriæ, recognita fuerit vetusta & splendida gentis suæ nobilitas, in eam scutum sibi suisque mutatam esse formam, qua conspiciendum in limine Appendicis dedimus, quaque Vir laudatus in epistola sua secunda, verbis ex Diplomate Cæsareo excerptis, id descripsit, ex quo illa etiam verba paulò post referre haud est gravatus, in quibus mentio fit originis, inclytæ Vicecomitum stirpis: eam à Duce ERMENULPHO, ejusque filio DESIDERIO, Longobardorum Rege, derivari cum Summus dixerit Princeps, parùm refert, imò nihil, quod aliquis obstrepat umbraticus doctor, suo ingenio relinquendus. Silentio denique non debet præteriri, agnosci omninò à Vicecomiti-

bus

bus Mediolanensibus consanguinitatem Belgicorum, id quod cognitum habeo ex litteris, quas ad sæpe memoratum Dominum Baronem Danielem Excellentissimus Marchio Pyrrhus Vicomes, Ducatus Mediolanensis in præsentia Cancellarius, & Magnas Hispaniæ, qua dignitate à Rege Carolo III. mactus est, scripsit, his inter alia verbis usus suo idiomate: *confermo a V. S. Illustrissima la gloria precisa, che mi fò d'aver costi un cosi degno Padrone e Parente.* Frater modo laudato Cancellario est Hannibal Marchio Vicecomes, qui inter summos militiæ Cæsareæ Duces locum meruit, famamque virtute ac fortibus factis sibi peperit egregiam. Sanguinem hos ducere accepimus de stirpe Vicecomitum Dominorum *de Brignano*, quorum aliqui Tabula XXXIII. Stemmatis Desideriani enumerantur. Hæc sunt, quæ Lectorem benevolum scire volui; jamque

SCRIPSI, ATQUE ABSOLVI DEDERAT QUÆ PENSA MINERVA,

Plaudite!

C I-

CLASSIS PRIMA

QUA NOVEM

IN SUPERIORE ITALIÆ REGIONE

quam GALLIAM CISALPINAM vocant

eminentes florentesque Familiæ continentur

videlicet

CIBOA, Ducum Massæ & Principum Carrariæ,

FARNESIA, Ducum Parmæ & Placentiæ,

PICA, Ducum Mirandulæ & Concordiæ,

BIRAGA, FERRERIA,

HOMODEORUM, JUDICUM,

SFONDRATIA & TRIVULTIA.

CIBORUM

DUCUM MASSÆ ET PRINCIPUM CARRARIÆ GENEALOGIA.



CIborum S. Cyborum insignia *fascia* constant *diagonali, areæ rubeæ inducta* & *tessellis argenteis cæruleisque distincta*; istæ quoniam mathematicorum *cubo* haud sunt absimiles, à quo nomen familiæ derivare amant, insignia hæc illis accensentur, quæ Gallorum fecialibus *armes parlantes* audiunt. Guilielmo Cibo Genuensis Resp. *cephalum* addidit, civitatis suæ symbolo insignitum, quod *rubeam crucem in argenteo* repræsentat *solo*. Huic *aquilam Imperialem* fastigii instar imposuit Albericus Cybo, postquàm Principis S. Rom. Imperii dignatione mactus fuisset, adjecto vocabulo *Libertatis*, denotando Juri Suprematus, quo Massæ imperitat. In memoriam verò Richardæ Malaspinæ, quæ Massam Carrariamque in Ciborum domum transtulit, idem Albericus *Malaspinensem* quoque tesseram adscivit, quæ in campo *ex auro & minio transversim secto spinam viridem & florentem* refert; hanc Carolus, ejus nepos, limbi instar scuto apposuit, eo quo hic exhibetur modo. In præsentia ita scutum suum Massæ Carrariæque Principes disponunt, ut quadripartitum, primâ & extremâ quadrâ insignia *Cibonia*, secundâ *Atestina*, tertiâ *Malaspinensia* complectatur, in meditullio verò parmulam, *Medicæum* digma ostentantem, sustentet; designandis nempè affinitatibus, quæ Cibis cum familiis istis contractæ sunt.

 CIBO-

CIBORUM PRINCIPUM

I. CIBUS CYBO, Francisci & *Mariettæ Auriæ* F. vixit an

II. Guilielmus Cybo, vixit 1327. *Blanchinetta Hisca.* — Gabriel Cybo.

III. Franciscus Cybo, COMES de GRAGNANO cr. à Roberto Rege Neapol. 1340. *Moscetta Carmandini.*

IV. Alaon Cybo, Comes de *Gragnano* 1353. *Nicoletta Marini.*

V. Mauritius Cybo, vixit 1395. *Saracina Marncella.*

VI. Aranus Cybo, Prorex Neapolit. Præfectus Romæ, † 1457, æt. 80. *Ginevra* al. *Maria de Mari.*

VII. Johannes Baptista Cybo, nat. 1432, *Episcopus Savon. & Melpheus, Rom. Eccl. Cardinalis* cr. 1473, PONTIFEX MAX. 29. Aug. 1484, dictus INNOCENTIUS VIII, † 25. Jul. 1492.

VIII. Franciscus Cybo, COMES ANGUILLARIÆ & FERENTILLI, Generalis Ecclesiæ. *Magdalena de Medicis, Laurentii f. Leonis X. Papæ soror, ducta* 1487.

Theodorina Cybo, nupta an. 1477. *Gerardo Usodimari, Genuensi, in Ciboam familiam arrogato.*

IX. Laurentius Cybo Comes de *Ferentillo, Sdevetralla, Montgiove & Jano*, MARCHIO MASSÆ & CARRARIÆ, per uxorem *Richardam Malaspinam, Alberici March. Massæ & Carrar. filiam, Scipionis Flisci conjugem, ductam* 1520.

Innocentius Cybo, R. E. *Cardinalis*, cr. 23. Dec. 1513. *Archiepisc. Genuens. Abbas S. Victoris Massiliens.* † 13. Apr. 1550.

X. Julius Cybo Comes de *Ferentillo*, † improlis 1547. *Peretta Doria, Jannetini soror.*

Albericus Cybo Malaspina, nat. ult. Febr. 1532, PRINCEPS S. IMPERII & *Massæ*, cr. 1568, DUX de *Ayello*, Marchio *Carrariæ, Laventiæ & Montæ*, Comes de *Ferentillo*, Baro *Padulæ, Beneventanæ* & S. *Ecclesiæ Rom.* natus Genuæ 28. Febr. 1532, † Massæ 18. Jan. 1623.

XI. (1) Alderanus Cybo Malaspina, Marchio Carrariæ, n. 19. Dec. 1552, † 4. Nov. 1606. *Marfisa d'Este, Francisci ex Duc. Ferrar. fil.* 30. Jun. 1580, † 15. Aug. 1608.

(2) Eleonora, nat. 19. Sept. 1564, nup. *Augustino Grimaldo Duci d'Evoli*, † 8. Oct. 1585.

XII. Carolus Cybo Malaspina, Princeps *Massæ*, Dux *Avelli*, March. *Carrar.* nat. 19. Nov. 1581. † 24. Febr. 1662. *Brigitta Spinola, Jannetini March. de Calico* f. 22. Febr. 1605. † 22. Jan. 1660.

Franciscus Cybo, n. 1584, † 13. Jun. 1616.

Eduardus Cybo, n. 6. Mart. 1585, †

XIII. Albericus, Dux Massæ & Princeps Carrar. nat. 22. Jul. 1607, † 29. Jan. 1690. *Fulvia Pica, Alexandri Duc. Mirandulæ* f. 1626.

Marfisia, n. 17. Nov. 1608, † 26. Mart. 1612.

Maria, n. 29. Dec. 1609, nup. *Galeotto Pico, Duci Mirandulæ* 1626.

Veronica, n. 10. Dec. 1611. nup. *Jacobo Salviati Duci de Giuliano.* † m. Sept. 1691.

Alderanus *Cardinalis & Decan. S. Collegii*, n. 16. Jul. 1613, † 22. Jul. 1700.

XIV. Carolus Dux Massæ & Pr. Carrar. n. 9. Jun. 1631. *Theresia Pamfilia, Camilli Pr. S. Martini* f. 1673. † 1706.

Laura, n. 1628.

Catharina, n. 1630.

Maria, n. 1632.

Alexander, n. 12. Dec. 1633.

Constantia, n. 29. Dec. 1634.

Johan. Baptista, n. 5. Dec. 1635, † in Sicil.

XV. Albericus, Pr. Carrar. n. 30. Aug. 1674. *Nicolina Grillo Marchionis Marci Antonii Grillo, Genuensis* fil.

Fulvia, n. 26. Sept. 1675.

Olympia, n. 8. Oct. 1676.

Maria Magdalena, n. 13. Sept. 1677. † 20. Jul. 1678.

Fulvia Maria, n. 18. Jun. 1679.

MASSÆ ET CARRARIÆ SCHEMA.

no 1310. & circiter. Uxor, *Lauretta Catanea.* I.

II.

Balthafar Cybo. *Marietta Catanea.*	Julianus Cybo.

III.

Carolus Cybo, Roberti Regis Confiliarius, Præfectus Capuæ, Magister Equitum 1345, Gubernator Neapolis sub Johanna Regina. *Hieronyma Carmandini.*

IV.

Brancaleon Cybo, *pater* Danielis & Jani, *cujus gnata* Moifetta *nupsit Gottardo Stella.*

V.

VI.

Thomas Cybo.

VII.

Mauritius Cybo, Præses Status Ecclesiastici, Gubernator Spolet. *Peretta Cybo, Andreæ fil.*	Blanca Cybo, nupta *Dominico Cybo, Andreæ filio, Perettæ fratri.*

VIII.

Laurentius Cybo, *Archiepisc. Benevent.* 1486, *Castellanus arcis S. Angeli, Cardinalis* cr. 1489. † 22. Dec. 1503.	Andreas Cybo, *Episcopus Terracin.*	Alanus Cybo.	Ginevra Cybo, nup. *Mario Mellini, Dom. de Monterano* 1490.

IX.

Johannes Baptista Cybo, *Episcopus Massiliens.* † m. Mart. 1556.	Catharina Cybo, nup. *Joh. Baptistæ Varano, Duci Camarini.*	Hippolyta Cybo, nup. *Roberto Sanseverino Com. de Cajazzo* 1523.	Innocentia Cybo, uxor *Opicii Flisci.*

X.

Uxor 1. *Elisabetha de Rovere, Francisci Mariæ Ducis Urbini* fil m. Febr. 1552, † 6. Jun. 1561, 2. *Elisabetha de Capua, Ferdinandi Ducis de Termoli* fil, 16. Febr. 1563, † 14. Jan. 1575.	Eleonora Cybo, nup. 1. *Joh. Ludovico Flisco, Com. Lavaniæ,* 2. *Joh. Ludovico Vitellio, March. Cetonæ.*

XI.

Lucretia, n. 10. Sept. 1565, nup. *Herculi Sfondrato Duci Montis Marciani* 1591. † 6. Oct. 1607.	Catharina, n. 19. Oct. 1566. *monialis Florentiæ.*	Ferdinandus Cybo, Marchio de *Ayello*, n. 26. Dec. 1568, † 30. Jan. 1595.	Victoria, *notha*, ux. *Hippolyti Bentivolii, Marchionis de Gualtieri.*

XII.

Cæsar Cybo, n. 1587, †	Victoria, n. 1588, nupta *Comiti Herculi Peppoli*, † 10. Oct. 1635.	Ferdinandus Cybo, *Sacerdos*, n. 1590. †	Alexander Cybo, n. 1594, *Eques Melit.* 1597, † 21. Mart. 1639.

XIII.

Placidia, n. 15. Aug. 1614, nup. *Carolo de Guevara Duci de Bovino.*	Johannettinus, n. 17. Aug. 1615. † 30. Jul. 1683.	Franciscus, n. 9. Nov. 1616.	Laurentius, n. 23. Apr. 1618, *Episc. Jessiens.* † 18. Apr. 1680.	Eduardus, n. 4. Dec. 1619, *Patriarcha Constantinop.*	Diana, n. 1 Dec. 1621, *monial.*	Richarda, n. 20. Mart. 1622, ux. *Alphonsi Gonzaga C. Novellar.*	Dominicus, n. 9. Maji 1623, *Abbas.*	Johannes Baptista, n. 4 Dec. 1624, † 1625.

XIV.

Maria Francisca, n. 11. Nov. 1637, † 22. Apr. 1675.	Anna, n. 15. Jan. 1640, † 27. Oct. 1691.	Ferdinandus, *Sacerdos*, n 22. Jan. 1641, † 18. Nov. 1682.	Franciscus Maria, n. 25. Febr. 1644.	Theresia, n. 21. Jun. 1645, † 22. Apr. 1682.	Innocentius, n. 23. Maji 1648, † 19. Febr. 1674.

XV.

Camillus, n. 25. Apr. 1681, *Prælatus Curiæ Rom.*	Maria Magdalena, n. 9 Aug. 1684.	Alderanus, n. 28. Maji 1686, † 1687.	Alderanus, n. 21. Jul. 1690.

 EXE-

EXEGESIS HISTORICA.

CIBORUM familiam, Genuæ ab aliquot feculis claram, ejusdem cum *Tomacellis*, quorum stirps Neapoli floruit, & Bonifacio IX. Pontifice Rom. inprimis se extulit, originis esse, conjectarunt nonnulli ex insignibus, quippe quæ eadem utraque deferre consuevit familia, videlicet in scuto *rubeo fasciam diagonalem*, *tessellis triginta*, *cyano & argento alternis distinctam*, & quia Tomacellos à *Capiciorum* vetusta & nobili in civitate Neapolitana gente *Franc. Ælius Marchesius* in libello *de Familiis Neapolitanis* derivavit, Ciborum etiam incunabula ad eosdem *Jo. Franc. Crescentius* in *Amphitheatro Romano* retulit. Aliis Græca & generis & nominis *Cyboi* derivatio arrisit, eò quod id Græco vocabulo κύβος, hoc verò insignibus familiæ respondeat, tessellis nempè, quarum singulæ cubum mathematicorum propemodum repræsentent, atque huic sententiæ suffragari non dubitarunt *Paulus Folieta* in epilogo, quem Historiæ Genuensi à fratre suo Uberto scriptæ subjunxit, & *Jo. Laburerius* celebris scriptor Gallicus, cui ab Alberico Cibo Massæ Principe potestas facta est excutiendi domus suæ archivum, cùm in reditu ex itinere, quod cum Maria Aloisia Gonzaga, Regina Poloniæ, in Poloniam fecerat, Massam venisset, sicut in Historia hujus itineris retulit; ubi integram etiam familiæ genealogiam recensuit, initio ducto à GUIDONE Cibo; huic & successoribus antiqua quædam diplomata (ut habent verba P. *Folietæ*) testantur *Othonem primum Rom. Imp. propter multa & grata servitia, quæ Ecclesiæ Romanæ, & Imperio intra & extra Italiam exhibuerat, donasse in perpetuum nobilia castra in valle Arni, Montemvarcum, Crololarium, & Laterinam, cum eorum districtu, illumque declarasse Heroëm, atque cohortium nobilium, & equitum Sacr. Imp. Tribunum.* Laburerius in diplomate ab Imperatore dicto an. 999. Viterbii dato hoc illum mactum fuisse legit encomio: *Fidelis & Generosus Guido Cybo Genuensis.*

Guidoni Laburerius proximè subjunxit *Eduardum*, huic *Guidonem* II, qui circa an. 1038. vixit, & pater fortassis fuit *Lamberti;* de quo ita P. Folieta: *cùm Saraceni Caprariam & Gorgonam insulam occupassent, Lambertus Cybo, ut erat vir prælio strenuus & exercitatus, eos inde expulit, eaque loca ipse potitus est, posterique, penes quos deinde jus & imperium multos annos fuit, Prætores in eas insulas miserunt; quæ omnia patent tum ex libris S. Georgii, tum ex antiquis auctoribus, præcipuèque ex Fannsio Campano.* Post Lambertum in publicis Genuæ scriptis memoria occurrit *Rubaldini* & *Facini* anno 1154. quo temporis tractu vixisse etiam refert Laburerius *Arinitum* Cybo, expeditionis adversus Saracenos in Palæstinam susceptæ consortem, *Bajamondum* Consulem Genuensem an. 1134, nec non *Odelricum*, *Martinum* & *Marcum* Cardinales, ex quibus solius Martini mentionem Ciacconius in Historia Pontificum & Cardinalium fecit. Illos subsecutus est *Hermes* Cybo anno 1188, qui unà cum multis aliis nobilibus subscripsit paci, quæ facta est cum Pisanis. Anno verò 1200. floruit *Gulielmus*, vir in Republica maximè insignis: cujus sunt illustres illæ inscriptiones in D. Francisci templo. Ejusdem ædis elogiis, cum P. Folieta iterum loquor, immortalitatem est consecutus *Lanfrancus*, *qui fuit ex octo nobilibus unus*, *qui anno* 1241, ut scribit Justinianus, *ad gubernacula Reip. sederunt.* Eidem Laburerius uxorem tribuit *Nicolosiam Ghisilpham*, & filios *Gulielmum* & *Emanuelem*, quorum priorem legationibus, quas pro difficillimis Reipublicæ negotiis obiit, ita de civibus suis bene meritum esse refert, ut ei illa *crux rubra*, urbis tessera, publicè donata fuerit, quæ gentilitiis Cyborum insignibus in cephalo addita conspicitur. In matrimonio idem habuit *Franchettam Spinulam*, è qua *Franciscum* suscepit, patrem CIBI, à quo tabulam orditi sumus.

Ab *Emanuele* etiam, Lanfranci filio natu minore, propago aliqua defluxit, è qua præcipuè *Andreas* floruit, pater *Dominici* & *Perettæ*: de illo P. *Folieta* sequentia literis prodidit: *Andreas Cybo, cùm nostra Resp. in Cypri regno Salaminam urbem obtineret, timeretque, ne hostes illam occuparent, in eam ipse præsidii causa cum imperio missus est, quam provinciam multa cum dignitate atque virtute obivit: non enim urbem solùm ab hoste defendit, sed cùm stipendium mi-*

militi deesset, argentum ipse, partim de suo confectum, partim ab amicis mutuatum, eidem numeravit: quod posteà à Rep. cum magna grati animi significatione recepit.

Andreæ σύγχρονος fuit ARANUS Cybo; is anno 1440. *missus fuit in auxilium Renati Andegavensis, regni Neapolitani Regis, cum commeatu & sagittariis* DCC: *deinde propter rem benè gestam, & summam, quæ in eo erat, prudentiam, Prorex creatus est: ac demum ob egregiam fidem insignibus pavonis decoratus, Gallico lemmate inscriptis:* LEAUTE PASSE TOUT. *Idem anno* 1443. *post reditum missus iterum est Neapolim ad Alphonsum Aragoniæ Regem à magistratu, quem Genuæ Supremorum vocant, ut cum eo de fœdere & pace ageret.* Hæc *Folieta*, cum quibus congruunt, quæ in *Barth. Facii Hist.* Libro VII. leguntur: *Renatus ad octingentos sagittarios habebat, quos Genuenses duce Arunte Cibonio viro forti ad eum navibus miserant. Is est* Atuns Cibonius, *cujus forti fidelique operâ bello perfecto Alphonsus Rex victor multis maximisque in rebus posteà est usus. Nam cum per belli tempora Andegavensis factionis dux Renato Regi egregiam operam navasset, præesse Neapolitanis jussus, ita illos Prorex abstinenter, & summa cum integritate jure dicundo, sibi devinxit, ut parta victoria Alphonsus illum Neapolitanorum precibus adductus & in gratiam receperit, & Proregem eundem iis præesse jusserit.* Supremum diem Capuæ obiit, ubi sepultus fuit cum epitaphio sequenti: *Sepulchrum Illustr. Arani Cybo Proregis Neapol. ac Romæ pro Calixto* III. *Præfecti, qui annum agens* LXXX. *obiit an.* 1457, *cujus anima requiescat in Pace. Amen.*

JOANNES BAPTISTA Cybo, Arani F. in familia Alphonsi & Ferdinandi Regum Neapolit. primam exegit ætatem; Patavii deinde literis & liberalibus studiis imbutus Romam se contulit, atque à Philippo Calandrino Cardinali, Nicolai V. Papæ fratre, in contubernium adscitus, ita brevi inclaruit, ut à Paulo II. Episcopatui Savonensi præficeretur. Sixtus IV. deinde inter domesticos cooptatum, *Datarii* insigni munere auctum, & ex Savonensi Ecclesia ad Melfitensem translatum, in secunda Cardinalium creatione amplissimo huic Ordini adscripsit. Variis in ea dignitate legationibus, Germanicâ præcipuè, egregiè de Romana sede meritus, in comitiis post Sixti IV. excessum habitis ex Presbytero, *tit. S. Laurentii in Lucina*, XXV. Patrum votis IV. Kal. Sept. an. 1484. *Pontifex Maximus* renunciatus est, nomenque INNOCENTII VIII. assumsit. Quamquam facili, miti & tranquillo ingenio fuisse prædicetur, inquieto tamen usus est Pontificatu, primùm ob internecina odia & bella, quibus Ursini & Columnenses sese mutuò lacerabant, ipsamque urbem Romam terroribus ac cædibus replebant, dein ob bellum, quod inter ipsum & Ferdinandum Regem Neap. exarsit, cùm exulum Neapolitanorum patrocinium suscepisset, & concessionem Sixti IV, qua census annuus, viginti millium ducatorum, à Rege pendi solitus, cum equo albo commutatus est, revocasset. Pace urbi reddita, Zizimum, qui & *Gemes* dicitur, Bajazethis II, Turcarum Imperatoris, fratrem, profugum, & Rhodo Romam profectum, solemni pompa excepit, deductumque in palatium Vaticanum honorificè habuit, nec Bajazethi, urbem Hierosolymitanam pro eo offerenti, tradere voluit, fidem quam dederat servaturus scilicet; quoniam verò gratis pœnitet esse probum, prudens & omnis religionis antistite dignum consilium invenit, quo utrique illorum satisfaceret, & ipsemet aliquid lucraretur: namque Zizimo incolumitatem promissam præstitit, sed in custodia, specie honesta, habito, ne nocere posset fratri, à quo pro illius sustentatione annuatim XL. aureorum millia capiebat: nimirum chrematisticen pulcrè videtur calluisse: exhausto per bellum ærario, quò pecuniam colligeret, LII. viros instituit, quos *Plumbatores bullarum Apostolicarum* vocavit, eisque certos Ecclesiæ proventus in perpetuum concessit, atque ex ea institutione ad XXVI. millia aureorum recepit: veniere singula quingentis aureis; præterea XXVI. Secretariorum collegium, quorum officia venderentur, erexit, priore numero aucto, ex quibus ad LV. millia aureorum excepta, veniere singula 2500. aureis. Expeditionem denique Orbis Christiani adversus Turcas animo versantem mors occupavit anno ætatis LX. Adolescens cùm esset aliquot filios *ex nobili puella Neapolitana, cum qua se matrimonio copulavit, sed parùm vixit, legitimè sustulit*, ut habent verba *Ciacconii*; duos ex his Pontificatui suo superstites honoribus & opibus auxit; *Franciscum*

ciscum & *Theodorinam*, hanc Gerardo *Usodimari* Genuensi junctam divitiis cumulavit, liberosque eorum in Cyboniam familiam arrogavit. FRANCISCO, Laurentii Medices, summi inter Florentinos viri, gnatæ nuptias conciliavit, magnasque opes, & oppida nonnulla urbi vicina, nec non Comitatum Anguillariæ, munusque Capitanei generalis Ecclesiæ dedit; sed ille posteà Anguillariam Virginio Ursino vendidit, & vicissim Ferentiliensem Comitatum pretio anno 1517. acquisivit. (*a*)

MAURITIO fratri suo Innocentius VIII. dedit gubernationem Ducatus Spoletani, & *Præsidentiam* Status Ecclesiastici; filium autem ejus, LAURENTIUM, Archiepiscopum Beneventanum, Canonicum Basilicæ Vaticanæ, & molis Hadrianæ Præfectum, constituit, denique quinto Pontificatus sui anno, quo primùm Cardinales fecit, purpura ornavit, & Presbyterum *S. Susannæ* renunciavit: is ad Episcoporum Cardinalium ordinem dein provectus, Albanensi, Sabinensi, Tusculanæ & denique Prænestinæ Ecclesiæ præfuit. Ex Vaticanis monumentis constare retulit *Ciacconius*, Laurentium hunc Cardinalem *non Cyborum*, *sed de Mari* familia, nobili & antiqua Genuensi, prognatum fuisse, *filium Dominici de Mari*, cujus amita fuit Innocentii VIII. mater, assumsisse verò Cyborum agnomen & insignia. Mortuo Romæ, & in S. Mariæ de Populo Templo sepulto, hoc conditum est epitaphium:

> *Laurentius Cibo Genuensis, Episcopus Prænestinus*
> *Sancti Marci Cardinalis Beneventan. Innocentii* VIII.
> *Pont. Max. Nepos, Religionis Cultor, ita se inter vivos*
> *constantiss. gessit, ut amplissimæ dignitatis memoria*
> *Justitia, fide & pietate nunquam desciverit, qui tertium*
> *& quinquagesimum agens annum sanctissimè, ut vixit,*
> *moritur. Reverendissimi Executores G. Portuen. &*
> *Prænestin. Episcopi, & N. de Flisco Presbyter. Cardinales pientiss. Poss. Anno Salutis Chr.* M DIII. (*b*)

Laurentio Cardinali alium proximè subjungemus, nempè INNOCENTIUM, ex Cyborum familia indubiè ortum, de quo ita P. *Folieta*: *Innocentius Cybo, Francisci Comitis Anguillariæ filius, qui summus Præfectus Ecclesiasticæ rei bellicæ sub finem Pontificatus Innoc.* VIII. *est constitutus, à Leone* X. *avunculo suo ex Magdalena Medicea Pontificis sorore in Cardinalium numerum cooptatus: cujus Pontificis illa fuere tunc verba gratissima & humanissima ;* ab Innoc. accepi Innoc. reddo. *Porro hic variis amplissimisque muneribus atque legationibus est functus: & quo tempore Clemens* VII. *indignam illam calamitatem pertulit, intercessit auctoritate* XIII. *Cardinalium sententiæ, qui Parmam convenerant, ne Pontificium solium Avenionem transferretur, quæ res magnam ei in universa Ecclesia benevolentiam apud omnes bonos conciliavit, magnamque auctoritatem: sed non minùs sibi Caroli* V. *voluntatem devinxit, cùm in obitu Alexandri Medicis primi Ducis devotum ei Florentiuum statum conservavit, compressis civium animis, coactoque populo ad electionem Cosmi Medicis; à quo pro tanto beneficio petiit solum, ut justitiæ propugnator, Imperatori obsequens, & ad ejus commoda paratus, ultorque paricidæ Laurentini Medicis esse vellet, quæ omnia ut facilè prudentissimus Princeps facturum se est pollicitus, ita deinde cum multa laude, ac fructu suo, suæque familiæ, cumulatè præstitit.* Ecclesiis pluribus Episcopus præfuit, videlicet Massiliensi in Gallia, Taurinensi, Volaterranæ, Vintimiliensi, Britonoriensi, Saonensi in Italia, Marianensi & Aleriensi in Corsica, & S. Andreæ in Scotia, Archiepiscopus autem Messanensi in Sicilia, Januensi in Italia, & Bituricensi in Gallia. Legatione functus est Bononiæ & in Romandiola. Vixit annos LIX, & sepultus est Romæ in Ecclesia S. Mariæ super Minervam.

LAURENTIUS Cybo, Innocentii Cardinalis frater, Massæ & Carrariæ Marchio uxorio jure factus, Carolo Cæsari militavit, ducibusque in ejus exercitu adscriptus, *Genuæ in iis difficultatibus*, ut habent P. *Folietæ* verba, *opem tulit, in quibus conjecta erat à strenuo illo Gallorum milite, quem Dominum Sanpolum nominabant, habuitque in bellis contra Mediolanenses multos gradus, valde cla-*

(a) *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo III. p.* 90. *& seqq.*
(b) *Ciaccon. l. cit.*

claros: Præfectus cohortis Pontificiæ Clementis VII. *fuit, & aliquando etiam rem Ecclesiasticam tamquam Generalis Præfectus cum summo imperio administravit: tandemque Bononiæ libertatem ac dignitatem in Clementis captivitate defendit.*

Laurentio rebus humanis exempto, inimicitiæ inter viduam ab eo relictam, JULIUMque filium natu maximum, exarserunt, huic ad extremum exitiosæ: *Thuani*, cordatissimi scriptoris, verbis, rem hanc enarrasse juvabit: *Julius Cibous, Richardæ Malaspinæ F. Massæ & Carrariæ ditionem, quam mater ab Alberico Malaspina parente acceptam legitime possidebat, à nostris, ut jactabatur, incitatus summa impietate occupaverat, sed F. Gonzaga cum exercitu adveniente, ipse Pisis, cum illuc iter haberet, à Cosmo Medice, hortante Cardinali Ciboo patruo, jam pridem Cæsarianis partibus addicto, tam diu coërcitus est, dum res conficeretur, postremo receptis oppidis ac restitutis matri reconciliatur, ac Romam ad eam pergit; ibi hominem tristi vultu ac elato animo tum recenti injuria inflammatum nacti Octobonus & Cornelius Fliscì, Genua post fratrum fortunam exulantes, ac Scipio inprimis, qui eodem cum illo matris contubernio utebatur, tentare ceperunt, an Genuam ad Gallorum partes trahere vellet; quod illi factu facile aiebant, si Andrea Auria de medio sublato urbem commota plebe occuparet: Gallos enim in propinquo esse, à Mirandula ac Subalpina regione audito tumultu quamprimum auxilio advolaturos, non abnuente Julio, quamvis arcta cum Andrea adfinitate conjunctus esset, quippe qui Peretam Janetini sororem in matrimonio haberet, ipsum in Gallicorum ministrorum, qui tunc Romæ erant, familiaritatem insinuant, rei conficiendæ gratiâ Flisci & Julius Venetias eunt, unde illi Mirandulam profecti sunt: hic verò accepta pecunia cum per Mediolanum Genuam ad milites contrahendos pergeret, Ferd. Gonzaga à matre de occultis filii cum Gallis & Fliscis colloquiis certior factus, ipsum Pontremoli à Petro Durera Præfecto comprehendendum curavit, qui mox in quæstionem datus se cum Gallis & Fliscis collocutum fassus est, suæque operæ spem dedisse, sed omnia ad Cæsaris commodum traducere in animo habuisse; inde Mediolanum translatus acerbioribus admotis tormentis omnia, quo inter eos convenerant ordine, detexit: postea que jussu Cæsaris securi percussus est, summa impietate adolescentis contraria matris impietate vindicata, quæ filium vel nocentem infami morti non dubitavit subjicere.* (c)

ALBERICUS Cybo post matris obitum Massæ & Carrariæ regimen suscepit, & *Malaspinæ* cognomen cum avito conjunxit; fuisse prædicatur summis ornamentis honoris, virtutis, fortunæ, ingenii præditus, ita ut apud omnes Orbis Christiani Proceres existimatione floreret, ex quibus XIV. Pontifices, VI. Imperatores, totidem Galliæ Reges, Hispaniæ verò tres, prospera & constanti fortuna emensus est, longissima vita à Deo immortali donatus, & *Principis S. Imperii* nec non Massæ dignatione à Maximiliano II. Imperatore, à Rudolpho II. autem privilegio mactus anno 1588. *aquilam Imperialem* cum vocabulo *Libertatis* scuto suo gentilitio inferendi. Ditionem, quam à parentibus accepit, amplificavit, Aiellensi feudo in Calabria sito, quod præsenti pecunia an. 1569. sibi comparavit, quodque Philippus III. Rex Hispan. Ducatus primi in Calabria honore in ipsius gratiam extulit, nec non Padula in Beneventana diœcesi, quam an. 1609. emit. A prima juventa cum maximè propositum ei esset militare decus, in bellis Italicis primam sibi peperit famam gloriamque, præcipuè in bello Senensi, quo Legatus supremus Guidobaldi Urbinatis, affinis sui, & copiarum Ecclesiæ Romanæ Imperatoris, fuit: posteà à Philippo II. Hispaniæ Rege Cubicularii honore, & annua 3000. scutatorum pensione aucti, gratitudo æque ac fortitudo in memorabili apud Quintini fatum prælio enituit. De Genuensi etiam Republica præclarè meritus est, cùm ea dissidiis veteris novæque nobilitatis scissa esset; tanta quippe tamque prospera in sancienda inter discordes concordia, & stabilienda in urbe tranquillitate, ejus fuit opera, ut *Patris patriæ* elogio celebraretur. Ubi tandem Massam, tanquam in quietis portum, se recepit, doctrinarum studia promovere, ingeniisque favere, & literatos homines ornare, in maxima delectamentorum parte habuit. Unam longa ei ætas præbuit molestiam, hanc nempè quod natorum funera, turbato mortalitatis ordine, extulit. FERDINANDO

 natu

(c) *Thuanus Histor. Libro III.*

natu minori spem sacræ purpuræ mors fato propera intervertit. ALDERANUS apud Guidobaldum Urbinatem, avunculum suum, educatus, ejusdem lateri in expeditione maritima contra Turcas, & prælio acerrimo apud Naupactum adhæsit, & impavidi spiritus nec ad pericula segnis gloriam retulit: studiis etiam sapientiæ & bonarum artium innutritus, in aula Alphonsi Ferrariæ Ducis, quò se posteà contulit, brevi illustratus est, ubi quoque uxorem accepit forma & virtute præstantem, Ducis dicti patruelem; cum qua egregiam genuit sobolem. Ex ea primogenitus CAROLUS avo successit, jam diu maritus *Brigitæ Spinulæ*, quæ ei *Calicum*, Marchionatus titulo insignem locum, attulit, & numerosam prolem peperit, in qua familiam duxit ALBERICUS II; huic Leopoldus Imperator in comitiis Ratisbonensibus anno 1664. *Ducis S. Rom. Imperii* axioma contulit, Massa in Ducatum & Carraria in Principatum erecta. Pater idem extitit CAROLI Principis & Ducis hodierni, qui ad patris, avi, proavique gloriam atque ætatem, æquis contendit passibus.

ALDERANUS Cybo, Principis Alberici II. frater, dubium reliquit, claritudine studiorum an morum probitate illustrior fuerit, quarum virtutum commendatione ab Innocentio X. Papa anno 1645, d. 6. Mart. ex Pontificii Palatii Præfecto *Presbyter Cardinalis titulo S. Pudentianæ* primò, mox *S. Praxedis*, creatus fuit: Inde *Legati Apostolici* dignatione Urbinensem Ducatum, tum Æmiliam Provinciam & denique Ferrariam, plurimorum annorum spatio, egregia fama rexit. Ab Alexandro VII. Innocentii successore, Æsinensi Episcopatui an. 1655. Præfectus, Synodum in eo an. 1658. habuit, cujus decreta evulgavit. Connumeratus inter Patres Congregationum Episcoporum & Regularium, Immunitatis, Boni regiminis & sacrorum rituum, ab Innocentio XI, simulac is ad Pontificatum evectus fuit, *Secretarius Status & Cardinalis Regens* declarari meruit. In Episcoporum Cardinalium ordinem anno 1679. provectus, Ecclesiæ Prænestinæ primùm, dein an. 1680. Tusculanæ, atque an. 1683. Portuensi præpositus, simulque Præfectura Congregationis S. Officii decoratus; anno autem 1687. *Decanus S. Collegii & Episcopus Ostiensis* factus est, quo in fastigio cum tredecim annorum spatio personam suam decenter, ætate etiam verendus, sustinuisset, propè nonagenarius naturæ concessit.

Cæterum quia Massa & Carraria, quarum respectu Principibus viris annumerantur Cyboi, in *Malaspinarum* ditione olim fuerunt, atque ab his ad istos, ceu dictum est, transierunt, quocirca etiam Malaspinense nomen ac digma ab Alberico Cybo primo assumta sunt, haud incongruum videtur aliqua de familia illa subjungere; non est autem consilium in originem tum gentis tum nominis *Malaspinæ* inquirere, quippe quæ vetustate obscura est, & historiis fabularibus locum fecit: disquisiverunt de ea inter antiquiores *Fr. Sansovinus* in Commentario de origine familiarum Italiæ illustrium, *Thomas Porcacchi* in peculiari libro de origine & successione familiæ Malaspinæ, ex recentioribus *Jo. Laburerius* in itinerario superiùs citato, & *Julius* Marchio de Puteo (*Marchese del Pozzo*) Veronensis, in libro an. 1678. edito, cui titulus: *Maraviglie Heroiche del Sesso Donnesco memorabili nella Duchessa Mathilda Marchesana Malaspina, Contessa di Canossa* &c. Antiquissimum gentis dominium in Lunigiana fuit, Hetruriæ Liguriæque contermina, & ab urbe Luna, maximo quondam portu insigni, ita dicta, hincque frequens Malaspinis titulus fuit *Marchionum Liguriæ & Lunigianæ*, quibus, imperantibus Henricis Quarto & Quinto, illustrati sunt *Isnardus*, *Opitius* & *Morellus*, hic filius, iste pater, ille avus. Morellus *Conradum* & *Guillelmum* genuit, à quibus stirps Malaspinarum in duos quasi diducta fuit ramos, insignibus & titulis distinctos, namque à *Conrado* prognati *Malaspinæ Marchiones de Mulazzo & Villafranca* audiunt, *spinamque aridam* in scuto *ex minio & auro* secto, majoribus familiarem, retinuerunt; qui verò à *Guillelmo* descenderunt *Malaspinæ Marchiones de Fosdinovo ac Massa* appellati sunt, & *spinam florentem* assumserunt, quales illæ sunt, quæ in utroque scuti, genealogiæ huic præfixi, latere conspiciuntur. Ad Guillelmum *Richarda* Malaspina Massæ & Carrariæ hæres, Laurentii Cyboi uxor, genus referebat, pater quippe ille fuit *Obizzonis* Massæ & Carrariæ Marchionis, quo præter alios natus *Isnardus* cum *Cubitosa Estensi* ex Marchionibus Ferrariæ *Gabrielem* genuit. Hoc fati sunt *Azzolinus*, *Spinetta* & *Isnardus*; medius inter

inter eos, vir sua ætate clarissimus, virili prole caruit; Isnardus *Fivizzani Marchio* gnatos quidem habuit, sed ex eorum uno *Nicolao* neptem unicam *Johannam*, quæ *Antonio Alberico Malaspinæ*, consanguineo suo, nupsit. Filius hic erat *Spinettæ*, hujus nominis secundi, nepos *Galioti* & pronepos *Azzolini*, paterque ex Johanna factus est filiorum novem, ex quibus quatuor ad justam ætatem pervenerunt, videlicet *Jacobus*, *Lazarus*, *Spinetta* & *Gabriel*. Hi ditionem paternam anno 1467, d. 17. Novembr. ita inter se diviserunt, ut primo *Massa* & *Carraria*, secundo *Gragnuola* aliaque castella, tertio *Fosdinovo*, & quarto *Olivola* obtingerent. Jacobus *Massæ* & *Carrariæ Marchio* ex Thadæa Pica, Francisci Comitis Mirandulæ gnata, *Albericum* & *Franciscum* suscepit, hic pater fuit *Ludovici*, ille ex Lucretia Estensi, Sigismundi March. de S. Martino filia, *trium gnatarum*, quarum natu maxima Scipioni Flisco Comiti Lavaniæ nupsit, sed immatura morte improlis extincta sorori natu proximæ RICHARDÆ locum fecit, quippe quam Scipio Fliscus secundis nuptiis sibi adjunxit, filiamque ex ea sustulit, Vitaliano Vicecomiti Borromæo anno 1540. elocatam; sed illo anno 1520. vivis exempto, *Richarda*, Laurentio Cybo in manum convenit, huncque Massæ & Carrariæ Marchionatu auxit; *Thadæa*, natu minima Alberici filia, Comiti *de Scandiano* è *Bojardorum* familia, matrimonio juncta fuit.


Lazarus Malaspina, *Gragniolæ Marchio*, pater fuit *Leonardi*, cui uxor datur *Aurantia Ursina*, Clariciæ, Leonis X. Papæ matris, soror; ex ea aliquot suscepit filios, quorum tamen propago emarcuit in *Alphonso*, Leonardi pronepote, & genitore, ex Ginepra Marionia, *Marcellæ Malaspinæ*, Christierno Gonzagæ Principi de Zulferino nuptæ. Gragniola verò ad Malaspinas Fosdinovenses transiit, quorum sator *Gabriel* Olivolam etiam à Spinetta fratre suo natu minore permutationis titulo accepit, cumque gnatos haberet duos, *Laurentium* & *Jo. Baptistam*, priori *Fosdinovum*, alteri *Olivolam* reliquit, uterque eorum stirpem propagavit; inter *Laurentii* posteros *Jacobus Marchio de Fosdinovo* numerabatur, qui medio seculo superiore vixit, & ex *Maria Grimalda*, Pasqualis Comitis *de Rupe Grimalda* gnata, aliquot sustulit liberos; marium natu maximus, patrisque in avito Marchionatu successor, cum sub finem anni 1670. improlis decessisset, regimenque ditionis ab eo relictæ ad *Hippolytum* Malaspinam, fratrem defuncti natu proximum, delatum fuisset, in contentionem is cum *Ferdinando* fratre natu minimo circa divisionem bonorum allodialium incidit, qua hic tam vehementer excanduit, ut adscitis sicariis fratrem die XXV. Febr. an. 1671. manè in templum euntem ex improviso adoriretur & interficeret; sed à civibus tam atroci facinore commotis per tumultum vicissim neci datus est. Uterum tunc ferebat Hippolyti uxor, sex antè mensibus ducta, eaque gnata Victoris Mauritii Marchionis Pallavicini, Præfecti Prætorianorum Ducis Sabaudiæ; mensibusque expletis filium & Fosdinovensibus regulum peperit. Hic *Caroli Augustini* nomen habet, tituloque *Principis de Aquila* à Leopoldo Imperat. auctus, Romæ conjugem sibi delegit *Annam Catharinam*, Francisci Mariæ Marchionis *Santinelli* & Mariæ Aldobrandinæ Ducissæ *de Ceri* filiam natu majorem, nuptiarumque solemnia cum ea ibidem mense Octobri an. 1693. peregit.

Spinetta Malaspina, Alberici filius natu minimus, postquam Olivolam, à patre sibi assignatam, Gabrieli fratri suo pro aliis bonis allodialibus in Veronensi territorio sitis permutasset, Veronam domicilium transtulit, & cum *Donnella. Flisca*, conjuge sua, sex genuit filios, ex quibus quatuor, videlicet *Jo. Antonius*, *Jo. Philippus*, *Jo. Franciscus* & *Hieronymus*, uxoribus ductis sobolem procrearunt, sed tertii progenies in tertio gradu defecit, à secundo sanguinem duxit *Hippolytus* Marchio Malaspina, *Johannis* & *Evriennæ Comit. Valmaranæ F.* cui *Aloisia Gonzaga*, Ferdinandi Principis de Castiglione soror, in matrimonium ducta est, unde nati sunt *Johannes Carolus*, *Albericus*, *Petrus Paulus* & *Mathilda*.

FARNESIÆ FAMILIÆ

quæ DUCES PARMÆ, PLACENTIÆ ET LATERÆ produxit

GENEALOGIA.



FARNESIORUM insignia gentilitia *sex* constant *liliis cæruleis* in campo *aureo* sparsis; hæc illo situ repræsentamus, quo in mappa genealogica, quam Parma accepimus, sicut in Exegesi pluribus dicetur, locata sunt. Parmæ Duces ex hac gente orti auctiore uti consueverunt scuto, videlicet *perpendiculariter tripertito:* in *media* regione *rubea Pontificis vexillum* conspicitur, cujus *conopeum est cæruleum, auro fimbriatum, hasta aurea, geminis clavibus in decussim trajectis & colligatis stipata,* quod digma est Signiferi, quem *Gonfalonerium* vulgari vocabulo appellant, Ecclesiæ Romanæ; *prima* vero regio transverse secta superiori loco insignia *gentilitia*, inferiori bipertita *Austriaca* nec non *Burgundica vetera* refert: *extrema* denique regio eadem, sed situ contrario, repetit.

TABU

DOMINI DE FARNESE

I. NICOLAUS ex Dominis de FARNESE in Falifcis

II.
- Petrus, *Dux milit. Florentinorum, Dn. de Campiglia*, † 1363, d. 20. Juo.
- Ranutius III, *Dux milit. Florentin.* Do. de Montealto.

III.
- Pepus Dn. de Piaudana.
- Anaftafia ux. *Guidotti Um. Dei Monti.*
- Joannes.
- Petrus, Ductor milit. Pontific. Protector & Defenfor Senarum 1386. *Francifca ex Comit. de Corbara.*
- Agnolus.

IV.
- Nicolaus.
- Petrus. ux. *ex Caftello Uttieri.*
- Franca, nup. *Lelio ex Dom. Maffæ.*
- Ranutius, *Generalis Senenf.* 1416, *Papæ Eugenii* IV. 1432, à quo *Rofa aurea* donatus eft. *Agnes Monaldefca.*
- Æmylia.

V.
- Petrus Ludovicus de Farnefe, Dn. de Montalto, 1468. *Joannella Cajetana, Jacobi Dom. Sermonetæ* f.
- Juftina.
- Eugenia, ux. *Stephani Columnæ de Paleftrina.*

VI.
- Bartholomæus de Farnefe. *Violanta Monaldefca de Corvara.*
- ALEXANDER. *Vid: Tab: feq.*
- Julia, uxor *Julii Urfini de Bracciano.*
- Hieronyma, nup. 1. *Puccio Pucci, Florentino,* 2. *Comiti Giliano de Angullara.*

VII.
- Petrus Bertoldus, *Ductor mil. Sen.* 1476. & 1480. *Baptiftina, Francifci Com. Anguill.* fil.
- Elifabetha Paula.
- Imperia.
- Cæcilia, nup. *Friderico Com. de Caftello Tiero.*
- Sigifmunda.

VIII.
- Galeatius Farnefius. 1. *Erfilia Columna.* 2. *Ifabella, Juliani Com. Anguillariæ* f.
- Angelus.
- Ferdinandus, *Capitan. fub Cæfare Borgia.*
- Violanta, ux. *Bartholomæi Petrucci, Senenfis.*

IX.
- Bertholdus Farnefius, Dn. Farnef. & Lateræ. *Julia Aquaviva, Joan. Antonii, IX. Duc. d'Atri f.*
- Jo. Francifcus.
- Ferdinandus, *Epifc. Soan.* 1536.
- Fabius.

X.
- Galeatius Farnefius, captus à Turcis in inf. Gerb. 1560, *ductor milit. Venet. in Alban.* 1571. *Lucretia Tomacella.*
- Alexander.
- Marius DUX LATERÆ, *Locumtenens Gener. Ecclefiæ Rom. Camilla Lupi de Soragna.*
- Fabius, *Eques Melit.* occ. in Belgio ap. Traject. ad Mof.

XI.
- Julius.
- Ifabella.
- Petrus DUX Lateræ, *Dux milit. R. Hifp. Camilla Savelli, Joannis Duc. de Palombara f.*
- Francifcus. *Conftantia Salviati, Francifci Dom. de Grotta Menarda f.*
- Diophebus, *Patriarcha Hierofol.*

XII.
- Marius.
- Fabius.
- Camilla.

DUCES DE LATERA.

Ranutii hujus nom. II[di], anno 1288. in pugna occisi F. I.

II.

Ux: *Pantasilea de Salimbenis, Senens.* — Bertholdus Du. de Teffevano. — Nicolaus.

III.

Agnes, nup. *Angiolino Salimbeni.* — Puccius. — Petrus Bertoldus, *Ductor milit. Ladislai R. Neapol.* N. *ex Graseldis Dom. Viterbii.* — Franciscus. — Bartholomaeus. — Nicolaus.

IV.

Pepo. — Joannes. — Sciarra. — Galeottus. *Ambiglia de Tartaglia.* — Prencivallus. — Ludovicus, 1399. — Bertoldus.

V.

Francisca, nup. *Gentili Monaldesco de Corvara.* — Pantasia, ux. *Constantini Rogerii Corratineri, Perusiensis.* — Lucretia, ux. *Francisci ex Com. Ursis de Anguillara.* — Gabriel Franciscus, *Ductor milit. Senens.* 1450, *Papa* 1454.

VI.

Angelus, *Capitaneus Papae. Angela Ursina, Nicolai Com. de Pitigliano f.* — Ranutius, *Capitan. Senens.* 1479, *Florent.* 1481, *Venet.* 1495, quo anno in pugna ad Tarum occubuit. — Paulus Petrus, *Protonot. Apostol.* — N. ux. *Sigismundi de Castello Tiero.* — Agnes, ux. *Andreae Piccolomini Dom. de Castiglioni.*

VII.

Constantia, nup. *Guidoni Sfortiae Com. S. Florae.* — N. uxor *Guidonis de Castello Tiero.* — Fridericus. *Hippolyta Sfortia, Friderici III. Com. S. Florae f.* — Gabriel. — Camilla, ux. *Jacobi Savalli.*

VIII.

Catharina, nup. *Comiti Ronaldo Ariosto.* — Beatrix, ux. *Antonii Baglione Com. de Castel. Tiero.*

IX.

Julia, ux. *Vicini Ursini.* — Hieronyma, nup. *Alphonso Com. San Vitale de Fontanella.* — Violanta, ux. *Torquati Conti Duc. de Poli.* — Baptistina, nup. *Matthiae Varano, de Camerino.*

X.

Ferdinandus, *Episc. Montis Flascon.* 1572. *Parmens.* 1575, † 1606. — Flaminia. — Victoria. — Octavia. — Virginia. — *Moniales.* — Carolus, *nothus.*

XI.

Hieronymus, nat. 1599, d. 30. Sept. *Rom. Eccl. Cardinalis* cr. 1658, † 18. Febr. 1668. — Jo. Paulus, *Jesuita.* — Ferdinandus, *Eq. Melit.* — Julia, nup. *Jo. Alberico Pr. de Verrana.* — Octavia, ux. *Julii March. Rangoni.* — Isabella. — Victoria. — Virginia. — Camilla. *Moniales.*

XII.

Margarita. — Anna Maria, ux. *Com. Antonii Mariae Terzo de Sissa*, n. 1625, † 3. Jan. 1693. — Renata.

DUCES CAMERINI, CASTRI

VI.

ALEXANDER DE FARNESE, Petri Aloisii Dom. natus 29. Febr. 1468, *Rom. Eccl. Cardinalis*, cr. 1493, *Collegii Decanus*, electus an. 1534. PONTIFEX MAX.

VII.

Petrus Ludovicus de Farnese, DUX primus PARMÆ & PLACENTIÆ 1545, occ. 10. Sept. 1547. *Hieronyma Ursina*, *Ludovici Com. de Pitigliano filia.*

VIII.

Alexander, nat. 7. Oct. 1520, *Rom. Eccl. Cardinalis*, cr. 18. Dec. 1534, *Cancellarius*, † 2. Mart. 1589.

Octavius, Dux Camerini, postcà IIdus Parmæ & Placentiæ, nat. 8. Oct. 1524, † 21. Sept. 1586. *Margarita Austriaca*, *Caroli V. Imp. fil. natur. Alexandri Medices vid.* 1535. † 1586.

IX.

Clelia, nup. 1. *Julio Cesarini*, 2. *Marco Pio M. de Sassolo.*

Alexander, Dux III. Parmæ & Placentiæ nat. 1544, † 11. Dec. 1592. *Maria*, *Eduardi Pr. de Portugallia fil.* 1566, † Jun. 1577.

X.

Rainutius Farnesius, Dux IV. Parmæ ac Placentiæ nat. 1569, † 1622. *Margarita Aldobrandina*, *Joannis Francisci Aldobrandini & Olympiæ Aldobrandinæ Pr. Carpineti fil.* † 1646.

XI.

Alexander, *surdus & mutus.*

Odoardus, Dux V. Parmæ & Plac. nec non Castri, n. 28. Apr. 1612, † 10. Sept. 1646. *Margarita de Medicis*, *Cosmi II, M. Duc. Etrur. f.* 11. Oct. 1628, † 5. Febr. 1679.

Franciscus Maria, nat. 1617, *Diaconus Cardinalis* cr. 14. Dec. 1645, † 21. Jul. 1647.

Horatius.

XII.

Catharina, n. 1629, † 1630.

Rainutius II, Dux VI. Parmæ & Plac. n. 17. Sept. 1630, † Dec. 1694. Ux. 1. *Margarita*, *Victoris Amadei D. Saband. f.* 1660, † 29. Apr. 1663. 2. *Isabella d'Este*, *Francisci Duc. Mutin. f.* 1664, † 1666. 3. *Maria d'Este*, *Isabellæ soror* 1668. † 1684.

Maria Magdalena, nat. 1632, † 12. Sept. 1693.

Alexander Farnesius, n. 10. Jan. 1635, *Prorex Navarræ*, dein *Gubernat. Belgii* 1680, † 11. Febr. 1689.

XIII.

2. Margarita Maria Francisca, n. 24. Nov. 1664, nup. *Francisco d'Este Duci Mutin.* 14. Jul. 1692.

Theresia, n. 10. Oct. 1665.

Odoardus Farnesius II, n. 12. Aug. 1666, † 5. Sept. 1693. *Dorothea Sophia Palatina*, *Philippi Wilhelmi Elect. Palat.* f. 1690.

XIV.

Alexander Ignatius, n. 1691, † 5. Aug 1693.

Elisabetha, n. 25. Oct. 1692.

PARMÆ ET PLACENTIÆ.

VI.

de Montalto & Joannellæ Cajetanæ F. *Episc. Parmens.* & denique *Ostiensis Sacrique* & dictus PAULUS III. † 2. Nov. 1549.

VII.

Rainutius de Farnese, *dux milit. Venet.* 1526, *Papæ* 1527, *Regis Gall.* 1529. *Virginia Gambara.*	Constantia, ux. *Stephani Columnæ, Pr. de Palestrina.*

VIII.

Horatius, Dux Castri, † 1554. *Diana Valesia, Henrici II. R. Gall. fil. natur.* 1553.	Rainutius, nat. 11. Aug. 1530, *Cardinalis* 16. Dec. 1545, *Archiepisc. Ravennat.* † 28. Oct. 1565.	Victoria, nup. *Guidoni Ubaldo Roboreo, Duci Urbini*, 1547.

IX.

Carolus, *gemellus*, † *infans.*	Lavinia, *notha*, uxor *Alexandri March. Palavicino.*	Ersilia, *notha*, nup. *Rinaldo Com. Borromao.*	Isabella, *notha*, ux. *Alexandri Sfortiæ Com. de Burgonovo.*

X.

Odoardus, nat. 1565, *Cardinalis* cr. 6. Mart. 1591, *Episc. Tusculan. Legatus Patrimonii*, † 21. Febr. 1626.	Margarita, nupsit *Vincentio Gonzagæ Duci Mantuæ, & ob arctiorem cognationem soluta nuptiis in cœnobium Placentiæ ultrò migravit.*

XI.

Maria, ux. 1. *Francisci Atestini Duc. Mutinæ* 1630, † 16. Jun. 1646.	Victoria, ux. 2. *Francisci Duc. Mutinæ* 1647, † 1649.	Catharina.	Octavius, *nothus.*	Isabella, *notha*, ux. 1. *Julii Cæsaris Columnæ Pr. de Palestrina.*

XII.

Horatius, n. 1. Sept. 1636, *Generalis Venet.* † 1656.	Catharina, n. 5. Sept. 1637, *monialis Carm. Discalc.* dicta *Margarita*, † 27. Apr. 1689.	Petrus, n. 4. Apr. 1644, † 1677.	Octavius, † *infans.*

XIII.

3. Franciscus, Dux VII. Parmæ & Plac. n. 19. Maji 1678. *Dorothea Sophia, Philippi Wilhelmi Elect. Palat. filia, fratris vidua, ducta d.* 8. *Dec.* 1695.	Isabella, n. 14. Dec. 1668.	Antonius, n. 29. Nov. 1679.

EXEGESIS HISTORICA.

FARNESIÆ stirpis inclutissimæ Genealogiam, quam duabus exhibuimus Tabulis, Vito tota Europa summo propter doctrinam & humanitatem honore ac nomine, *Antonio Magliabechio*, in acceptis ferimus; is enim pro singulari, qua conatus nostros ivit adjutum, benevolentia, Reverendissimum Dominum *Thomam Saladinum*, Episcopum Parmensem, in auxilium advocavit, illamque perelegante in mappa descriptam, colotibusque variegatam, ab eo obtinuit: nec tacet illa autorem suum, sed in ima parte his prodit verbis: *Albero formato dal Signor Presidente Borghi.* Sator stirpis sub effigie senis barbati, radici arboris incubantis, & caput in dextram reclinantis, sinistra verò *scutum auro obductum & sex liliis cyaneis distinctum*, quibus insignium loco gens Farnesia utitur, tenentis, repræsentatur; cum inscriptione superimposita in hunc sensum: PETRUS I. *Dominus de Farnese, quod castrum Etruriæ est, dedit originem nobilissimæ familiæ de Farnese circa an.* 900. Hunc proximè excipit PETRUS II. Consul Urbevetanus sive Orvietanus, quem sequitur PEPO I. ejusdem civitatis Consul anno 1024, genitor PETRI III, supremi Equitatus Ecclesiastici Præfecti, à quo Orbitellum exstructum fuit an 1099. Hoc ortus PRUDENTIUS, Consul Orvietanus an. 1164, PETRUM IV, *Peponem* II. & *Guidonem* genuit. Postremus pater fuit *Jacobi*, improlis; à Pepone Consule & Potestate Orvietano propago enata est, quæ in quartam usque generationem duravit, *Guidonem*, qui apud Senenses munere *Potestatis* & armorum Ducis an. 1212. functus est, protulit, atque in *Puccio* Dom. de *Magliano* medio seculo decimo quarto emarcuit. PETRUS IV. Consulatum Orvieti exemplò majorum gessit an. 1174, & Montem Pulcianum recuperavit, gnatosque post se reliquit PEPONEM II, *Guidonem* & *Ranuccium*; à singulis lineæ ortæ sunt, sed Peponis tantùm stirps perpetua floruit propagine; hic quoque Consul Orvietanus & Prætor fuit, genuitque RANUCCIUM, *Nicolaum* & *Peponem.* Hic pater fuit *Ranuccii* Domini de *Sarsetta*, cujus posteritas in *Ugolino*, Florentinò Prætore, medio seculo decimo quinto defecit. A *Nicolao* Farnesii *Ancorani* Domini orti sunt, quorum aliqui Bononiæ floruerunt literis pariter ac armis clari, sed non perennavit eorum linea, nec Sarsettensi diuturnior fuit. RANUCCIUS, quem primum in linea recta numerant, Potestatis munere Orvieti an. 1226. functus, genuit RANUCCIUM II, *Franciscum* & *Puccium*; ex his medius prole caruit, licèt uxorem ex *Aldobrandescorum de S. Flora* familia habuerit; Puccio verò nati sunt *Margarita* Pauluccii *Monaldeschi* uxor, *Christophora* Ninio *Farnesio* nupta, & *Antonius*, pater, ex Catharina da Boschi, *Neccæ*, quæ Nicolaò *da Boschi* in manum convenit, & *Georgii*, cujus cum liberis ramus hic exaruit. RANUCCIUS II. inter clarissimos ævi sui belli Duces, Scipione Admirato teste, numeratus, in pugna contra Gibellinos, in qua Senensium copiis præerat, mortem oppetiit an. 1288. (*a*) Gnatos post se reliquit NICOLAUM, *Petrum* & *Leandrum*; hic cum *Thomasa*, Bertoldi *Corione* Dom. de *Morgiana* filia, *Petrum Franciscum* procreavit, patrem *Petri*, prole destituti. Petrus Dom. de *Contighano* audiit, & propaginem habuit, in generatione tertia extinctam. A NICOLAO initium Tabulæ ductum est.

PETRUS Farnesius, Nicolai F. fuit summo apud Florentinos honore ac nomine propter virtutem militarem, quam Historiæ *Leon. Aretini* & *Scip. Admirati* maximoperè laudant; referam quæ ibi de illo memoriæ sunt prodita: Per extremum anni 1362. à Florentinis Rodulpho Varano Camerinensi, quo ductore militum usi erant, successor datus est *Petrus Farnesius*, vir egregius bello, ac rei militaris per ea tempora inprimis peritus, fidusque quibus operam suam addicebat. Is ergo magna spe omnium cùm belli adversùs Pisanos curam suscepisset, principio veris Lucam, quæ tunc in Pisanorum potestate erat, per proditionem occupare tentavit, sed detecta proditione consilium successu caruit; Bargæ deinde à Pisanis obsessæ cum auxilia submisisset, trecenti Florentinorum equites & CC. pedites à Pisanis profligati magnam cladem acceperunt; ea velut ignominia tactus, quod primæ sibi res fœdè

(a) *Ammirat. Hist. Fiorent. Lib. III.*

dè successerant, cum reliquis copiis agrum Pisanum ingreditur, iratus quidem & sibi & hosti, certoque confligendi proposito nihil aliud meditatus, quàm quemadmodum acceptam cladem valeret ulcisci; affuitque fortuna ejus cœpto pænè temerario: nam cum haud multum Pisis abesset, obviasque Pisanorum copias habuisset, pugnatum est aliquandiu dubio eventu. Tandem verò Farnesii, qui equo amisso mulum, in quem fortè incidit, onere suo levatum conscenderat, virtus & ardor superavit, fractisque & profligatis magna strage Pisanis, plenam est victoriam consecutus. In eo prœlio Dux hostium captus est, ac vexilla Pisanorum cum ingenti captivorum multitudine in potestatem victoris devenere. Captivos & Ducem, & signa militaria Pisanorum capta, Farnesius cum ingenti gloria Florentiam retulit. Pro quibus rebus gestis cùm ab exultante populo corona laurea ipsi afferretur, accipere renuit, afferens majorum rerum triumpho illam convenire; quatuor tamen equos insignes phaleratos dono accepit; statua quoque ei posteà in æde urbis majori posita fuit, ubi armatus & scipionem manu tenens, muloque insidens, conspicitur. Regressus deinde in agrum Pisanum majori apparatu, quàm prius, ad ipsa Pisanorum mœnia penetravit, levibusque aliquot præliis ad portas commissis, profligatis & ibi hostibus, & intra mœnia compulsis, nummos argenteos aureosque in eo loco percussit, signatos *resupina vulpe sub effigie S. Johannis;* vulpes quippe Pisani audiebant Florentinis, sicut *Admiratus* refert. Barga per idem tempus à Pisanorum diuturna obsidione liberata fuit: nam cùm equites à Farnesio missi eò pervenissent, oppidani ob auditam victoriam sublatis animis oppido egressi, magno ardore in hostem ruentes, adeò superiores fuerunt, ut & castra contra se posita, & præsidia omnia expugnarent; sed haud multò pòst Farnesius in ipso victoriarum cursu pestilenti morbo correptus Miniate in oppido migravit è vita. Ejus corpus, magno militum gemitu Florentiam devectum, publico & magnifico funere civitas in æde S. Reparatæ sepeliit, statuamque equestrem eodem loco illi erigi curavit, ab *Andrea Orgagna*, claro sculptore, effictam, prætereaque amplioris gratitudinis testandæ ergò, *exemplo*, ut Admirati habent verba, *liberali magis quàm prudenti*, spartam, quam Petrus ornarat, RAINUTIO, ejus fratri, tradidit, virtute longè inferiori illi, cujus respectu Provinciam istam accepit; fortuna etiam Florentinis reflare cœpit, ut verterentur retrò omnia, & Pisani, Anglis, quos conduxerant, aucti, Florentinos ad Ancisam vicissim castris exuerent, captis eorum permultis, in quibus & Præfectus ipse copiarum Rainutius Farnesius fuit. (*b*)

Inter Rainutii modò dicti posteros nunquam defuere viri strenui, egregiique duces, & tuendi regendique exercitus periti, quorum opera Pontifices Romani, Reges Neapolitani, Respublica Veneta, civitatesque Florentinorum & Senensium, certatim usi sunt; sed res à singulis gestas recensendi non suppetit facultas; studia etiam pacis ac religionis nonnulli ex illa propagine sectati, honoribus Ecclesiasticis illustrari sunt, quorum in numero fuere FERDINANDUS, Bertholdi Farnesii Juliæque Aquavivæ F. qui Ecclesiæ Montis Flasconis primò, dein Parmensi, egregia fama præfuit, & præcipuè HIERONYMUS, Ferdinandi ex fratre Mario Duce Lateræ, nepos. Hic, ut habent verba *Oldoini* in Continuatione Historiæ Ciacconianæ Pontificum & Cardinalium, *in terra Lateræ ipso die Divo Hieronymo sacro, unde nomen inditum, in copiosa admodum familia nactus est fratres, ut foris bello strenuos, ita domi toga illustres; sorores verò ut plurimum austerioris instituti studio addictas, quas inter Francisca à Jesu Maria, quæ sacrarum virginum plantandis cœnobiis, vitæ sanctimonia, omnibusque severæ virtutis ornamentis, Orbi Christiano præluxit.* Hieronymus *Parmæ in Nobilium collegio politioribus literis & philosophiæ disciplinis imbutus, haustisque in præcipuis Italiæ Academiis Jurisprudentiæ fontibus, laurea donatus, Pauli V. Papæ honorariis Cubicularius, nec multò pòst utriusque Signaturæ Referendariis adscriptus est: Urbanus* VIII. *deinde Archiepiscopali Patracensi infula decorato Apostolici Nuntii munus ad Helvetios & Rhætos an.* 1639. *demandavit. Romam an.* 1644. *reversus, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium à Secretis præfectus, eoque munere impigrè functus est, donec post integrum decennium Innocentius* X. *Urbis Gubernatorem renunciavit. Duobus pòst annis cum dimidio ab Alexandro* VII. *Domui Præfectus assumtus, Christinam Sueciæ Reginam primò venien-*

C 2 tem

(b) *Aretin. Hist. Florent. Libro VIII, Admirat. Lib. XII.*

tem in Vaticano excepit, tandemque an. 1658. *a.* 29. *April. in Purpuratorum Patrum consortium relatus; unaque simul Bononiæ Legatus à latere electus est. Terminato legationis quadriennio, Petri germani fratris Ducis Lateræ adversam caussatus valetudinem ad urbem rediit, nec multò post Flavii Cardinalis Chisii, in Galliam ablegati, vices in Signaturæ præfectura suscepit. Cùm postea comitiis Cardinalium post Alexandri obitum, quibus Clemens* IX. *ad Vaticani Principatus culmen evectus est, interfuisset, paucos post menses, labore, ætate, viribusque defectus, naturæ concessit; vir ad omnia summa natus, exerto, vivido, capacique ingenio, communem ferè hominum conditionem supergressus; vitæ integer, animi candorem ac ingenuitatem, à majoribus haustam, cum virtute & eximia pietate conjunxit; avarus sui ostentator, in jure dicendo semper justus, semper incorruptus, in pauperes benignus & largus.* Sepultus est in Societatis Jesu templo, inque ejus plumbeo conditorio hæ notæ incisæ sunt; *Hieronymus Tit: S. Agnetis extra muros Presbyter Cardinalis Farnesius Romanus, vixit annos* LXVIII, *Menses* IV, *Dies* XVIII. *Obiit die* XVIII. *Februarii* MDCLXVIII. Subjunxit elogio illi Oldoinus, *Hieronymum Card. Farnesium gentilitiis liliis fama, nomine, rebus gestis celebrem, & undequaque magnum, Avorum suorum ceras ac titulos, in se collectos, suæ gentis ultimum, tumulo intulisse;* hisque verbis innuit, hunc stirpis Farnesiæ ramum cum illo emarcuisse. (*c*) Castrum familiæ gentilitium, vivente adhuc dicto Cardinali, alienatum, Chisiisque, Alexandro VII. pecuniam repræsentante, ab eo venditum fuit.

AD TAB. II.

ALEXANDER Farnesius, à quo dictam orditi sumus tabulam, incremento familiæ suæ natus est *Carini*, paternæ ditionis oppido in Etruria, & Romæ educatus, ubi magistro Pomponio Læto usus, deindeque Florentiæ in Laurentii Medicis Academia Græcis & Latinis literis, liberaliumque artium disciplinis excultus, publica etiam profectuum suorum specimina edidit: quippe Ciceronis epistolas ad Atticum declarationibus illustravit, extantque tredecim ejus epistolæ, ad Frid. Nauseam, Erasmum, Cortesium, & alios scriptæ, sicut *Alph. Ciacconius* refert. Romam reversus, cum aliquanto ob rem familiarem à matre dissensisset, rogatu Roderici Borgiæ Cardinalis, Patroni sui, ab Innocentio VIII. Papa in Hadriani molem conjectus est, ex qua non ita multò pòst Pauli Marganii propinqui opera, dum omnes supplicationibus corporis Christi religiosius vacant, funibus ex prædalta arce demissus evasit. Ab eodem Pontifice reconciliato *Scriptor Apostolicus & Protonotarius*, ab Alexandro VI. *Thesaurarius, Episcopusque Montis Flasconis & Corneti*, mox an. 1493, d. XII. Kal. Sept. *Diaconus Cardinalis* S. S. *Cosmi & Damiani*, deinde *Piceni Legatus* creatur. A Julio II. *Parmensem* Ecclesiam ac S. *Eustachii* Diaconiam adeptus, à Leone X. autem ex Diacono *Episcopus Tusculanus*, cumque Prænestinam etiam Sabinensem & Portuensem Ecclesiam successivè rexisset, denique sub Clemente VII. *Ostiensis* Episcopus Senatusque sacri *Decanus* constitutus est. Hoc defuncto, à Cardinalibus eadem nocte, qua conclave ingressi erant, concordibus suffragiis ad *Pontificatum Maximum*, quem jam bis ambierat, evectus est, *tanto liberalius, quod,* dicente Guicciardino (*d*) *quum sexagesimum septimum ætatis suæ annum attigisset, ac imbecillis, nec satis bona valetudine censeretur, (quam opinionem ipse aliqua arte juvit) ejus Pontificatum brevem fore sperarent;* sed fefellit eam opinionem, & quindecim adhuc annos vixit, diutius fortasse victurus, ni iracundiæ, ex suorum improbitate conceptæ, succubuisset. Famam post se reliquit variam; laudatur ejus prudentia, moderatio & eruditio, nec non studium, quo in Italiæ pacem incubuerit, ita ut summos Reges sæpius conciliare aggressus, nulla itinera, nullos labores, ut publicæ incolumitati prospiceretur, reformidaverit; carpitur è contra immodica ejus cupiditas domesticæ amplificandæ atque evehendæ fortunæ, qua eò usque sit prolapsus, ut ne rerum quidem publicarum jacturam, dum

(c) *Hist. Pont. & Card. T. III, p.* 735. *& seqq.*
(d) *Hist. Ital. Lib. XX. in fine.*

dum voti compos fieret, aliquando magni fecerit. Scilicet ante omnia nepoti suo *Octavio* Margaritæ Austriacæ, Caroli V. naturalis filiæ, & Alexandri Medicis Florentiæ Principis viduæ, nuptias conciliavit, sibique persuasit, hac ratione Mediolanensem Ducatum sese illi ab Imperatore impetraturum; qua tamen spe in Nizzensi colloquio, ubi de illa conditione sermonem instituisse *Adriano* fertur, (e) frustratus est. Emerat eodem temporis tractu à Lucretia Roborea, Marci Antonii Columnæ vidua, vicum Tusculanum, *Frescati* vulgò dictum, quem illa à Julio II. Pontifice, avunculo suo, in dotem acceperat; hunc mox Romanæ concessit Ecclesiæ, ejusque loco *Castrum* & *Roncilionem*, eidem ablata, *Petro Aloisio* filio suo in feudum contulit. Camertium deinde, tanquam ad Ecclesiam Rom. morte Joannis Mariæ Varani, mascula prole destituti, devolutum, & Guidoni Ubaldo Roboreo, defuncti genero, extortum, *Octavio*, nepoti suo, cum ducatus insignibus beneficiario jure concessit, grandi pecunia cunctis, qui aliquod jus in eo prætenderent, persoluta. Denique consilium cepit de commutando Camertiensi statu cum Parma & Placentia, nobilissimis in Gallia Cispadana urbibus, quas Leo X. Pontifex sub prætextu, quòd Exarchatus Ravennensis pars fuissent, Ecclesiæ Romanæ vindicaverat: nempè causam prætendebat Paulus, quòd Camertium in Romanæ urbis vicinia esset, atque sic patrimonio Ecclesiæ magis conveniret, quàm illæ urbes longius dissitæ, impensis præterea magnis, perpetuisque periculis obnoxiæ; restitere equidem consilio huic Cardinales complures, sed pervicit Pontifex, & Petro Aloisio filio *Parmam Placentiamque*, Camertio Ecclesiæ à nepote Octavio restituto, decemque millium aureorum annuo tributo imposito, ducatus titulo addixit. Id præterea in vitiis Pauli III. Papæ commemoratur, quòd in consiliis capiendis ac cæteris rebus suis semper astrologos, atque adeò Lucam Gauricum, quem & mensæ adhibebat, consuluisset. Exprobrata etiam patri filii P. Aloisii flagitia & obscœnitates, quas vivus dissimulaverat, & de quibus cum nonnunquam audiret, hoc solum consuesset dicere, *Filium non commonstrante parente hæc didicisse.* Ex ejusdem cæde ingentem mœrorem, majorem verò indignationem ex Octavii nepotis omissa paternæ cædis ultione, & cum Carolo V. Cæsare reconciliatione, concepit, tantam, ut de ea certiorem factum deliquium corriperet, & parùm abesset, quin pronus in terram caderet; demum febri oppressus intra triduum decessit, cùm annum LXXXII. ageret. Moriens suorum ingratitudinem sæpius incusavit, se felicem dictitans, si nunquam genuisset, illudque ex Psalmo 18. ingeminans: *si mei non fuissent dominati, tunc immaculatus essem, & emundatus à delicto maximo.* (f)

PETRUM ALOISIUM, jam dictum, Alexander Farnesius ex puella quadam, quam, cùm sub Julio II. per Anconitanam provinciam legatus esset, se unum ex legati familiaribus mentitus, spe matrimonii facta compresserat, suscepit, si editori *Thuani Restituti* fides est: alii è fœmina Romana, gentis *Ruffinæ*, illum, Rainutiumque & Constantiam natos esse perhibent: fuisse fertur Petrus Aloisius homo tetro adspectu, pessimisque moribus præditus, & expilationi urbis Romæ, quæ sub Clemente VII. accidit, non interfuisse solùm, sed & strenuam præbuisse manum. Cæterum non diu dignitate, in quam pater eum evexerat, gavisus est; præterquam enim quòd cum alioqui sua viria cunctis invisum redderent, tetrum facinus in Cosmum Gerium, Episcopum Faventinum, patravit; huic quippe primò frustrà blanditiis tentato, ad extremum specie colloquii in secretius cubiculum sevocato, ope servorum, quamlibet renitenti, vitium per vim intulit: quæ rei indignitas non tantum illius animum in tantum afflixit, ut ex mœrore paulò pòst decesserit; sed etiam Nobilium multorum animos, sævitia imperii jam exasperatos, acuit, ut de tollendo è medio homine contaminatissimo *Joannes Anguisciolæ Comes*, *Camillus Pallavicinus*, *Augustinus Landus* & *Joh. Aloisius Confalonerius* conjurationem facerent; nec mora occupata arce & excubiis stipatoribusque oppressis, Anguisciola in interius cubiculum irrumpit, miserumque hominem membris captum & inermem gladio transfigit; cadaver deinde catena suspensum è muro accurrenti populo ostentarunt, & ad ludibrium aliquandiu agitatum in fossam præcipitarunt, addito elogio, quo nefandæ libidinis crimen mortuo exprobrabatur. Admonitum fuisse à patre de insidiis, utque

(e) *Histor. Lib. II.*
(f) *Ciaccon. Tom. III. p. Onuphrius Vita Pauli III. Maurocen. Hist. Venet. Lib. VII. Thuan. Hist. Lib. VI.*

à IV. Idus Septembris sibi caveret, astra enim ei cladem insignem portendere *Thuanus* memoriæ prodidit, à quo hoc etiam refertur, Ducem de conjuratione jam certum, cæterum de personis ac locis ignarum, ad vetitas artes, quas à patre edoctus familiariter colebat, postremò confugisse, & incantationibus evocatum dæmonem de conjuratorum nominibus interrogasse; illum verò nihil aliud, quàm ut diligenter in suam monetam inspiceret, respondisse; in ea quippe locum conjurationis & consciorum nomina reperturum; Id verò tunc minimè intellectum, pro delusione habitum, quod facta cæde verum fuisse compertum est. Nam cùm in antica parte Farnesianorum nummorum scriptum sit P. ALOIS. FARN. PARM. ET PLAC. DUX, vocis Placentiæ, ubi cædes facta est, prima quatuor elementa *Pallavicinos*, *Landum*, *Anguisciolam* & *Confalonerium* designasse. Quod *inter memorabilia Magicæ delusionis exempla meritò recenseri posse* laudatus scriptor censuit. (g)

De RAINUTIO Farnesio, Petri Aloisii fratre, *Ughellus* Italiæ Sacræ Tomo I. sequentia retulit: *Rainutius Farnesius, nothus, tametsi novem annorum adhuc puer esset, ex indulgentia Leonis X, qui natalium ætatisque defectum suppleverat, Monte Flasconensem & Cornetanam Ecclesiam administrandam suscepit an.* 1519. 13. *Aprilis, d. cum deinde Alexander Cardinalis Farnesius ad Apostolicam vitam fuisset subvectus, ipse clericalem vitam cum uxorata commutavit, Virginiam quippe Gambaram nondum consecratus sibi junxit uxorem, ex qua narratur nullos filios sustulisse.*

Post cædem Petri Aloisii Farnesii, Placentia Cæsarianos, qui à Ferdinando Gonzaga Mediolano, Ticino & Cremona missi, haud longè aberant, recepit, & in Imperatoris fidem se dedit; Parmam autem Paulus Pontifex, evocato ad se Octavio nepote, & misso mox Camillo Ursino cum valido præsidio, ægrè conservavit: ab isto cum posteà OCTAVIUS in arcem Parmensem, tamquam possessionem suam, intromitti postulasset, inscio avo, repulsamque tulisset, adeò indignè eam tulit, ut fratri Cardinali scriberet, nisi traditurus sibi sit Papa Parmam, pacem se cum Ferdinando Gonzaga facturum, ejusque auxilio urbe illa quacunque via potiturum esse. Mortuo ex iracundia, qua ob has literas exarsit, Paulo, solicitavit iterum Octavius Ursinum ut Parmam potestati permitteret suæ; sed ingressu denuò prohibitus, & novi Pontificis imperia præstolari jussus, consilium cum fratribus Alexandro & Rainutio cepit, ut hi Johanni Mariæ Cardinali de Monte in adipiscendo Pontificatu favorem atque auxilium pollicerentur, si is contra reciperet, se impetrata dignitate redditurum Octavio paternam ditionem; promisit Sedis Apostolicæ Candidatus omnia liberalissimè, & votorum compos factus, sumto Julii III. nomine, restituere jussit Octavio Parmam, quippe quæ in Ecclesiæ potestate erat, ad conscribendum autem exercitum, & Cæsareanos Placentia exturbandos, non se passus est commoveri. Octavius desperatis rebus an. 1551. in Henrici II. Galliarum Regis fidem clientelamque se tradidit, & Carolo Cæsari torquem Aurei Velleris repudiumque obligationis, qua insignium eorum ergò tenebatur, remisit: verùm cùm nec Gallorum ope Placentiam recuperare posset, reconciliationem cum Cæsare socero denique quæsivit, eaque anno 1556. impetrata, Placentiam etiam recepit, sed arce excepta, quam non nisi filius Octavii, suis erga Hispanos meritis, patri obtinuit. Belli deinde Ferrariensis curam Octavius Philippi II. Regis Hispan. jussu suscepit, & denique tum hoc bello, tum illo, quod olim ante XL. annos Caroli V. & Pauli III. avi auspiciis in Germania gessit, clarus, prætereà *magna prudentiæ, & ingenii ad facetias nati, solertia* præditus, exacta ætate Parmæ naturæ concessit XIV. Kal. Oct. an. 1586; cùm *Margarita Austriaca*, ejus uxor, Ortonæ, quæ illi dotalis erat civitas in regno Neapolitano, primo ejusdem anni mense supremum diem obiisset, *fœmina magni animi, morum probitate quàm fortuna melior, & æquitatis in octenni Provinciarum Belgicarum administratione olim laude insignis.* (h)

Caroli Imperatoris Regisque Hispan. filiæ nuptias Octavio Farnesio cum conciliasset Paulus Pontifex, HORATIUM Farnesium, illius fratrem, cum Henrici Galliarum Regis gnata, *Diana*, ex Diana Pictaviensi, famosa muliere, suscepta, con-

(g) *Thuan. Lib. IV.*
(h) *Adrian. Hist. Lib. VII. & seqq. Thuan. Lib. LXXXIV.*

connubio junxit, ut scilicet duabus sellis sederet versutus senex; verùm Horatius à toro geniali statim ad rogum raptus est, in arce Hedinensi, cùm ea ab Hispanis ductore Emanuele Philiberto Sabaudiæ Principe expugnaretur, globi ictu confossus, *summæ spei juvenis, qui ingens sui desiderium non solùm Regi & Dianæ conjugi, sed omnibus in Gallia & Italia reliquit.* (i)

ALEXANDRUM & RAINUTIUM Farnesios, Octavii & Horatii fratres, in Cardinalium collegium communis omnium avus Paulus III. Pontifex cooptavit, utrumque adolescentem, cùm ætatis annum decimum quintum prior ageret, alter explevisset. *Alexander* primas tenuit inter Cardinales ab avo creatos, fuitque initio *Diaconus* cum denominatione *S. Angeli in foro piscium*, dein S. S. *Laurentii & Damasi*, postmodùm ex Diaconorum primo *Presbyterorum Prior* electus, anno autem 1564. in Episcoporum Cardinalium ordinem evectus, *Sabinus*, tum *Tusculanus*, dein *Portuensis*, & denique d. 9. Jul. 1578. *Ostiensis* & S. Collegii *Decanus* factus est, fuitque prætereà S. R. E. *Vicecancellarius*, & Basilicarum S. *Mariæ majoris* primò, dein *Vaticanæ*, *Archipresbyter*, *Archiepiscopus* etiam *Avenionensis*, *Beneventanus*, necnon *Montis regalis in Sicilia*, & *Patriarcha Hierosolymitanus*. Opera cæterùm virtutesque ejus *Thuanus* posteritati commendavit hunc in modum: *Alexander Farnesius, Cardinalis, summæ in Purpuratorum collegio auctoritatis, jam, anno scilicet 1589, totos LV. annos magnitudinem, à Paulo III. in familia sua fundatam, summa prudentiæ & ingenii in explicandis negotiis opinione tutatus est, literarum & literatorum, atque adeò præstantium artificum, sculptorum, pictorum & architectorum fautor eximius. Vix annum XX. egressus summas legationes sub avo conciliandis Carolo V. Imp. ac Francisco I. G. R. obivit. Post avi mortem ob parentis P. Aloisii calamitatem varia fortuna jactatus, cùm in Henrici II. G. R. benignitate honoratissimum habuisset perfugium, posteà, Octavio fratre cum Cæsare reconciliato, mutavit & partes nostras deseruit, Austrii nominis, cui frater, familiæ suæ Princeps, tantam per affinitatem necessitudine conjunctus erat, fortunam tota vita secutus. In illo otio pulcherrimam & magnitudine ac rarâ fabricæ elegantiâ visendam Caprarolæ arcem XXX. ab urbe milliaribus exstruxit; dein ad pietatis exercitia inclinata ætate versus, Basilicam B. Sylvestri in Soractis monte, in Faliscis D. Anastasii templum cœnobiumque ad aquas Salvias, B. Virginis ædem ad cryptam ferratam, & augustissimum delubrum in Vulsiniensi lacu, templum item BB. Laurentio & Damaso dicatum, sua impensa ædificavit, instauravit, ornavit. Ac postremò magnificentissimam illam Jesu ædem in urbe erexit & sodalitii cognominis Patribus attribuit, ubi cùm 7. Nonas Mart. paulò septuagenario minor decessisset, insigni pompa funeratus est, à Petro Magno luculenta oratione laudatus. Exstant & Fr. Bencii & Julii Nigronii orationes de eo funebres.* RAINUTIUS nondum ephebus habitum & crucem militarem S. Joannis Hierosolymitani suscepit, *Priorque Venetus* factus, Commendam Bononiensem consecutus, nullaque ætatis ratione habita an. 1544. ab avo *Archiepiscopus Neapolitanus*, & sequenti anno *Diaconus Cardinalis* S. *Luciæ*, mox S. *Angeli* electus est. *Presbyter Cardinalis* posteà factus Piceni legationem obiit, an. 1547. *Major Pœnitentiarius* renunciatus, suffectusque est paulò post Marino Cardinali Grimano in Patriarchatu Constantinopolitano Latino; quam dignitatem cum Archiepiscopatu Ravennatensi an. 1550. commutavit. A Julio III. Patrimonii legatione atque Archipresbyreratu Lateranensi decoratus, & sub Marcello II. Episcopis Cardinalibus adlectus est, denique anno 1564. Ravennatensi Archiepiscopatu dimisso Bononiensem Episcopatum suscepit, quem anno sequenti unà cum vita mutere Parmæ, quò Bononia profectus erat visum fratrem Octavium, deposuit, ob placidos mores, animique probitatem, cunctis gratus. Pius IV. Pontifex in Consistorio *insigni virtute doctrinaque excultum & regendis populis aptum eum fassus, de doctrina & moribus ejus documentum conscribendum judicavit.* (k)

Margarita Austriaca Octavium Farnesium semel tantùm parentem fecit, sed gemino uno illo partu prolis, prior natu *Alexander* ab avi paterni ante Pontificatum, posterior *Carolus* à materni avi nominibus appellati sunt; sed Carolo non diu superstite

(i) *Thuan. Lib. XII.*
(k) *Ciaccon. Tomo III. p. 558. & 722. Thuan. Lib. XCVI.*

perstite omnis in ALEXANDRI educationem cura conversa est, de quo auguratum esse Paulum Pontificem *Fam. Strada* refert, illum, *si quid veri præsentiret animus, magnum armorum Ducem aliquando futurum*, atque exseruit se mox in puero *natura inquies, igneaque, ita ut literarum compedes odisset, saltuque & equestri disciplina & gladiatorio ludo corpus quàm animum libentius exerceret.* (l) Pueritiam nondum egressus in Belgium ad Octavium patrem missus, atque ab eo Philippo Regi Hisp. tanquam redintegrati auctoramentum obsequii in Austriacam domum traditus, & in Hispaniam ductus est; ubi educato, & vigesimum annum agenti uxorem decrevit Rex *Mariam Lusitanam*, cum qua nuptias Bruxellis, ubi tunc mater ejus Belgium administrans agebat, magna pompa & provinciarum gratulatione celebravit. Fama deinde expeditionis maritimæ adversùs Turcas suscipiendæ excitus, se voluntarium militem Ioanni Austriaco, avunculo suo, expeditionis Duci, obtulit, & ex memorabili illa in Naupactensi freto pugna captæ Quæstoriæ Turcarum triremis decus retulit. Belgium deinde cùm Rege Philippo cupiente repetiisset, ibique campum, quo virtus sua decurreret, nactus esset, ita se gessit, ut avunculo Joanni Austriaco lethali morbo decumbenti successor in suprema Belgii & Burgundiæ Præfectura à Rege destinaretur, quam etiam Provinciam, illo defuncto, sub finem anni 1578. suscepit, & duram licèt atque ancipitem XIV. annorum spatio summa prudentiæ, fidei, solertiæ, vigilantiæ, constantiæ & felicitatis laude, maximoque Hispanorum commodo, obiit; Gallicis expeditionibus, quibus Regem Henricum IV. à Lutetiæ & Rotomagi obsidione avertit, tantam de se famam excitavit, ut minora virtute ejus cuncta existimarentur, quippe qui cum felicissimo simul Rege & Imperatore rem tam feliciter confecisset. Cùm majora ab eo expectarentur, in ipso quasi rerum agendarum flore defecit, atque anno ætatis 47. morbo, ex mala corporis habitudine interioreque partium vitio orto, Rigiaci Atrebatum naturæ debitum reddidit. Cum justa ei eodem loco persolverentur; altercatio inter Italos & Hispanos exorta est, utri præcederent; Itali pervicerunt, ut in exequiis sui Imperatoris, qui intermortuam militaris scientiæ in Italia gloriam non solùm renovasset, sed supra alios retro Duces in maximum fastigium extulisset, primas tenerent. Corpus deinde militari pompa Bruxellas deductum, & in regii palatii sacellum illatum, atque inde tandem in Italiam à Mario Farnesio devectum, & Parmæ tenui funere in æde Pacis, Capucini habitu humilique admodum monumento, cum Mariæ conjugis corpore reconditum fuit, cujus inscriptio, à filiis deinde addita, sic se habet: *Alexander Farnesius, Belgis devictis, Francis obsidione levatis, ut humili hoc loco ejus cadaver reponeretur, mandavit*, III. *Non. Decembr.* MDXCII. *Et ut secum ossa Mariæ conjugis optimæ jungerentur, annuit, illius testamentum secutus.*

FARNESIUS ALEXANDER *hoc tumulo situs*
Parmæque Dux Placentiæque tertius
Sacroque-sanctæ Ecclesiæ Vexillifer,
pietate quo non melior, aut quisquam fuit
summâ Imperator arte bellandi prior,
post liberatam Celticam, post Belgicam
Bello receptam, & redditam antiquis sacris,
ODOARDUS & RANUTIUS *mæstissimi*
posuere, summa officia solventes patri.
Heu quale Roma amittis & quantum decus!

Posteà Romæ, quòd inde oriundus esset, Pontificis permissu, S. P. Q. R. tanquam civi optimo, & S. Rom. Ecclesiæ gubernatori hæreditario, magnificis exequiis ad Franciscanorum in ara cœli justa persolvit, & majorum more marmoream statuam ex SC^to. in Capitolio posuit. (m)

RAINUTIUS Farnesius, paulò ante patris Alexandri mortem ex Gallia in Italiam cum Vastii Marchione post solutam Rotomagi obsidionem profectus, ditionum paternarum regimen suscepit, duxitque in matrimonium *Margaritam Aldobrandinam*, Olympiæ, quæ Clementis VIII. Pontificis è fratre neptis, & Joanni Fran-

(l) *Fam. Strada de bello Belgico Lib. IX.*
(m) *Thuan. Lib. CIV.*

Francisco Aldobrandino, gentili suo, nupta fuit, gnatam; eâ post diutinam sterilitatem gnatos quatuor tresque filias peperit; creavit autem Pontifex Rainutium ejusque successores *Romanæ Ecclesiæ vexilliferum*, cumque XXX. annis ditionibus præfuisset, ita ut ob severitatem timeretur magis, quàm amaretur, fatis concessit, successitque ei ODOARDUS, alter è filiis, eò quod *Alexander* primogenitus mutus, & ad imperandum ineptus esset. *Nothum* prætereà habuit Rainutius, cui nomen OCTAVIO fuit, in hunc, corporis animique dotibus insignem, genitor Principatum avitum transferre cogitabat, cùm diu sterili, ceu dictum est, uteretur matrimonio; legitima verò prole auctus vereri cœpit, ne ille excelso præditus ingenio atque à subditis amatus post ipsius mortem ad principatum aspiraret; hæc sollicitudo suspicioque cùm amorem, quo juvenem prosecutus fuerat, ex animo suo pepulisset, custodiæ eum perpetuæ mancipavit, in qua miser, Odoardo imperante, contabuit, quemadmodum *Alph. Loschius* in *Compend. Hist.* retulit.

ODOARDUS molestias & calamitates ingentes suo sibi attraxit jumento, cum sinistro consilio desertis Hispanorum partibus Gallicas amplexus esset, illisque bellum in Mediolanensi Ducatu inferre sustinuisset, hanc quippe defectionem & audaciam Placentiæ obsidio, & fœda totius regionis fertilissimæ depopulatio secuta est, qua fractus Dux ad reconciliationem cum Hispanis animum applicuit, pacemque cum eis celeriter & clam Gallis fecit, ineunte anno 1637. Sed tum ex ære alieno, quod ad tolerandos belli illius sumptus, Romæ apud fœneratores, vulgari vocabulo *Montistas* dictos, contraxerat, oppignoratis Castrensis Ducatus reditibus, tum ex offensiunculis à Barberinis, penes quos tunc summa rerum erat, acceptis, novum illi an. 1641. bellum ortum est cum Urbano VIII. Pontifice, ad quod ipse classicum cecinit, cum Castrum operibus & præsidio militari, cui Delphinum Angelietium præfecit, munire cœpisset, quamobrem publice Romæ citatus, atque intra XXX. dierum spatium munitiones destruere jussus, simulque Ludovicus Matthæus cum VI. M. peditibus & D. equitibus machinisque aliquot bellicis, Generalissimi Pontificii dignatione, Viterbium missus fuit, à quo paulò pòst Castrensis ditio omnis in Barberinorum potestatem redacta fuit. Parmensis facto fœdere cum M. Duce Etruriæ, Duce Mutinæ & Venetis, vim vi repellere studuit: quare multa integro triennio hinc & illinc damna accepta fuere & illata, donec de pace Venetiis anno 1644. conventum fuit, qua Odoardus Parmæ Dux in gratiam Urbani & Castrensem ditionem restitutus fuit, destructis munitionibus, & salvo jure *Montistarum*. (n)

RAINUTIO, hujus nominis secundo, Odoardi filio, avitos Principatus moderante, bellum Castrense recruduit, occasione necis Christophori Giardæ, Castri urbis Episcopi, sicariorum manu, & Jacobi Gauffridi, primarii tunc temporis in aula Parmensi ministri, instinctu è vita sublati; quippe Innocentius X. Pontifex non satis habuit nefandi illius flagitii auctores & patratores diris devovisse, sed conscripto expeditissimè exercitu, cui Comites Davidem Vidmannum & Hieronymum Gabrielem præfecit, arcta cingi obsidione Castrum mandavit, prætereaque in Bononiensi diœcesi copias duce Ludovico Marchione Matthæo coëgit, ut ea quoque ex parte hostem fatigaret, & impediret ne obsessis suppetiæ ferrentur; missæ nihilominus à Parmensi Duce auxiliares copiæ, quas Marchio Gauffridus, ignarus militiæ, ductabat, cum apud *Fanum Petri in Casale* in Ecclesiasticum exercitum incidissent collatis signis fusæ fugatæque sunt, quem in prosperum eventum Castri deditio & excidium, totiusque status istius *incameratio* (uti loquuntur) excepit. Gauffridus post rem apud Fanum Petri malè gestam, Parmensis Ducis mandato captivus in arcem Placentiæ abductus, multisque detectis criminibus, quibus heri sui nomen implicaverat, & præsertim de cæde Castrensis Episcopi reus inventus, capite delicta luit primo anni 1650. mense. Fuit *Gauffridus* genere Gallus, Medici in exili Provinciæ loco, *Ciutat* dicto, filius; in Italiam profectus, Venetiis, quod nonnullæ in eo essent literæ, in Nobilium quorundam studiis doctrinisque deditorum notitiam pervenit, qua locum inter *Academicos Incognitos* nactus est; deinde Claudii Achillini, eruditorum suæ ætatis in Italia facile Principis, commendatione inter ministros domesticos Odoardi Parmensis Ducis receptus, Magistri linguæ Gallicæ titulo, ita brevi in consuetudinem & benevolentiam illius se insinuavit, ut intimus fie-

(n) *Bapt. Nani Hist. Ven. Lib. XII.*


ret ejus consiliis, primasque in aula obtineret, atque etiam sub Rainutio cuncta regeret: sed tanta felicitas atque auctoritas immensis, quas acquisivit, divitiis stipata, cum ad intolerabilem superbiam animum ejus inflasset, in invidiam odiumque plurimorum irruit, quo obrutus & adverso illo casu Principis gratia excussus, tristem quem diximus, sed gratiosis haud insolitum, vitæ exitum habuit. (o)

Rainutio II. duo fuere fratres, gloria militari insignes, ALEXANDER & HORATIUS; hic Venetiis supremi Equitatus Præfecti dignatione stipendia fecit, atque anno 1654. Venetiis cum delecta manu classe Cretam profectus, biennio illic exacto, expeditionis, à Laurentio Marcello, Capitaneo Venetorum Generali, adversus Hellespontum susceptæ, socium se præbuit, strenuique ducis ac militis partes in memorabili illa pugna navali implevit, qua insignem Veneti victoriam, imperatoris tamen sui sanguine redemtam, de Turcis reportarunt. Post prosperum hunc eventum cum Venetias se referret, morbo correptus atque extinctus est. Memoriam defuncti Resp. Veneta nobili monumento, in æde Cruciferorum posito, posteritati commendavit, spartam verò, quam ornarat, fratri ejus *Alexandro* detulerunt. (p) Hic cum posteà Regi Hispaniæ operam suam addixisset, an. 1662. *Magnatis Hispanici* dignatione mactus, an. 1663. Equitatus præfectura auctus, & an. 1669. *Prorex Navarræ* creatus est. Anno 1678. torque Equestri *aurei Velleris* decorato post biennium suprema Belgii & Burgundiæ gubernatio concredita fuit. Ex ea provincia cum elapso biennio discessisset, Italiam repetiit, à Senatu Veneto summæ copiarum suarum præfecturæ cum lauto stipendio destinatus; sed anno 1687. ab Hispaniarum Rege ad munus *Generalissimi maris Oceani* in locum Joannis Austriaci suscipiendum evocatus, supremum illic diem explevit.

(o) *Ciaccon. Hist. Pontif. T. IV, p.* 645. *&* 646. *Brusson. Hist. Ital. Lib. XVII.*
(p) *Bapt. Nani Hist. di Venet. Parte II, Libro* 7.

PICO.

PICORUM
MIRANDULÆ ET CONCORDIÆ
PRINCIPUM
GENEALOGIA.



AQuila *biceps*, quæ in capite ſcuti hic delineati conſpicitur, vel clientelæ vel gratiæ *Imperialis* ſignum eſſe videtur, *monocephala* verò, primam & quartam quadram implens, *Mirandulæ* digma eſt, quemadmodum *faſciæ argenteæ & cærulea*, quibus *leo rubeus* incumbit, *Concordiam* denotant; per medium ſcuti quadripartiti ducta *faſcia coccinea* largior quid ſignificet, incompertum habemus; toti autem impoſita parmula, *argento & cyano teſſellata*, gentilitia *Picorum* inſignia repræſentat.

SCHEMA FA

COMITUM ET DUCUM MI

I. FRANCISCUS PICUS, Dominus Miran *sus à Passarino de Bonacossis an.* 1321.

II. Prendiparte, occ. *in pugna contra Guelphos* 1312. — Nicolaus, di Dominus

III. Johannes. — Francischinus.

IV.

V. Franciscus. — Prendipartius.

VI. Johannes Picus COMES CONCORDIÆ *cr. à Sigismundo Imperat.* 1414. — Franciscus Picus COMES CONCORDIÆ, *cr. unà cum fratre.*

VII. Johannes Franciscus. — Thomasinus.

VIII. Nicolaus.

IX. Johannes Picus Dn. Mirandulæ & Comes Concordiæ.

X. Johannes Franciscus Picus, Dn. Mirandulæ,

XI. Galeottus Picus Dn. Mirandulæ Comes Concordiæ. *Blanca Maria ab Este, Scipionis filia.* — Antonius Maria Picus, † 1502.

XII. Johannes Franciscus Picus Dn. Mirandulæ Comes Concordiæ, *occ. à Galeotto fratris filio m. Oct.* 1533. *Johanna Carafa, Jo. Thomæ Com. Madaloni f.* — Fridericus Picus, Dn. Mirand. Com. Concordiæ, † *improlis.*

XIII. Johannes Thomas. *Carlotta Ursina, Jo. Jordani Duc. Bracciani f.* — Paulus. — Albertus, *occ. cum patre* 1533. — Cæcilia, *monialis S. Claræ.* — Anna, ux. *Antonii Adorni, Ducis Genuens.* — Julia, nup. *Sigismundo Malatesta Dom. Ariminum.*

XIV. Virginius. — Hieronymus. — Ludovicus Comes Mirandulæ & Concordiæ, † 1574.

XV. Fridericus PRINCEPS Mirandulæ & Marchio Concordiæ, † m. Aug. 1602. *Hippolyta d'Este, Cæsaris Ducis Mutin. soror*, † 2. Maji 1602. — Alexander DUX Mirandulæ cr. ab Imperat. Ferdinando II. 1619. natus 1567, † 1637. *Laura d'Este, Cæsaris Duc. Mutin. fil.*

XVI. Galeottus Picus, n. 1603, † 9. Jun. 1637. *Maria Cibo, Caroli Pr. Massæ f.* 1626. — Fulvia, n. 15. Sept. 1607, nup. *Alberico Cibo Pr. dein Duci Massæ*, 1626.

XVII. Alexander, II. Dux Mirandulæ & Concordiæ, n. 30 Mart. 1631, † 3. Febr. 1691. *Anna Beatrix d'Este, Alphonsi III. Duc. Mutin. f.* 29. *Apr.* 1656.

XVIII. Maria Isabella, n. 7. Dec. 1658. — Laura, n. 16. Nov. 1660, nup. *Ferdinando Gonzagæ Pr. de Castiglione* 28. Febr. 1680. — Franciscus, n. 26. Oct. 1661, † 19. Apr. 1689. *Anna Cammilla Borghese, Jo. Baptistæ Pr. de Sulmona f.* 1684.

XIX. Franciscus Maria, n 30. Sept. 1688, III. Dux Mirandulæ & Concordiæ.

MILIÆ PICANÆ.

RANDULÆ ET CONCORDIÆ.

dulæ, Imperii Vicarius Mutinæ, *occi-* I.

II.

...us *Zopinus*, Mirandulæ.

Thomasinus. Francifcus. *occifi unà cum patre an.* 1321.

III.

Prendiparte.

IV.

Paulus Picus Mirandulanus.

V.

Spinetta. Thomafinus.

VI.

Jacobus Picus, *infignis armorum Dux.*

Johannes Picus.

VII.

Thadæa nupta *Jacobo Malafpina, March. Maffæ.*

VIII.

Bravufus, *nothus.*

IX.

X.

Comes Concordiæ. Uxor, *Julia Boiarda.*

XI.

Catharina, nup. 1. *Leonello Pio Carpi regulo*, 2. *Rudolpho Gonzagæ* 1480.

Conftantia, nup. 1. *Pino Ordelapho Pr. Foroliviensi*, 2. . . . . *Com. Montifagani.*

Johannes Picus Mirandulanus, cogn. *Phœnix*, nat. 24. Febr. 1463, † 17. Nov. 1494.

XII.

Ludovicus Picus Dn. Mirandulæ, Comes Concordiæ, *occ.* 1509. *Francifca Trivultia, Jo. Jacobi cogn. Magni, M. Viglevani f.*

Magdalena, *monialis ad S. Claræ, Florentiæ.*

XIII.

Beatrix, ux. *Pauli Taurelli Com. de Montechirugolo.*

Galeottus II. Comes Mirandulæ, & Concord. † 1551. *Hippolyta Gonzaga, Ludovici Pr. de Bozzolo f.*

Ludovicus Picus *Epifc. Lemovic. in Gallia.*

Oliva.

XIV.

Uxor, *Fulvia de Coreggio, Hippolyti Com. de Coreggio f.*

Sylvia, nup. *Francifco Com. de la Rochefoucaud.*

Fulvia, ux. *Caroli de la Rochefoucaud, Com. de Randan.*

XV.

Galeottus, *Eques Melit.*

Johannes.

Ludovicus.

Hippolyta uxor *Alphonfi Piccolominei Dom. de Monte Marciano.*

Renata, nup. *Francifco Salviato Dom. de Grotta Marozza.*

XVI.

Julia, n. 12. Jun. 1611, ux. *Francifci Mariæ Duc. de Ceri* 1627.

Maria, n. 5. Mart. 1613, † 7. Dec. 1682.

Catharina, n. 10. Apr. 1620, † 1671.

XVII.

Brigita, n. 17. Oct. 1633, *Tutrix Ducis viventis.*

Johannes, n. 10. Oct. 1634, † *Jefuita* 1660

Catharina, n. 22. Jan. 1636, † 25. Mart. 1650.

XVIII.

Galeottus, n. 18. Aug. 1663.

Fulvia, n. 1666, ux. *Thomæ de Aquino Pr. de Caftiglione* 1686.

Johannes, n. 19. Oct. 1667.

Ludovicus, n. 9. Dec. 1668. *Magifter cubiculi Clem. XI. Papæ, Patriarcha Conftantinop.* 1706.

EXEGESIS HISTORICA.

PICORUM gens jam à multis seculis in Lombardia, ejusque regione Cispadana, clara potensque fuit, & sicut Mirandulæ, quæ civile & honorabile castellum *Leandro Alberto* appellatur, imperitavit, ita in Mutinensi civitate, illi confini, auctoritate floruit; hinc MANFREDUS Picus summo in ea magistratu, cui Potestatis (*Podestà*) vocabulum indiderunt, anno MCXVIII. functus esse, urbemque dilatasse & armis cum Ferrariensibus sociatis Ruberam oppugnasse memoratur. Post duo secula FRANCISCUS Picus in eadem civitate Imperii vicarius fuit: testem produco *Albertinum Mussatum*, qui Libro VII. de gestis Henrici VII. Cæs. hæc literis prodidit: *Francisco della Mirandula Mutinæ Vicarium gerente, pulsis Guelfæ partis valentioribus, qui per municipia hostes adjudicati bellum civitati incursionibus assiduis inferebant. - - - Franciscus Imperii Vicarius cum nobilibus ac militia & mercenariis militibus, qui & Mutinæ præsidio erant, eductis copiis in illos fecere impetum, & congredientium utrinque pugna atrox duarum ferè horarum spatio commissa est. Fortuna, ac belli eventu, cujus finem mortales ignorant, exulibus victoriam parientibus, terga dedere intrinseci. Illicò &* Franciscus *captus cum suorum strage, occisique hi viri insignes,* Prendiparte *Vicarii filius, Thomaxinus de Gorzano, & alii; & acta hæc sunt anno Domini nostri J. C. millesimo trecentesimo duodecimo,* VIII. *Idus Julii.* Recuperata libertate, & Henrico Cæsare vivis exempto, majorem ac par erat potestatem Franciscus Mutinæ usurpavit, ita ut eam tanquam rem suam vendere sustineret, id quod *Anton. Possevinus Gonzagæ Libro III.* memoravit his verbis: *Tenebat Mutinam* Franciscus Mirandulanus: *hic, sive propriis viribus diffisus, sive odii civium certus, quod eripi sibi nullo negotio posse cognoverat, anxiis Bononiensibus offerre statuerat. Hos missis epistolis docet, sua in manu esse, cui Civitatem permittat, traditurumque, si certo auri pondere pensaretur. Illi occupandæ fortunæ ignari, dum diem de die proterunt, & summæ pecuniæ aliquid detrahere mora cupiunt, benè agendæ rei occasionem elabi passi sunt. Passerinus enim, cui multò antè perspectum fuerat, optimè pecuniam, quamvis immensam, pro modica dominatione erogari, nil cunctatus, Mirandulano pretium, quod petierat, pollicetur. Addit promissa, & navatæ operæ gratiam non vulgarem recepturum. Ille avaritia cuicunque lucro paratus, civitatem, sive suam sive alienam, accepto auro Passerini militi concessit, quam fidissimis & fortissimis insedit, ne malè parti dominii possessio non in longum foret. Idque millesimo tercentesimo decimo septimo. Quinquaginta aureorum millia fuisse quidam volunt, magnum haud dubiè furtivæ rei pretium, nec duraturæ.* Passerinus ille, Mutinæ emtor, cognomen habuit *de Bonacossis*, fuitque Mantuæ tyrannus, & Mutina subacta aliarum etiam in illo tractu civitatum regulorumque libertati insidias struxit, unde Mirandulam quoque promissorum immemor invasit, expugnavit & diruit, Franciscum verò ejus dominum cum duobus filiis in carcerem compegit, ibique neci dedit, anno MCCCXXI. Sed eodem adhuc anno Mirandulam ope Ludovici Gonzagæ restaurari cæpisse *Leander* refert, cumque an. MCCCXXVIII. Passerinus ab eodem Gonzaga è medio sublatus fuisset, NICOLAUS Picus, qui etiam *Zapinus* nominatur, Francisci filius, illius gnatis talionem retulit, quippe quos suæ potestati permissos in eodem carcere, quo pater ipsius & fratres spiritu privati sunt, fame confecit, quemadmodum *Scipio Agnellus Maffeus* in *Annal. Mantuæ* ex Volaterrano retulit. (a) In *Gulielmi & Albrigeti Cortusiorum* Historia *de Novitatibus Paduæ & Lombardiæ*, hunc in modum ista narrantur: *Passarinus de Bonacossis, Dominus Mantuæ & Mutinæ, Franciscum de Mirandula, qui ei subjugavit Mutinam, cum duobus filiis strangulavit in carcere, qui postremò propter nefanda, quæ exercebat in Mutina, unà cum filio fuit hostis Romanæ Ecclesiæ judicatus. - - - Die verò XV. Augusti Passarinus jugulatur. - - - Franciscbinus verò filius Passarini, donatus Zapino à Mirandula, in eodem carcere, quo Dominus Franciscus à Mirandula fuit strangulatus, fuit dira morte peremptus.* (b)

NI-

(a) *Libro IX. Cap. VI.* (b) *Libro IV. Cap. XI.*

NICOLAUM Mirandulanum, de quo jam dictum est, Regiensium Ducem militarem triumque filiorum patrem fuisse *Leandrum* iterum auctorem habemus, qui etiam tertium ex istis PRENDIPARTEM Mutinensium rei bellicæ præfuisse, atque an. 1390. in pugna à Bononiensibus captum esse ex fide Annalium Bononiensium tradidit. Idem genitor dicitur PAULI, viri magno ingenio præditi, quo nati sunt filii quatuor in Tabula enumerati. A Francisco, cui primum inter eos locum tribuunt, nati sunt JOANNES & FRANCISCUS, quos Sigismundus Imperator *Comites Concordiæ* creavit, diplomate anno MCDXIV. dato, id Fridericus III. Imperator roboravit, Picorumque dignationem confirmatiorem fecit. Franciscus JOANNEM FRANCISCUM & THOMASINUM genuit, quorum posterior quietis atque otii dulcedine captus partem suam avitæ ditionis omnisque patrimonii fratri cessit; iste itaque Picorum stirpem propagavit, proavusque fuit JOANNIS FRANCISCI, secundi hujus nominis; is Mirandulanam arcem muro sepsit ac munivit, sicut inscriptio, saxo supra pontem arcis insculpta, testatur, ita se habens: *Jo. Franciscus Picus, Johannis filius, ut cæteris virtutibus, ita hac animi magnitudine facilè suos majores superavit, quod arcem hanc nullo antea muro septam, maxima impensa sua, cocto latere cingendam curavit, anno à Christi natal.* MCCCCLX. *Cal. Sextilibus.* (*d*) Nec idem inglorius militiæ & sub Sigismundo Malatesta clarissimo armorum Duce Equitum Magister fuit, cumque in Malatestam Fridericus Urbini Comes, qui Pii II. Pontificis Romani copiis præerat, apud Senogalliam incursitasset, inter consortissimos strenuè dimicans captus est, id quod *Bern. Corius* in Annalibus suis memoriæ mandavit. (*e*)

Tres Johanni Francisco Pico fuerunt gnati, GALEOTTUS, ANTONIUS MARIA & JOHANNES. Priores armorum, postremus literarum studiis illustrati sunt: illos animorum ferocia, quæ castra sequentibus facilè contrahitur, inter sese commisit, ita ut Antonium Mariam Galeottus Mirandula ejiceret, & ad eos in concordiam redigendos Sixtus IV. Papa, pace inter Venetos & Ferrarienses anno 1483. conciliata, Herculis Ducis Ferrariensis officium operamque requireret. JOHANNES vir ingenii penè prodigiosi, in omni artium, scientiarum & literarum varietate usque ad miracula excultus, non Sixto Senensi tantum, sed orbi literario universo, habitus, & meritò cognomine *Phœnix* appellatus est. Vitam ejus Johannes Franciscus Picus, ex fratre ipsius natus, scripsit, quæ operibus ejus præmissa, inter vitas selectorum aliquot virorum Londini Angliæ an. 1681. recusa est: narratur in ea prodigium, quod ante ipsius ortum apparuit; visa enim circularis flamma est, supra parientis matris astare cubiculum, moxque evanescere, fortasse, ut epicrisin Biographi addam, insinuans, *orbicularis figuræ intellectus perfectione simillimum eum futurum, qui inter mortales eadem hora proderetur, universoque terræ globo excellentia nominis circumquaque celebrandum, cujus mens semper cælestia ignis instar petitura esset, cujusque ignita eloquia, flammatæ menti consona, Deum nostrum, qui ignis comburens est, totis viribus quandoque celebratura; sed statim obtutibus hominum, ut illa evanuit, occulenda.* Nimirum in flore ætatis dum secundum & trigesimum ætatis annum impleret, & Florentiæ moraretur, febre extinctus est, institutis hæredibus pauperibus Florentini Xenodochei, sed eorum duntaxat, quæ moveri non poterant, mobilium verò Antonio Maria fratre. In pauca laudes ejus & elucubrationes, quibus nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ *Jo. Jac. Boisardus* in *Bibliotheca* sua contraxit, verbis sequentibus:

JOANNES *Picus, Mirandulæ Dominus & Concordiæ Comes, ab Italis Phœnix cognominatus, quòd præter suæ gentis illustria stemmata, antiquam familiæ nobilitatem, vir fuit omnibus corporis animique dotibus excultissimus: Princeps formosus, comis, facetus, morumque integritate & gratia omnes ad amicitiam & sui admirationem pelliciens. Doctrinæ enim erat admirandæ & eloquentiæ facundiæque primariæ: in disputationibus subtili ingenio, & perspicacissimæ prudentiæ. Exactè tenebat linguas Græcam, Latinam, Hebræam, Chaldaicam & Arabicam. Utque erat excelsi spiritus, ingenioque ad maxima quæque evecto, ardore juvenili impulsus Romam venit, ubi conclusiones nongentas in omni scientiarum*

(d) *Leander Alb. op. cit.*
(e) *Hist. Parte VI. ad an.* 1462.

tiarum genere disputandas proposuit; quarum quingentæ sunt in Philosophia veterum, Mathematica, Cabala & Magia. In quibus invictum se & admirabilem omnibus præstitit, cum omnibus tanto ingenii acumine, tanta facundia, tanta gratia responderit, ut de omnibus triumphum retulerit. Ejus opera hæc sunt. Heptaplus de opere sex dierum Geneseos. Tractatus de Ente & Uno. Oratio de hominis dignitate. De Christi regno, & vanitate hujus mundi. Commentaria in Psalmos. De Phantasia lib. 1. *De vanitate Astrologiæ, & de divinationibus quæ per eam fiunt. Mortuus est Florentiæ* 33. *annos natus, Anno Christi* 1483. (*quo Carolus* VIII. *Galliæ rex Neapolim ingressus est*) *Sepultus est ibidem, in templo S. Marci. Ejus tumulis adscriptum est:*

D. M. S.

Joannes jacet hic Mirandula: cætera norunt
& Tagus & Ganges, forsan & Antipodes.
Obiit anno Salutis MCCCCLXXXIX, *vixit annos* XXXII.

Galeotto Pico, Johannis fratre natu maximo, nati sunt JO. FRANCISCUS III. FRIDERICUS & LUDOVICUS. His perpetua cum fratre natu maximo fuerunt bella; pulsi quippe ab illo avita ditione, in quam eadem ad se jura, quæ ipse, etsi natu major esset, spectare asserebant, auxiliis à Ferrariensium Duce, & ab Johanne Jacobo Trivultio, Ludovici socero, acceptis, fratrem vi expulerunt, sicut sub finem rerum An. MD. gestarum *Fr. Guicciardinus* memoravit. (*f*) LUDOVICUS posteà Pontifici Romano stipendia meruit, & in bello, quod inter Venetos & Ducem Ferrariensem exarsit, huic auxilio cum copiis Pontificiis missus, mortem oppetiit; de ea ita *Guicciardinus:* accidit, ut eum aliquando Estensis Cardinalis ad vallum usque procurrisset, in ejus reditu tormenti globo è classe emisso, Ludovico Mirandulano Comiti, uni ex pontificiorum militum præfectis, nemine vel illo vel alio ictu in tanta multitudine præter eum læso, caput tolleretur. (*g*) P. *Jovius* in *vita Alphonsi Ducis Ferrar.* his usus est verbis: *Ludovico item Mirandulæ, qui cum insigni ala equitum in conspectum classis se dederat, pila falcone emissa galeatum caput abripuit, sic ut truncus armati corporis aliquandiu persultante equo jactaretur.* Ludovico mortuo, JO. FRANCISCUS à Julio II. qui Mirandulam obsidione pressit, eamque suapte præsentia ursit, in avitam possessionem restitutus, sed ex ea rursus post Ravennatem pugnam à Ludovico XII. dejectus, postremò à Matthæo Lango, Cardinali Gurgensi, Maximiliani I. Legato, iterum restitutus, Mirandulam inter perpetua cum fratria dissidia usque ad annum MDXXXII. tenuit, quo Galeottus, Ludovici F. noctu oppidum cum XL. armatis ingressus, patruum, ante Christi in cruce pendentis imaginem suppliciter prostratum, & Dei opem implorantem, immani parricidio obtruncavit, unàque ALBERTUM filium, Johanna Carafa, ejus uxore, Paulo filio & Carlora Ursina, Johannis Thomæ, alterius ex filiis, uxore, in carcerem conjectis. (*h*) Fuit *Jo. Franciscus* & ipse in literis ac Philosophiæ Theologiæque studiis patrui æmulatione versatissimus, sapientiæque veræ studiosissimus, id quod libelli ejus egregii, *de studio divinæ & humanæ Philosophiæ, & de morte Christi & propria cogitanda*, testantur, quamquam ad patrui gloriam non pertigisse *Jovio* sit visus, cujus elogium ne dicam an censuram non tempero mihi quin hic inseram, & æqui lectoris judicio subjiciam.

In Joanne Francisco Pico Mirandulano, inter studiosos bonarum artium, scribendique avidos, memoria verborum vehementer excelluit: sed in ipso rerum delectu illud perillustre judicium, quod summo viro Hippocrati maxime difficile existimatur, omnino non viguit. Frustra enim ad Joannis patrui gloriam aspiranti, ingressoque gravissimorum studiorum penetralia, quum insatiabili lectione duceretur, nusquam Minerva satis arriserat. Extant ejus sacra Poemata, suis quoque Commentariis illustrata, ne legentibus minus clara viderentur: & libri de Veritate fidei Christianæ, in quibus disciplinarum omnium acervus eminet. Sed acriter disputantem inter cucullatos, magna etiam expeditæ doctrinæ laus sequebatur, quum scribentem vel mediocriter eloquentes minimè probarent. Neque enim

(f) *Hist. Ital. Lib. V.* (g) *Libro VIII.*
(h) *Leander op. cit. Thuanus Historiarum Libro VIII.*

enim quid potissimum imitaretur, constitutum habuisse videri potest ex duobus praesertim libellis, de Optimo imitationis genere ad Bembum praescriptis. Sed quum in omnibus ingenii operibus sacras literas religiosè respiceret, contempsisse Latinae facundiae flores, atque inde gloriam tanquam inanem existimari voluit: nunquam ejus universa literarum studia, tanquam illustri in homine, & in domo sanctissimis moribus perornata, quum in minus severos judices facilè incidérent, splendidiora viderentur: & hercle vir antiqua simplicitate potius, quàm novo astu aequiora judicia redimebat: quum libros ipsos, privato impressos sumptu, liberali largitione publicaret. Interfectus est cum Alberto filio, vir indignus adeò crudeli vitae exitu, à Galeotto fratris filio, quum nocturnis insidiis, capta arce, Mirandulae dominatum ex paterno jure invadendum existimasset. Fuere qui crederent merita fortasse poena mulctatum, quòd cudendae monetae miserum artificem ipsius officinae praepositum, ex impuri auri, & decumum subtiliter improbi, admixtione, magnum sensim lucrum ipsi domino reddentem, crudeli supplicio ad derivandam invidiam sustulisset: quum intellecta fraus ipsius famae vehementer officeret, palamque ea aurea moneta, ex ejus effigie spectabilis, vulgato vitii detrimento rejiceretur. Sed juvat audire quosdam, virum alioqui integra fide optimum excusantes, tanquam ejus avarae fraudis penitus ignarum, quum in uxorem, quod esset accurata & diligens mater familias, tanquam muliebris aviditatis probro notatam, ejus flagitii nomen nullo cum pudore referendum existiment (i).

GALEOTUS Picus, Ludovici F. per enarratum scelus Mirandula potitus, cum sibi meritò à patruelibus timeret, Francisci I. Regis Galliae tutelam imploravit, atque an. 1548. Mirandulam in Henrici manus tradidit, accepta in Gallia ex regio patrimonio compensatione; quoniam verò ea res juribus Imperii Romani, cui Mirandula fiduciario vinculo innexa est, derogabat, Crepiaco tractatu ac posteà initio regni Henrici de ea inter Caesarianos ac Regios actum est, sed conveniri non potuit, manente Mirandula sub Gallorum clientela, qui praesidium ei imposuerunt, cumque an. 1551. bello Parmensi se immiscuissent, copias ibi suas coegerunt, quod inde, utpote è propinquo, immitti auxilia, & commeatus commodissimè Parmam importari possent, id quod Galeoto Pico nuper defuncto, & LUDOVICO ejus filio Mirandulam sub Gallorum tutela tenente contigisse *Thuanus* disertè retulit (k). Acrem paulò pòst & longam obsidionem Mirandula sustinuit adversus copias Pontificias, quibus praefuit Johannes Baptista Montanus, Julii III. Papae nepos ex fratre, vitamque ibi amisit. Post Ludovici mortem novas Mirandulae turbas ortas esse *Jo. Bapt. Adrianus* & *Thuanus* literis prodiderunt; referam posterioris verba: *Eodem tempore, quo Finalium ab Hispanis interceptum fuit*, anno nempè 1571. *Mirandulae res turbavere: nam Fulvia Corregia Galeoti Comitis vidua cum in suspicionem venisset*, LUDOVICUM, *viri defuncti fratrem ac liberorum tutorem, qui olim Lemovicum in Gallia episcopus posteà vitam sacerdotalem ejeraverat, occulta consilia cum Ferrariensi, jam dudum Mirandulanae ditioni inhiante, agitare, eum cum Oliva sorore, quae specie amicitiae ad visendos fratris filios venerat, intempesta nocte oppido expellit, moxque ad Regem, in cujus patrocinio Mirandula est, dat literas, quibus factum necessitate excusabat. Arnoldus Ferrerius, Regis apud Senatum Venetum Orator, cui id negotii datum fuerat, cum de re per indicia & probationes diligenter cognovisset, ad Regem retulit; qui non solùm id dissimulavit, sed tutelam Galeoti liberorum Corregiae matri attribuit*, & CC. *militum praesidio duce Artuserio locum firmavit.* (l) In hac narratione sunt aliqua, quae cum anteà dictis & aliorum scriptorum traditis pugnant; namque Galeotum non demum versus annum 1571, sed jam an. 1551. in Libitinae rationem venisse, ex ipso Thuano superius audivimus, neque isti, sed Ludovico ejus filio, Fulviam Corregiam uxorem fuisse domestica praestò nobis sunt testimonia; ergò de Ludovici, nec Galeoti obitu, loqui voluisse Thuanum verisimile est; at Ludovicum anno demum MDLXXIV. vivis excessisse, Alph. Loschius Comes, (m) & genealogia Picana, quam Mirandulà, parario Viro Celeberrimo Ant. Magliabechio, accepimus, testantur. De quo verò Comite Mirandulensi *Natalis Comiti* Historiarum libro XV. sermo sit, ne quidem conjectare possum, ita verò ille inter res anni 1565, mentione illata dissidii inter Pontificem & Ferrariensem ducem, fatur: *Dux* E *emptu-*

(i) *Elog. Vir. doct.* (k) *Loco cit.* (l) *Thuan. Libro XLVIII.* (m) *In Compend. Histor. p.* 465.


empturus videbatur Juliam Tauricam, munitissimam urbem Insubrum, nuper defuncto Comite Mirandulensi, quam ejus hæredes putabantur esse vendituri, studebatque Pontifex nonnullorum partibus, qui eandem apparebant, desiderare.

Filiorum Ludovici & Fulviæ Corregiæ natu maximus, FRIDERICUS, Principis Mirandulæ & Marchionis Concordiæ titulos sibi sumsit; sed prole destitutus & fato functus ditionem avitam fratri ALEXANDRO reliquit: hic anteà ad sacram aspirarat purpuram, fautore & commendatore usus Henrico IV. Galliæ, qui id negotii non tantum Arnoldo Ossato Cardinali dedit, sed etiam Cardinali Aldobrandino, à Clemente VIII. in Galliam Legati dignatione misso, de meliore nota commendavit, dignum illum Cardinalitio esse honore ratus, tum ob natalium splendorem, tum ob proprias dotes, sed prævaluit in Pontificis suorumque animis invidia affinitatis, à Picana familia cum Estensi, quæ invisa tunc, Ferrariensis Ducatus respectu, Romanæ Curiæ erat, contractæ, nec tanti Regis petitioni locum fecit, quemadmodum in *volumine secundo epistolarum Cardinalis Ossati* videre est. (*n*) Eandem verò rem ansam Picis præbuisse, idem censuit, (*o*) ut sensim à reverentia Coronæ Gallicæ discederent, atque ad Hispanorum amicitiam se converterent. Ad pristinum quoque imperii Romani obsequium tandem redierunt, quo factum, ut Alexander ab Imperatore Ferdinando II. *Dux* Mirandulæ anno MDCXIX. crearetur, & ab Hispaniarum Rege inter Equites Aurei Velleris cooptaretur. Vitam is ad honestissimam produxit senectam, septuagenariusque fuit, cum Patavii naturæ concederet, elato paulò antè funere gnati unici GALEOTTI, cujus uxor Maria Cibo, omni fœminco decore clarissima, post soceri excessum, regiminis habenas capessivit, & magna sexumque excedente prudentia moderata est, usque dum ALEXANDER filiorum natu major ad justam pervenit ætatem. Hic quoque turbato ordine mortalitatis gnato primogenito exequias fecit, cumque ex vita ista egregiè peracta anno ætatis sexagesimo discessisset, FRANCISCO MARIÆ nepoti, ex illo, suo successionem in principatu reliquit, cujus nondum tunc triennis tutelam amita ejus magna, BRIGITA Pica, suscepit. Illam difficillimam ei posteà reddidit bellica tempestas, quæ post Caroli II. Hispaniarum Regis obitum orta, Lombardiam inprimis aliquot annorum spatio afflixit, nec Mirandulanum etiam Statum calamitatum, quæ belli casus ferunt, & Mars varius, exsortem manere passa est; harum occasione discordia inter tutricem Principemque, qui annos pubertatis superârat intereà, enata est, posteriori noxia magis quàm fructuosa.

(n) *pag.* 486. & *in Append. p.* 14. (o) *Vid. Epist. CCLXXI.*

BIRAGO.

BIRAGORUM FAMILIÆ
GENEALOGIA.



BIragi insignium loco deferunt in scuto *argenteo fascias tres coccineas, utrinque pinnatas, quarum singulæ quaternis trifoliis aureis distinctæ sunt.* Gallici feciales hunc ea describunt in modum: *d'argent à trois faces bretessées & contrebretessées de cinq pieces de gueules, chaque face chargée de quatre treffles d'or.*

BIRAGIANÆ FA
Ottobiani Feudatariorum

I. **MAFIOLUS** claruit circa

II.
- Antonius Biragus, *Præfectus Curiæ Philippi Ducis Mediolan.* Uxor, *Isabella Sovica.*
- Andreas Biragus, cogn. *Magnificus*, *Præfectus Alexandriæ* 1452.

III.
- Joannes Paulus, † *sine lib.*
- Joannes Petrus, dictus *Pierinus*, primus acquirens Feudi *Ottobiani* an. 1481. *Isabella Lampognana, Precivalli fil.*
- FRANCISCUS Biragus, *Vid. Tab. III.*
- Daniel Biragus, *Protonot. Apostol. Archiepisc. Lesbiens. obiit circa an.* 1495.

IV.
- Jacobus Antonius Biragus, *pater filii ejusdem nominis.*
- Franciscus Biragus, Eques auratus, *Dn. Feudi Ottobianensis.*
- Andreas Birsgus, *Eques Melit. Commendat. Inverus in Ticinensi diœcesi.*

V.
- Joan. Baptista, *obiit ante patr.*
- Caspar Biragus, Dn. *Ottobiani.*
- Balthasar.
- Melchior.
- Florimontius.
- Franciscus Biragus. *Camilla Cusana.*
- Petrus Biragus. *Eques Melit.*

VI.
- Petrus Franciscus, † *imprul.*
- Joan. Bsptista Biragus, Du. *Ottobiani. Julia Biraga Hieronymi fil.*
- Julius Cæsar, *obiit Lutetiæ Paris.* 1587.
- Galeatius Biragus. *Hippolyta Bossa.*
- Antonia, ux. *Alexandri de Georgiis.*
- Beatrix, nup. N. *Dom. de Postrin.*

VII.
- Filia unica, nupta *Alphonso de Reinoldis.*
- Renatus Biragus, Dn. *Ottobian.*
- Franciscus Biragus. *Isabella de Guevara.*

VIII.
- Galeatius Biragus, Dn. *Ottobiani.*
- Renatus.

IX.
- Michael Biragus, Dn. *Ottobiani.*

X.
- Galeatius Biragus.

Lineam exhibens.

BIRAGUS an. 1412. I.

II.

Catharina Biraga, nup. *Bartholomæo Beacquio.*

Margarita Biraga, uxor *Juliani Ghilini.*

III.

Ursina, nup. *Antonio Duguano.*

Zacharina, nup. 1. *Philippo Lampugnano*, 2. *Hieronymo de Cruce.*

Bellena, uxor *Antonii Leguano.*

Catharina, nup. 1. *Hieronymo Faguano*, 2. *Innocentio Cavenagi.*

Lucia, nup. 1. *Philippo Federici*, 2. *Jo. Baptistæ Crivello.*

IV.

Carolus Biragus, *Commendat. Abbatiæ S. Vincentii.*

Galeatius Biragus, *Senator Mediolan. Præfectus Papiæ. Antonia Trivultia.*

CÆSAR Biragus, *Vid. Tab. seq. II.*

V.

Lucretia, nup. *Julio Vimercato.*

Julia, uxor *Octaviani March. Malaspinæ.*

Renatus Biragus, nat. 2. Febr. 1506. *Senator in supr. Curia Paris. Cancellarius Franciæ* 1573. *Cardinalis Rom. Eccl.* 1578. † 24. Nov. 1583. Ux. *Valentina Balbiana.* † 21. Dec. 1572.

Petrus Antonius Biragus, *nothus, Præpositus ad S. Albin. Mortaræ* 1540.

VI.

Briseide, ux. *Hieronymi Schiaffenati.*

Aurelia, nup. *Cæsari Carnevali.*

Monica, ux. *Joannis Mariæ Comitis de Meda.*

Filiolus, *ante patrem mortuus.*

Francisca, nup. 1. *Humberto de la Platiere, Dom. de Bourdillon, Marescallo Franciæ*, 2. *Joanni de Laval, March. de Nele*, 3. *Jacobo de Amboise, March. de Aubijoux*, 1584.

VII.

Andreas Biragus, *Eques Melit.*

VIII.

Michael.

IX.

Renatus, Condominus *Ottobian.*

X.

Andreas Biragus.

Raimundus.

Pompejus.

IV.

CÆSAR BIRAGUS, Joan. Pe

V.

•Hierunymus Biragus.
Ux. 1. Margarita Terzaga.
2. Alosfia Avogadra.

Jacobus Antonius Biragus, Commendatar. Abbatiæ S. Vincentii Mediolan.

VI.

(1) Cæsar, Eq. Melitens.

Andreas.

Franciscus. ux. Joanna de la Pommeraye, Dom. de Entrames & Verger, Joannis de la Pommeraye & Joannæ de Rosmadec fil. hær.

Pompejus Abbas ad S.Vincent. Mediol.

Hercules.

Ludovicus, Abbas de Flavigny.

VII.

Renatus Biragus, Baro de Entrames. Francisca de Erbrée, Joannis Dom. de la Chasse & de la Fontaine f. 1610.

Magdalena, nup. 1. Joanni de Buat, Dom. de la Soubrardiere, 2. Renato de Aubert, Dn. de Launay.

VIII.

Joan. Jacobus, Baro de Entrames, nat. 30. Aug. 1613. occ. in oppugn. Dunkirch. Magdalena de Beaumanoir, Claudii Viccom. de S. Jean fil.

Renatus ; nat. 7. Sept. 1617, Abbas de Oux.

IX.

Jacobus Carolus, Baro de Entrames, dictus Marchio Biragus.

LINEA PEDEMONTANA, COMITUM DE VISQUES

V.

CAROLUS BIRAGUS, Cæsaris F. Eques Ord. S. Spir. Regii in Gall.

VI.

Ludovicus, dictus Laurentius, Biragus de S. Martin, Comes de Visques.
Ux. 1. Alosia Langosca, Joan. Thomæ Com. de Stroppiano fil.
2. Octavia de S. Martino, Nicolai Dom. Aladii (d'Agliè) fil.

VII.

(1) Carolus, dictus Laurentius, Bir. de S. Mart. Com. de Visques. Margarita Valperga, Antonii Com. de Montvè fil.

Flaminius Biragus, Comes de Roasche. Mariana Meaglia.

VIII.

Carolus Emanuel, dict. Laurentius Birag. de S. Martin. Com. de Visques.
Ux. 1. Victoria Margarita de S. Martin d'Agliè.
2. Paula Christina Provana.
3. Theresia Borgarella.

Mauritius.

Carolus.

Thomas Ludovicus Bir. Comes de Borgaro. Anna Valperga.

Philibertus Maria Bir. Com. de Roasche. ☾ Laurentiana Tanna.

Thomas Antonius Biragus, Abbas Susæ.

IX.

(2) Franciscus Antonius Com. de Visques, Marchio de Candia. Anna Ludovica, Francisci Mariæ Com. Broglia fil.

Octavius.

Victor Amadeus.

Ludovicus, Eq. Melit. Prior Visc.

(3) Philibertus Maria.

Renatus Augustus.

tri F. Uxor, Laura Turriana. IV.

V.

Ludovicus Biragus, *Præfectus Salutiensis Marchion.* † *calebs* 1572.

CAROLUS Biragus, à quo *Linea Pedemontana, quam vide inferius.*

VI.

Carolus, *Eques Melit.* — Rodomontius, *Cæcilia Annona.* — Petrus, *Maria de Gambucurta.* — (2) Horatius, *Episc. Vaurensis in Gall.* — Philibertus, *monachus.* — Hieronymus, *Prior.* — Julia, nup. *Joan. Baptistæ Birago, Dom. Ottobuiani.*

VII.

Cæsar. — Franciscus, *Capuc.* — Henricus Biragus. *Francisca Ajazza.* — Ludovicus, *monachus Francisc.* Ord. — Franciscus, *monachus Francisc. Ord.* dein *Lector in Acad. Ticin.*

VIII.

Franciscus, dictus *Eques Biragus, n.* 21. *Aug.* 1619. — Renata. — Joanna. *moniales.*

ET ROASCHE, MARCHION. DE ROCCAVIONE.

Ux. LAURA DE S. MARTINO, *Laurentii Com. de Visques neptis & hæres.* 1558. V.

VI.

Flaminius Biragus. — Caspar Biragus, *Abbas de Aisnay.* — Cæsar Biragus. — Philippus Biragus, *Prior de Souvigny.*

VII.

Joannes Thomas Biragus, Marchio *de Roccavione. Anna Francisca Duca.* — (2) Franciscus Biragus. — Octavius Biragus, Comes *de la Cassa* per ux. *Angelam Masuam.* — Carolus Antonius.

VIII.

Franciscus Maria Bir. March. *de Roccavione.* ⊙ *Francisca Faustina Vassalla ex Com. de Fauria.* — Carolus Theodorus, *ob. juv.* — Carolus Ludovicus Biragus. *Joanna Theresia Catharina ex Com. Gasselli.* — Carolus Emanuel Biragus, Com. *de la Cassa.* — Ludovicus. — Thomas Antonius.

IX.

Mauritius, *ob. in obsid. Budæ.* — Joan. Baptista Philibertus, Com. *de Roasche.* — Thomas Ludovicus.

TAB. III.

DOMINI DE METONE ET SIZIANO.

III.

FRANCISCUS Biragus, Andreæ, cogn. Magnifici, F. primus Dominus *de Metone.*
Uxor; *Augustina Barbavara, Marcolini filia.*

IV.

Andreas, † improl.	Daniel Biragus, Dn. *de Metone & Siziano. Lucretia Varese, Ambrosii fil.*	Petrus, *Equitum Magister,* †1528.	Bernardus, *Præpositus ad S. Joan. Bapt. Mediolan.*	Petrus Antonius, *Prior Florentiolæ.*	Zaccarina, nup. 1. *Alexandro Fiorenza,* 2. *Christophoro Castiglione.*

V.

Aurelius Bassanus Biragus, Dn. *de Metone & Siziano. Sulpicia Landriana, Maffei fil.*	Joan. Franciscus, *monachus Humiliatus, Commendat. Præpositura de Monza.*

VI.

Jacobus Marcellus Biragus, Dn. *de Metone & Siziano. Francisca de* Bevolcis *Alexandri fil.*	Daniel, *Prior Florentiol.*	Justina.	Aurelia.	Hersilia.	Clelia, nup. 1. *Alexandro de Bevolcis.* 2. *Antonio Maria Marinza.*
		moniales.			

VII.

Franciscus, Dn. *de Metone & Siziano.*	Renatus.	Daniel, *Angela Arcimbolda, Francisci Dom. de Arzisate fil.*	Petrus, *† in obsid. Vercellar.* 1617.	Sulpitia, ux. *Fabii Boccabarili.*	Hersilia.	Laura.	Francisca.	Zaccarina.
						moniales.		

VIII.

Helena, nup. *Francisco Mariæ Mezzabarba.*	Marcellus Biragus, Dn. *de Metone & Siziano.* N. *Angeleria, genere Alexandrina.*	Antonius Biragus.

IX.

Daniel Birogus, Marchio, *Dn. & Heres unicus feudorum avitorum Metoni & Siziani,* J. U. *Doctor in Illustri Collegio Mediolan. receptus an.* 1685. *Francisca Castiglione, Caroli Camilli Castiglioni fil. Antonii Landriani vidua.*

X.

Leonora Biraga, *filia unica.*

EXEGE-

EXEGESIS HISTORICA.

BIRAGORUM familiæ, antiqua nobilitate paucis in Italia secundæ, origo incerta est. Qui *magnos Biragorum animos heroum lance pensarunt*, dixit Vir Illustris *Galeatius Vicecomes de Aragonia* in Oratione solemni, quam habuit d. 25. Aug. an. 1685. pro Daniele Birago, occasione ejus cooptationis in Collegium Doctorum I. PP. Mediolani; *principium illis sunt auspicati Germanicum. Qui demissius in scrupulosa cognominis interpretatione sunt sequuti judicium, Biragos origine Bituriges dixerunt.* Quod si verò Biraga familia millenos annos & amplius florentissimæ nobilitatis in patria numerat, sicut Annales Mediolanenses ferunt, nisi mihi videntur esse in supervacuum, quotquot ulteriores tam vetustæ stirpis radices investigandas putarunt. Ferax ea nunquam non fuisse prædicatur virorum aut toga aut sago, aut utriusque artibus præstantissimorum. *Conradus* primò se offert *Biragus*, Ecclesiæ Romanæ imperante Friderico Barbarossa strenuus defensor, & militiæ Mediolanensis Præfectus adversus Comenses, quorum instinctu cum à propriis militibus occisus esset, excidio Comæ Mediolanenses parentaturi illi fuerant, nisi Comenses supplices veniam petiissent. *Zanibellus Biragus* tanta rerum patriarum peritia pollebat, ut civitatis Mediolanensis statuta explicandi provincia ipsi delegata fuerit anno 1249. In quatuor factiones diductam fuisse urbem inde ab anno 1198. *Corius* refert, quarum præcipua fuerit *Capitanorum* & *Valvassorum*, quibus nominibus nobilitate & clientelis præminentes indicabantur. In eorum classe erant Biragi, cum plebe tamen, ubi publicæ privatæve rationes ita postulabant, communia nonnunquam foventes studia. Cùm anno 1258. Ambrosiana pacificatione, Martino Turriano, Tribuno plebis, in urbem redeundi facultas concessa fuisset, nec non illis, qui ex nobilitate partes ejus populique secuti erant, in numero horum *Caspar Biragus* recensetur. Philippus Turrianus dominatum plebis favore adeptum sibi gentique suæ firmaturus, conjugem Biragi sanguinis sibi exoptavit, exemplo Martini, quem ex eadem domo uxorem accepisse *Crescentius* & *Laburerius* ex Ludovici Ecclesiæ Historia Pedemontana referunt. (*a*) Attamen cum posteà Napus Turrianus iniquo quodam censu gravare cives auderet, Biragi privatam affinitatem post egregium publicum duxerunt, eique se opposuerunt. Noxæ nihilominus illa *Caspari Birago* & *Alberto* ejus fratri demum fuit, quippe quos Otto Vicecomes Archiepiscopus, cùm Mediolani dominium Turrianis eripuisset, Placentiam relegandos censuit. *Balthasar Biragus* arma adversus Archiepiscopum modò dictum aliquandiu gessit; sed cum eo reconciliatus in gratiam Comi *Potestas* an. 1288. creatus fuit. *Oldino Birago* à Ludovico Bavaro Imperat. cum an. 1327. Mediolani Rex Italiæ coronaretur, equestrem collatum perhibent honorem. *Sorinus* & *Passolus* Biragi Decurionum spartam anno circiter 1340. ornarunt. *Gnidonis Biragi* eximia fuit opera, Joanni Vicecomiti, Archiepiscopo & Principi Mediolanensi in expugnatione Bononiæ an. 1350. navata, qua in urbe paulò pòst per insidias interfectus est. *Gulielmo Birago* Zanibelli pronepoti, Barbaræ, quam Franciscus II. Castilionæus uxorem duxit, genitori, Archiepiscopus modò dictus fidei virtutisque præmium præfecturam Laudensis urbis contulit anno circiter 1353. *Ioannulum Biragum* præclarissimum Equitem Joanni Galeatio Vicecomiti, tunc adolescenti, latus clausisse, cùm Leonellus Anglus Dux Clarentiæ Mediolanum solemni pompa an. 1368. ingressus esset, *Corius* memoriæ prodidit. Idem posteà sub Principatu dicti Vicecomitis totius ærarii præfecturam integerrimè gessisse prædicatur. In Concilio IXC. Nobilium Mediolanensium an. 1388. descriptorum recensentur Crescentio *Joannulus, Antonius, Ambrosius, Desiderius* & *Adoardus* Biragi. *Lampugnanus* Biragus, acerrimus libertatis post extinctos Vicecomites Duces defensor, & unicus plebis tumultus sedator eluit; qua tempestate *Marcellus* quoque Biragus claruit, Francisci Sfortiæ Ducis postea Consiliarius & militaris Dux.

A MAFIOLO Birago continua stirpis series nectitur. Huic patrem Crescentius tribuit *Abrahamum* Biragum; in quo si non erratum est, alium eum fuisse oportet

F

(a) *Crescent. Corona Nobilit. Ital. Parte I. Narrat. V. Cap. II. Laburer. Tombeaux des personnes illustres. p.* 234.

ret ab illo Mafiolo, de quo monumentum monasterii S. Francisci loquitur, sequentem exhibens inscriptionem, quam idem autor subjecit: *Jo. Marco Birago & Zenoni Birago Mafiolus Biragus fratribus suis sapientissimis posuit, & sibi, Fil. Zenonis, Nepot. Carlini, Pronep. Spinoli, Abnepot. Lantelmi &c. Nobilissima Brigida, filia Ioannis Marci Biragi dedicavit ann. salutis* 1522. (*b*) Mafiolus, de quo hic sermo est, Philippo Maria Vicecomite Mediolani imperante, opibus ac honoribus viguit, Curiæ ejus ac ærario præfectus; Ædes Lugagnani parochialis religionem ejus ac munificentiam testatur hac inscriptione: *An.* 1436. *Hanc Eccles. fieri fecit Spectab. & Egreg. Vir. D. Mafiolus De Birag. Ducalis Curiæ Generalis Magister, ad honores Dei & ejus Sanctissimæ genitricis Mariæ ac Domini S. Antonii.* Filii illius ANTONIUS & ANDREAS non minore gratia ac dignitate apud dictum fuere Ducem; illi enim eandem, quam pater ornaverat, spartam contulit, alteri verò intimam sui corporis commisit custodiam. Post excessum Philippi Ducis, *Andreas* Biragus pro tuenda patriæ libertate depugnavit, & prœlii navalis contra Venetos apud Cremonam, quo tota eorum classis submersa & deleta est, magna pars fuit. Eodem Franciscus Sfortia Principatu potitus, intimæ admissionis Consiliario nec non Legato ad complures Principes & Respublicas usus est, quas partes ita obiit, ut propter eximias animi generosi dotes *Magnifici* cognomento honestaretur. Ad extremum Alexandriæ præfectura functus fato cessit, sepultusque est in æde S. Marci extra mœnia Mediolani posita eodem cum fratre Antonio tumulo, cui sequens epigramma inscriptum est.

Natorum pietas Antoni membra Biragi
Germano Andreæ consociata dedit.
Omnia fluxa tamen, sed mens sibi conscia recti
Usque fuit sanctum, usque piumque colens.
Nunc lapis Andreæ parvus tegit ossa Biragi,
Spiritus æthereas incolit ipse domos.
Divitiis & honore mihi bellique togæque
Temporibus largè contigit orbe frui.
Felix anguigero quondam cui vita Philippo
Felix Francisco te Duce Sfortiade.

JO. PETRUS Biragus, Antonii F. Camerarius & Consiliarius Ducis, Senator, Generalisque curiæ Gubernator, & denique Alexandriæ præfectus, feudum *Ottobianum*, in Lomellina, à Comitibus Rubeis in Placentinis acquisivit, eoque à Duce Jo. Galeatio Sfortia an. 1481. investitus est. DANIEL Biragus ejus frater, Legum Doctor & Senator, Consiliariusque Ducis modò nominati fuit; sacra dein toga sumpta Romæ *Protonotarius Apostolicus* & *Referendarius utriusque Signaturæ*, & denique *Archiepiscopus Metelini*, quo nomine *Lesbus* insula maris Ægei hodie appellatur, creatus est. Ædem magnificam S. Mariæ de Passione & cœnobium Canonicorum regularium ei contiguum Mediolani à fundamentis extruxit, & liberaliter supellectile instruxit, agrisque ac certis reditibus dotavit: multa præterea liberalitate erga Congregrationem Olivetanam in Placentina diœcesi usus est. Testamento, quod an. 1495. condidit, nosodochium majus Mediolanense hæredem constituit, & simplex tantùm legatum, *fidei commissi* instar strictissimi, filiis fratris sui Francisci reliquit. Mortui corpus in dicta æde S. Mariæ de Passione sepulchro splendidissimo illatum est, Laconicum exhibente epitaphium in hunc sensum: *Danieli Birago Archiep. Mitylin. Præf. Hospitalis ex Testº. posue.* (*c*)

ANDREAS Biragus, Jo. Petri F. in Rhodiensi militia Ordinis Johannitici, cui se addixit, fortitudinis laudem sibi peperit, dedit que obsequii sui erga supremum Ordinis Magistrum documentum, cum Prioratum Lombardiæ, à Ludovico Sfortia Duce Mediol. sibi collatum, in illius manus an. 1496. resignaret, ne collatio à Duce facta Ordini fraudi esset. *Commendam* exinde *Invernensem* in Papiensi diœcesi nactus est, cujus arcem exstruere cœpit. Pro re Christiana contra Turcas strenuè pugnans denique spiritum effudit. GALEATIUS, Andreæ frater, Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediol. Commissarius generalis bellicus Novariæ fuit; isto posteà Gallis

(b) *Crescent. loco cit.* (c) *Crescent. Lib. cit. Cap.* 3.

Gallis victoribus se permittere coacto, ille quoque ad eorum partes se applicuit, atque an. 1523. cum aliis Mediolanensis status exulibus, ope militum Gallicorum, Valentiam intercepit; mox verò ab Antonio Leva, qui cum expeditorum equitum & Hispanorum parte Astæ erat, obsessus, urbeque ac arce expugnata captus est. (*d*) Abhinc sexennio anno nempe 1529. Bononiam ad Carolum Imp. à civitate Mediolanensi missus, petere sustinuit, ut opus sua generositate dignum faceret; Mediolanumque, nobilissimam & antiquissimam urbem, in pristinam libertatem restitueret, atque optimatum regimini permitteret. Cæsare verò malente Francisco Sfortiæ Ducatum Insubrum reddere, Consiliariis suis bellicis Galeatium adscripsit, & Papiæ copiarumque suarum in Lomellina Præfectum constituit. (*e*)

FRANCISCI Biragi, qui Galeatii filius natu maximus erat, posteri feudum avitum *Ottobianum* sibi vindicarunt, cujus partem ad Renatum, Francisci fratrem, pertinentem, sed, quod is Gallis se mancipasset, fisco addictum, GALEATIUS, Francisci F. an. 1581, emit, & in solidam ejus possessionem an. 1583. venit, nepotibus ejus per sententiam, quæ à tribunali Mediolanensi an. 1641. d. 17. Decembr. lata est, corroboratam.

RENATUS Biragus, Galeatii I. filius natu minor, cum Doctor Collegii Mediolanensis ob res magni momenti in Galliam ad Franciscum I. Regem missus esset, ea singularis solertiæ specimina dedit, ut Rex suo eum ministerio admoveret, Consiliariumque in suprema curia constitueret; in subalpina deinde provincia, à Gallis occupata, Præses Senatus Turinensis factus, & post illam Sabaudiæ Duci restitutam, Lugdunensi Præfectura à Rege Carolo IX, & non ita multò pòst anno 1570. in Aquitaniam eum sequi jussus, sigillis donatus est, quæ munia per biennii spatium obiit, antequam officii titulus accessisset, quo temporis intervallo cum Rex urbem Parisiensem solemni pompa ingrederetur, de præcedentia à Parlamento controversia ei mota, sed pro eo à Rege decisa fuit, quemadmodum *Franc. Chesnæus* in *Historia Cancellar. Franc.* prodidit. (*f*) Anno denique 1573. post Michaëlis Hospitalii mortem *Cancellarius* creatus atque ad summum honorum fastigium in Gallia evectus est. Vir, *Thuani* judicio, generosus ac prudens, ingenio candido ac liberali præditus, sed quod externus, nec juris Gallici satis sciens esset, quavis alia maxima dignitate, quàm illa dignus eidem habitus. (*g*) Defuncta conjuge animum ad Ordinem Ecclesiasticum appulit, Vaurensem Episcopatum atque Abbatias aliquot accepit, & ad extremum *Cardinalis Rom. Ecclesiæ* à Gregorio XIII. Papa d. IX. Kalend. Mart. an. 1578. renunciatus est; supremum tamen illum Galliæ magistratum usque ad diem XXVI. Septembris ejusdem anni gessit, quo eundem Regi resignavit, & abhinc quinquennio Lutetiæ fatis concessit, septuagenario major, magnaque pompa & Senatu toto prosequente funeratus, & in B. Catharinæ templo, ab eo ad id summa magnificentia extructo, in quo & *Valentinæ Balbianæ* uxori monumentum posuerat, conditus est. Sepulchro ejus quæ sequuntur inscripta sunt:

Quid tibi opus statua? satis est statuisse, Birage,
Virtutis passim tot monumenta tuæ.

Renato Birago Patritio Milanensi, multis & summis dignitatibus functo, tum Franciæ Cancellario, ac demum S. R. Ecclesiæ Cardinali, Francisca filia unica & Cæsar Biragus agnatus mæstissimi, non memoriæ sed desiderii perpetui monumentum hoc poni curaverunt. Vixit annos LXXVII, *mens.* IX. *dies* XXVI. Huic epitaphio aliud tabulæ memoriæ insculptum addidit illius in munere successor, cujus quoque exemplum adjicere non pigtabor:

Hunc Renati Biraguii S. R. E. Card. Galliæ Cancell. tumulum, Philippus Huraltus Chevernius Galliæ Cancell. ob consortium summi Magistratus, & amicitiam adfinitate sancitam, auxit hoc titulo ultimo in defunctum munere: & decessori successorem sanctiss. seni hoc quidquid est inferiarum dare pietati advinctum existimavit, adeo quos non sors, sed judicium magni Regis & resp. conjunxit, nulla vis fati separare potis est.

In uxoris ejus tumulo hæc leguntur: D. O. M. *Valentinæ Balbianæ matronæ cla-*

(d) *Guicciard. Hist. It. Lib XV.* (e) *Crescent. Narrat. VI. Cap. I.*
(f) *pag.* 657. *& seq.* (g) *Histor. Lib. LXXVIII.*

clarissimæ atque ornatissimæ, cujus anima salute & quiete fruitur sempiterna, corpus Renatus Biragus Franciæ Cancellarius, conjux pientissimus, uxoris bene meritæ hic poni curavit. Obiit anno Christianæ salutis 1572. 12. Kalendas Januarii, vixit annos 64. menses sex, dies 20. (h)

De FRANCISCA illorum filia ita *Thuanus Libro II. Commentar. de vita sua:* Renatus Biragus filiam unicam reliquit castissimis moribus, & verè liberali ac paterno animo præditam fœminam, & in qua nihil requiras, nisi in illa liberalitate modum. Ea primum Imberto Platerio Bordillonio E T. qui res magnas bello gessit, à patre elocata est, cumque sine liberis decessisset, aliquot pòst annis Joanni Lavallo Malliæ Comiti, & postea Nigellæ Marchioni & Juniaci Comiti, patre itidem annitente, nupsit, quo rursus mortuo, nullaque prole ex illo conjugio superstite, Jacobo tertio marito contra patris votum, cæterum perillustri apud nos Ambosianorum Albigei Comitum familia progenito, fidem obligavit, secutis post patris obitum statim nuptiis. Hæc verò, quæ tam liberaliter hactenus vixerat, haud mirum, si juveni marito, item liberali, sed egenti, & cui pater nihil largiebatur, ad immodicos, qui tunc in aula nostra luxu diffluente fiebant, sustinendos sumptus, nihil negabat, itaque brevi tempore accidit, ut pecunia omnis & supellex plane regia à patre, qui semper splendidè, sed modo servato, vixerat, relicta, penitus absumpta sit, & præcipue ultima in Santones expeditione, in qua cum Joüsa ipso exercitus imperatore cæsus est. Itaque marito amisso, & omni re exuta, paulò pòst ex mœrore in morbum diuturnum incidit, ex eoque tandem, postquam se diu in molesta lite cum Florimondo Birago patrueli, à patre, filiæ casum præsagiente, sibi substituto, & qui sub id tempus Lutetiæ itidem obiit, exercuisset, in summa egestate decessit, ut vix haberet unde sepeliretur, matronis aulicis, quarum gratiam olim omni beneficentia demeruerat, stipem in singulos dies in alimoniam, dum vixit, postquam obiit, unde efferretur, conferentibus, egregio nostris viduis aliisque illustribus matronis exemplo, ut & in sumptibus faciendis modum servent, & in viris asciscendis parentum consilia, & eorum qui loco parentum sunt, judicia sequantur.

AD TAB. II.

HIERONYMUS, LUDOVICUS & CAROLUS, Biragi fratres, Cæsaris filii, in bello Italico sub auspiciis Regum Galliæ stipendia fecerunt, in quo manu & consilio potentes pollentesque nec degeneres ad pericula secundissima militari fama floruerunt; LUDOVICUS sub Francisco II. & Carolo IX. Regibus copiis eorum transalpinis summo denique cum imperio præfuit, atque in præfectura Salutiensis Marchionatus consenuit; HIERONYMUS plerarumque Ludovici expeditionum pars peditum cohortem rexit, & inter S. Michaëlis Equites adscribi promeruit, numerosæ sobolis pater ex iterato matrimonio factus, quæ in Gallia partim, partim apud Insubres floruit. In eorum, qui in patria permanserunt, numero RODOMONTIUS fuit, quo præter Henricum nati sunt LUDOVICUS & FRANCISCUS Biragi; hi studia pacis & religionis secuti familiæ Franciscanorum cucullatorum nomen dederunt; sed posterior an. 1624. ab ea discessit, literis, quarum dulcedine captus erat, unicè vacaturus: factus quoque est divinarum atque humanarum rerum scientia præclarus, multisque editis operibus posteritati commendatus. Docuit magna fama in Ticinensi Universitate nec non in scholis Mediolanensibus, quas *Canobianas* vocant, & denique an. 1643. facultates suas omnes generali donatione in *Franciscum Mariam Mediobarbam*, Nobilem Ticinensem, *Helenamque Biragam*, conjuges, transtulit, ea lege, ut successoribus eorum primogenitis perpetuò nomen *Francisci Biragi* inderetur: illa nuper usu venit in Illustri S. R. Imperii Comite *Francisco Mediobarba Birago*, illorum ex filio Antonio Francisco nepote, Regiæ civitatis Papiensis Decurione, viro in studiis rei antiquariæ nummariæque egregio, & scriptis de ea evulgatis per omnem cultiorem orbem celebratissimo. Cæterùm Franciscus Biragus Genuam ad extremum concessit, in

(h) *Laboureur loco cit.*

in pestilentia, quæ urbem illam tùm affligebat vastabatque, pietatis charitatisque officiis functurus; in Nosodochiis itaque dies noctesque commoratus, ægrotos, languidos, moribundos, cura, fomentis, alloquio, refocillare fategit. Vita ibidem defuncto, gratitudinis ergò à Republica & Curatoribus sanitatis in æde S. Bernardi extra urbem, ubi sepultus fuit, monumentum erectum est cum sequenti inscriptione:

Francisco Birago, *Natione Insubro*, *Patria Ticinensi*, (scribendum erat Mediolanensi) *Literatura Philosopho*, *Ordine Sacerdoti*, *quod Gennam grassante lue, spiritu charitatis adductus*, *Generis claritatem humilitati Christi litaverit*, *ab Evangelico & Domino penè servus languentibus animis corporibusque curandis operam simul & vitam devoverit; ne virorum Phœnix tot inter funera penitus efferatur; Excellentiss. Magistr. hoc præclaro cineri monumento posito immortale nomen æternæ Genuensium gratitudini commendavit* MDCLVII.

CAROLUS Biragus, *Cæsaris* filius natu minimus, sed gloria nulli fratrum suorum inferior, Ludovico in præfectura Marchionatus Salutiensis successit, deindeque Regiæ trans Alpes ditioni cum summo imperio præfuit. (*i*) Idem non solùm torque Ordinis Regii S. *Michaëlis*, sed etiam novi, ab Henrico III. Rege Gall. fundati, Ordinis Equestris S. *Spiritus* insignibus pridie Kal. Januar. an. 1581. decoratus est, & ducta in matrimonium *Laura de S. Martino*, illustri in Pedemontio stirpe sata, eàdem nempè, cujus ramos hodiè vigentes in *Stemmate Desideriano* recensuimus, (*k*) natis suis, eorumque posteris, sedem ibi fixam peperit, qua ad majora incrementa via illis patefacta, occasioque gratiæ Ducum Sabaudiæ demerendæ aperta est. Nimirum utebatur Laura patruo, *Laurentio de S. Martino* Comite *Viscarum*; hic domus suæ postremus LUDOVICUM Biragum, Caroli & Lauræ filium, hæredem scripsit, ea lege, ut ipse & primogeniti ex ejus progenie, qui in possessiones suas sint successuri, nomen insigniaque sua gererent; hinc factum ut Ludovicus Biragus, postquàm dictam adiisset hæreditatem, non insignia tantùm *San Martiniana*, quæ in opere paulò antè memorato exhibuimus, adsciverit, avitis relictis, sed etiam *Laurentius Biragus de S. Martino* appellari cæperit, quo sub nomine ipse nec non ejus nepos CAROLUS EMANUEL *Tabula XXIX. Stemmatis Desideriani* leguntur: ambo enim renovata cum San Martiniana familia affinitate uxorem ex Aladii regulorum, cà ortorum, domo sibi sumserunt. At Ludovico ante ductam *Octaviam San Martiniam* alia fuit conjux, claro itidem genere prognata, videlicet *Aloisia Languscia*, quæ patrem habuit Joannem Thomam Languscium, Comitem de *Stroppiano*, Magnum Sabaudiæ Cancellarium, matrem Deliam Roëriam de S. Severino, sororem Beatricem, qua Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux amica usus est, quamque deinceps Francisco Martinengo Comiti de Malpagua nuptui locavit, postquàm ex ea genuisset Mathildam, quæ nubilis facta Carolo de Simiane Domino de Albigny, cum dote Marchionatus de Pianezza, in manum convenit. Cæterùm inclaruit Ludovicus sub appellatione Comitis *de Visques* legationibus, quas nomine Caroli Emanuelis primi, Ducis Sabaudiæ, in Gallia, Hispania, Angliaque & inprimis in aula Pontificia obiit, ubi Oratoris Extraordinarii dignatione aliquandiu egit, illo temporis tractu, quo Arnoldus Cardinalis Ossatus regni Gallici negotia ibi procurabat, in cujus literis, annis 1602. & 1603. scriptis mentio illius occurrit. (*l*) Redux Roma factus, Mauritio & Thomæ Principibus Sabaudis tanquam moderator juventæ eorum additus est.

Ingens & illustris propago ab eodem defluxit: CAROLUS, filius ejus natu maximus, & in Comitatu Viscarum successor, *Laurentius* etiam dictus, ad Gregorium XV. Papam *Legatus Obedientiæ*, ceu loqui amant, à Duce Carolo Emanuele an. 1621. missus est, deindeque inter proceres aulæ Ducis Victoris Amadei eximium tenuit locum, militari quoque munere insignis. Eo natus CAROLUS EMANUEL, sub Duce ejusdem nominis secundo, Cubicularii, Præfectique legionis equestris & Prætorianorum munia obiit, & insignibus Ordinis Ducalis, cui *ab Annunciatione* Mariæ Virgini facta nomen, decorari meruit. Hujus gnato FRANCISCO ANTONIO, eidemque successori in Viscensi fideicommisso, titulus Mar-

(i) *Thuan. Histor. Libro LXIV.*
(k) *Pag.* 144. *& seqq.*
(l) *Tomo II. pag.* 574. *&* 588.

Marchionis Candiæ accessit; fratres ei sunt OCTAVIUS Biragus, qui Duci Sabaudiæ viventi à mensa est, (*Gentilhuomo di boca*) VICTOR AMADEUS, cohorti in ejusdem legione prætoriana Præfectus; hi patrueli utuntur RENATO AUGUSTO Birago, Comite *de Borgaro*, & Principis Carinianensis Cubiculario, qui fratrem habuit MAURITIUM, in bello Hungarico apud Budam forte defunctum inexorabili.

Cæterum natu minoribus etiam Ludovici Biragi, primi è sua gente Viscarum Comitis filiis, eorumque posteris gratia dignatioque apud Duces Principesque Sabaudos constitit, illustribus non tantùm titulis insignitis, sed officiis etiam, aulicis partim, partim militaribus, auctis. Ex istis in bello, quod nuper apud Insubres deflagravit, partes suas impigrè & strenuè implevisse prædicantur CAROLUS LUDOVICUS Biragus, Marchionis *de Roccavione* frater, supremi Optionis munere functus, jamque legionis Dimachorum, quos vulgò *Dracones* vocant, Inclutissimi Herois, Principis Eugenii de Sabaudia, Produx, nec non THOMAS LUDOVICUS, dicti Marchionis filius, equestri alæ primùm Præfectus, deindeque Ductor cataphractorum.

A D T A B. III.

FRANCISCUS Biragus, Andreæ Magnifici F. dignatione & autoritate sub Ducibus Galeatio Maria & Jo. Galeatio Sfortiis plurimùm valuit, fide, virtute ac industria sua parta, gratia quoque Borsi Estensis, Ferrariæ & Mutinæ Ducis floruit. Galeatio Maria Duce è vita sublato à Bona Ducissa, ejus vidua, Novocomum missus est, ad sustinendam ibi civium fidem, eo tempore, quo Sfortiadarum imperium extrema patiebatur discrimina. Antiquissima feuda Lazatii, Frescaroli, Turris Berettarum olim in Biragorum familiam collata, aucta illi sunt, Jo. Galeatii Ducis munificentia, Mettoni, Turrettæ Septianique castri, Mediolanum inter & Ticinum siti, mero & mixto Imperio anno 1484, hocque beneficium ad posteros ejus transmissum est. (m) Filii Francisci Biragi belli partim, partim pacis artibus illustrati sunt; militarem gloriam assecuti sunt ANDREAS ac PETRUS, ille initio Ludovico Sfortiæ à secretis fuit, Collateralis generalis peditumque Tribunus, dein sub Ludovico & Francisco Regibus Gall. Papiensis Darsinæ Præfectus, & copiarum ad expugnandam Brixiam & Mirandulam ductor; hic in exercitu Ligæ inter Pontificem Rom. Regem Galliæ & Venetos an. 1526. initæ, cohortes duxit, & an. 1527. servati Frusolonii, oppidi Pontificii, quod Prorex Neapolitanus oppugnaverat, decus retulit, postea inter Præfectos militum Francisci Sfortiæ II. Ducis Mediolanensis fuit, atque an. 1528. in oppugnatione Papiæ sclopeti glande in fœmore sauciatus, cum ne sui ab oppugnatione discederent, humo sublevari noluisset, intra paucos dies spiritum effudit, quemadmodum Guicciardinus memoriæ prodidit. (n) BERNARDUS tricesimo ætatis anno cilicium sumsit in familia *Humiliatorum*, nomenque *Francisci* adscivit, & Præpositus tandem ad S. Johannis Baptistæ Mediolani factus est. PETRUS ANTONIUS Protonotarius Apostolicus fuit, atque Abbas ad S.S. Felicis & Tranquillini Florentiolæ in agro Placentino; de quo *Crescentius* ex itinerario Hieron. Capugnani hæc refert: *Duodecim millia passuum altiùs in eadem via Florentiolam esse videmus, vicum non mediocrem, quem Fidentiam vel Fidentiolam antiqui dixerunt. In eo Abbatia est quædam illustris, quam* Petrus Antonius Biragus *Abbas animo regio & sanè magno, non secus ac Pompejus Magnus, qui Ægyptium Regem excepit, Francisci* I. *Gallorum Regis, Caroli* V. *Imperat. & Pauli* III. *hospitio decoravit.* (o)

DANIEL Biragus Mettoni & Septiani Dynasta, Doctor illustris JCtorum Collegii Regiusque Senator & denique Laudæ Placentiæque Prætor fuit. Condidit idem &

(m) *Crescent. op. cit. Narr. V. Cap.* 3. (n) *Histor. li. Lib. XVIII. & XIX.*
(o) *Loc. cit. Cap. IV.*

& dotavit facellum Biragorum in æde D. Francifci Medioli an. 1509. Filiorum ejus alter JO. FRANCISCUS *Humiliatorum* Ordini nomen dedit, & Præpofituram Modoëtienfem nactus eft, BASSANUS AURELIUS verò in avita feuda fucceffit; eo natus DANIEL III. in Petri Antonii, propatrui fui, locum Abbas ad S. S. Felicis & Tranquillini Florentiolæ cooptatus, & in aula Romana *Protonotarii Apoftolici*, nec non *utriufque Signaturæ Referendarii* munere, & fub Gregorio XIII. Papa legationibus functus, anno verò 1575. Narnenfis oppidi præfectura auctus eft. (p) A *Jacobo Marcello*, ejus fratre, ftirps propagata fuit, patre RENATI, qui in Belgio fub Alexandro Farnefio præclara ftipendia fecit, FRANCISCI, qui confilia pro decidendis Nobilium Equitumque controverfiis elucubravit, & publicæ luci dedit, PETRI, Equitis Melitenfis, in oppugnatione Vercellarum, dum pedeftris cohortis Italicæ Præfecti munia ftrenuè obit, occifi, & DANIELIS IV. Hic bellicæ quoque gloriæ cupidine flagrans in Belgio an. 1602. militiæ tyrocinium fecit & ordines duxit, multofque poft annos Præfectus armorum Mirandulæ & Cottonii Laudenfis fuit, avus DANIELIS V, qui fuperftes eft, grande familiæ fuæ ornamentum, cujus humanitati pleraque, quæ prolata funt, in acceptis ferimus.

(p) *Crefcent. ibid.*

FERRE-

FERRERIÆ FAMILIÆ,

qua orti sunt

PRINCIPES DE MASSERANO,

nec non Marchiones de Crevecœur, Romagnan, Marmora & Canosio,

GENEALOGIA.



FErreria familia *cœruleum erectum leonem falculis rubeis in argentea parma*, vetustum *Acciaiolæ* gentis digma, insignium loco gerit; Principes de *Masserano* quadripartito jam uti solent scuto, eo quo hic repræsentatur modo, ita ut primam & ultimam ejus areolam *leo* jam memoratus impleat, in secunda verò tertiaque itidem *argento* tincta *aquila nigra biceps imperialis* conspiciatur; mediam verò regionem parmula *argenteis & cæruleis fasciis diagonalibus* distincta, quæ *Fliscanam* denotat tesseram, occupet.

FERRERII, PRINCIPES DE MASSERANO

I.

BESSUS

II.

Sebaſtianus Ferrero, Dominus Gallianici.
Uxor, *Homena Avagadra.*

III.

Beſſus Ferrero, Dn. de *Candello* in Pedemontio.
Franciſca de Chalant, Ludovici Dom. de S. Marcel f.

Antonius Ferrero, Dn de *Bandociano.*

Joannes Stephanus, *Rom. Eccl. Cardinalis, cr.* 28. Sept. 1500, † 13. Oct. 1510. æt. 36.

Auguſtinus Ferrero, *Epiſc. Nicinenſis* 1506, dein *Vercellenſ.* 1511. † 1536.

IV.

Philibertus Ferrero, Marchio de *Maſſerano*, Dn. de *Bena, Giuliamica & Sandigliano.*
Bartholomea Fliſca.

Almericus Ferrero, Marchio de *Burdelano.*

Petrus Franciſcus Ferrero, *Rom. Eccl. Cardinalis, cr.* 26. Febr. 1561, † 13. Nov. 1566, æt. 53.

V.

Beſſus Ferrero March. de *Maſſerano*, Dn. de *Saravallo, Borunto, Uatebio & Lozzolo.*
Ux. 1. *Camilla Sfortia, Boſii Com. de S. Flora f.* 2. *Claudina de Sabaudia, Philippi Com. de Raconis f.*

Sebaſtianus Ferrero, *Epiſc. Eporediæ* 1551. † 1563.

Ferdinandus Ferrero, *Epiſc. Eporediæ* poſt fratrem 1563, † 1581.

Rodomontus Ferrero.

Livia, nup. *Jacobo Vicecomiti.*

VI.

(1) Olympia Ferrero, nup. *Alphonſo Comiti Colalto.*

(2) Franciſcus Philibertus Ferrero, PRINCEPS S. Imperii de *Maſſerano*, Dn. de *Crevacore, Borsana & Roaſino.*
Ux. 1. *Beatrix de Sabaudia, Ducis Caroli Emanuelis fil. natur.* 2. *Franciſca de Grillet, Caroli Maximiliani Com. de S. Trivier f.*

VII.

(2) Carolus Ferrero, † *improl.*

Paulus Beſſus Ferrero Princeps de *Maſſerano.*
Hieronyma de Carretto, Philiberti March. de Bagnaſco fil.

Scipio Ferrero.

Victor Ferrero.

Ferdinandus Ferrero.

VIII.

Ludovicus Ferrero de Fieſque, Princeps de *Maſſerano.*
Franciſca Maria de Simiane, Caroli Emanuelis, Marchionis de Pianezza fil.

IX.

Petrus Beſſus Ferrero de Fieſque, Princeps de *Maſſerano*, March. de *Crevecœur & Caſavallon*, Comes de *Lavagno & Candel*, Dn. de *Catiane, Bena, Borian, Beatin, Roaſe & Sandillan, Eques Annunc. Chriſtina de Sabaudia, Ducis Caroli Emanuelis ſecundi, filia naturalis, ducta* 25. *Febr.* 1686.

MARCHIONES DE ROMAGNAN ET MARMORA.

FERRERO.

I.

II.

Henricus Ferrero.

III.

Godofredus Ferrero, Marchio de *Bardelano.* Ux. 1. *Leonora Bazetta*, 2. *Magdalena San Severina.*

Bonifacius Ferrero, cr. *Episc. Epored.* an. 1501, *Rom. Eccl. Cardinalis*, 1. Jul. 1517. † 2. Jan. 1543.

Andreas Ferrero, *Eques Melit. Commendator Aroaa.*

N. Ferrero.

IV.

Sebastianus Ferrero, Dn. de *Villata* & *Casavallea.* *Magdalena Borromea*, *Gilberti Com. Aronae f.*

Philibertus Ferrero, *Cardinalis* cr. 8. Apr. 1549, † 14. Aug. ejusd. an.

Jacobina Ferrero, nup. *Francisco de Sabaudia Dom. de Colegno.*

N. Ferrero.

V.

Fridericus Ferrero Marchio de *Romagnano*, Dn. de *Casavallon*, *Eq. Annunc.* cr 1576. † *improlis.* *Arduina Provana.*

Guido Ferrero, *Episc. Vercell.* dein *Cardinalis* cr. 12. Mart. 1565. † 16. Maji 1585. æt. 48.

Philibertus Ferrero, *Abbas S. Michaelis Clusiai* & *S. Stephani de Cittadella.*

Joan. Stephanus Ferrero Dn. Borianæ. *Horiana Flisca.*

VI.

Cæsar Camillus Ferrero, *Episc. Savon.* dein *Epored.* 1581, † 1612.

Joannes Georgius Ferrero, Dn. Borianæ. *Urraca Bertolana.*

VII.

Isabella, nup. *Arduino de Valperga.*

Claudina, ux. *Caroli Umberti de Sabaudia March. de Mulassan.*

Christina, *monialis.*

Sebastianus Ferrero, Dn. Borianæ. Ux. 1. *Isabella Messerana*, 2. *Octavia Solara.*

Joan. Stephanus, *Episc. Vercell.* 1599, † 1610.

VIII.

(1) Margarita, nup. *Ludovico Solaro, Com. de Moretta.*

(2) Thomas Felix Ferrero, Marchio *de la Marmora* & de *Canosio*, Com. de *Boriana* & *Bedtin. Eq. Ordinum Duc. Sabaud. Legatus in Gallia.*

Josephus Ferrero *Abbas de Villars.*

EXEGESIS HISTORICA.

FERRERII de *Acciaiolorum* stemmate sanguinem ducere feruntur: isti in Hetruscis, maximè Florentiæ, opibus & auctoritate pollentes, egregiisque Viris, qui ex eis orti sunt, illustrati, summo jam pridem, non totâ tantùm Italiâ, sed etiam Greciâ, honore ac nomine fuerunt. Hic quippe Atticæ per septuaginta annorum spatium imperitarunt, quem principatum *Rainerius Acciaiolus* in suam transtulit familiam, cùm unà eum aliis fortissimis viris expeditioni à Gallis, Venetis & Genuensibus, Romano Pontifice instigante, sub seculi XIV. finem in Orientem susceptæ nomen dedisset, & post rem benè gestam Atticam & Bœotiam nec non Phocensium regionis pleraque in ditionem accepisset suam; ut verò præsidiis novo imperio tuendo se muniret, affinitatem cum Liguribus, qui Eubœam tenebant, junxit, & Philippini Auriæ filiam uxorem sibi associavit, sicut *Laonicus Chalcocondilas* memoriæ prodidit. (*a*) Sed ex ea sequioris tantum sexus prolem suscepit, gnatas nempè duas, quarum natu majorem Theodoro Paleologo, Emanuelis Imperatoris Constantinopolitani fratri, nuptui, Corinthumque in dotem dedit, minorem Carolo Tocco, Acarnaniæ & Ætoliæ Regulo, elocavit. Ex alia verò muliere marem utcunque sustulit, cui nomen *Antonii* indidit; hic Bœotiam à genitore accepit, eùm is Athenas Venetis reliquisset, quod ægrè ferens Antonius bellum contra Venetos movit, Athenas obsedit, hostibusque, qui urbi auxilio venerant, profligatis, ad deditionem coëgit, & tunc Princeps Atticæ & Bœotiæ declaratus est. Prole idem destitutus *Nerium Acciaiolum*, propinquum suum, Florentia accersivit, qui etiam, Antonio apoplexia extincto, principatu Athenarum, ope potentissimorum in urbe, potitus est, licet uxor defuncti imperium in Chalcondilam, Laonici suprà allegati, cujus fide hæc traduntur, patrem transferre cogitaverit, eaque propter ad Amuratem, Turcarum Sultanum, legationem miserit. Post Nerii mortem uxor ejus, habens ex marito filium superstitem, adhue puerulum, Athenarum dominium retinuit, quod tamen ei ob vitæ licentiam Mahumetes II. Turcarum Rex abrogavit, & *Franco* sive *Francisco Acciaiolo*, ex Antonio Nerii fratre nato, commisit, sed post breve temporis spatium, anno 1455, armis iterum eripuit, urbemque in suam potestatem redegit. (*b*)

In Græcia quoque Magna, quo nomine Italiæ ultima, & regni Neapolitani haud minima pars priscis veniebat, Acciaiolos fortuna extulit: Ioannæ quippe primæ hujus nominis Reginæ Neapolitanæ favore *Nicolaus Acciaiolus* hoc in regno *Magni Senescalli* munere mactus, Comitatibusque *Satriano*, *Melfi*, *Terlizzi* & *Ierace* donatus est, filiosque tres, *Angelum*, *Benedictum* & *Laurentium*, post se reliquit, quorum natu maximus in honores paternos successit, cæteris quoque in lauta conditione constitutis; sed virilis omnium propago brevi emarcuit. (*c*) Nicolai mentio *Libro* IV. *Historiæ Florentinæ Leonh. Aretini* occurrit, ubi *Vir magnus, & multarum urbium dominator, qui regem simul ac regnum Apuliæ multos annos autoritate & sapientia gubernavit*, dicitur. Ejusdem causa legem an. 1360. Florentiæ sancitam fuisse refert, ut nemini, qui dominationem alicujus oppidi ditionemve haberet, liceret magistratum Florentiæ gerere: cum ille enim longo intervallo Florentiam veniret, & tunc Bononia legatus rediret, magnarum rerum gratia illuc evocatus, metuens civitas, ne ipsius nomen sæpius jam per absentiam remissum præsenti tunc magistratum sortiretur, generali lege de cunctis dominatoribus in omne tempus ut provideretur, causa fuit: *neque enim pari jure cum aliis convenire sciunt, qui dominari sunt consueti*, ut habet subjuncta ab Autore epicrisis.

Enimverò Acciaiolorum eximiæ jam diu partes fuerunt in administratione reipublicæ Florentinæ, ita ut in *Scip Admirati* Historia undecim hujus familiæ numerentur, qui supremum in illa magistratum gesserunt, *Gonfalonerii* vocabulo longo temporis spatio insignem. In turbulento deinde Florentinæ civitatis statu, cùm ea Guelphorum & Gibellinorum factionibus, pesti tunc mortalium ferissima, ab hoste humani generis, sicuti *Franc. Sansovinus* censuit, introducta, divisa & pænè oppressa

(a) *De reb. Turc. Lib.* 4. (b) *Id. Lib.* 6. & 9.
(c) *Ferdin. della Marra delle famigl. Neap. p.*

sa esset, ex Acciaiolorum familia benè multi relicta patria alii aliò migrarunt, & nonnulli ex præcipuis libertatis assueti in *Biellam* sive *Bugellam*, Galliæ Cisalpinæ oppidulum, & Episcopo Vercellensi subditum, concesserunt, ubi domicilio instituto, cùm indigenæ difficulter cognomen eorum pronunciarent, *Ferreros*, quasi *Forri* vel Foresteri, ab istis nominatos fuisse idem autor tradit. (*d*)

Hoc cognomen in SEBASTIANO Ferrero primitus clarum factum est, filio *Bessi*, quemadmodum *Jo. Franc. Crescentius* testatur, (*e*) fratre *Henrici*, à quo alium defluxisse ramum, quem nostra ætate ornavit THOMAS FELIX FERRERUS, Eques Ordinum Sabaudicorum, hujusque Ducis nomine ter in Gallia legatione & postrema quidem an. 1697. functus, Augustâ Taurinorum edocti sumus, spe cæterùm continuam lineæ hujus seriem eodem ex loco adipiscendi frustrati. Acceptæ verò inde qualicunque adjecimus ex *Franc. August. ab Ecclesia* Historia Chronol. Episcoporum & Abbat. Pedemont: CÆSAREM CAMILLUM Ferrerium, quem Jo. Stephani ex Dominis Borianæ filium, Abbatem S. Stephani de Eporedia, & ex Episcopo Savonensi Eporediæ Episcopum an. 1581. creatum fuisse refert, nec non JO. STEPHANUM; hunc fuisse ait Jo. Georgii Condomini Blatini & Borianæ in agro Bugellensi filium, intimum Cubicularium Urbani VII, & Gregorii XIV. Sum. Pont. Abbatem Lucensem & Cantignani, Priorem S. Fidei Vercellensis diœcesis, & utriusque Signaturæ Referendatium, annoque 1599. Episcopum Vercellensem electum, paulò pòst ob singularem in rebus agendis prudentiam ad Cæsarem, Reges Poloniæ & Ungariæ, & Archiducem Austriæ Nuncium missum, & tandem nominatum Cardinalem à Rudolpho Imperatore migrasse ex hac vita antequam purpura decoraretur; composuisse eundem addit Latino sermone Vitas S. Eusebii & suorum successorum in Ecclesia Vercellensi. (*f*)

Ad SEBASTIANUM à quo orti sumus sermo redit: hunc *Fortunæ filium* dictum fuisse *Crescentius* jam citatus memoriæ prodidit, ob raram nempè, qua dum vixit usus est, felicitatem: Blancæ Ducissæ Sabaudiæ, Caroli Joannis Amadei Ducis matri ac tutrici, primùm inserviit, munus obiens *Thesaurarii generalis* Pedemontii, quod occasionem ei præbuit Carolo VIII. Regi Galliæ ejusque aulæ proceribus innotescendi, cùm is an. 1494. iter in Italiam ad occupandum regnum Neapolitanum suscepisset; (*g*) Vocatus posteà à Ludovico Galliæ Rege mansit in aula usque ad mortem ejus, atque in ea virum se præbuit solertem & strenuum tam in pacis quàm belli negociis; statum quippe Mediolanensem aliquoties Regi conservavit, arte & prudentia populum rexit, propriis facultatibus in alimoniam militum præsidiariorum insumptis, ita ut Rex moriens ei trecenta ducatorum millia deberet, quemadmodum *Sansovinus* loco dicto tradit, à quo præterea refertur publicam ab eo amatam fuisse magnificentiam, Romæ duo palatia ædificata splendidissima, unum in Monte Caballo, alterum in Burgo; & in Pedimontio diversa castella è fundamentis erecta, alia restaurata; palatia quoque exstructa Mediolani, Vercellis, Bugellæ, Eporediæ & Augustæ Taurinorum; templa denique aliquot & sacella fundata ac dotata; vitam ad octogesimum produxisse annum, vidisseque ex filiis filiabusque quartam generationem: habuisse enim *quatuor filias*, quas in præcipuas Lombardiæ familias elocaverit, & *novem filios*, quos inter duos sacra ornatos purpura conspexit. Extant inter epistolas P. *Bembi Cardinalis* typis excusas aliquæ ad illum Leonis X. Papæ nomine scriptæ annis 1513. & sequentibus usque ad an. 1517. quo temporis tractu munere *Quæstoris Regii in Gallia Cisalpina* functum fuisse inde liquet.

Ex liberis ejus septem tantum filiorum, quorum nomina tabula exhibet, memoria servata fuit; inter hos BESSUS natu maximus, nec non GODOFREDUS Ferreri stirpis propagationi operam dedere, ANTONIUS militiam secutus est, cæteri sacris dignitatibus officiisque illustrati sunt; nec indignum est memoratu quòd tres ex eis, JOAN. STEPHANUS videlicet, BONIFATIUS & AUGUSTINUS, in Vercellensi Episcopatu sibi invicem successerint, in quo postremus supremum obiit diem; JO. STEPHANUS iterata vice Ecclesiæ Vercellensi præfuit; Coadjutor ini ea Urbano Bonivardo an. 1492. datus, eidem an. 1499. vita functo in Episcopali dignitate successit, ad Bononiensis verò Ecclesiæ regimen an.

(*d*) *Delle Famigl. illustri d'Ital. p.* 29. (*e*) *Corona della Nob. d'Italia Parte II. p* 710.
(*f*) *Cap. VI. & X.* (*g*) *Guichenon Hist. de Savoye p.*587.

an. 1502. translatus, & Cardinalis eodem anno ab Alexandro VI. Pontifice Romano creatus, Juliano Cardinali de Ruvere priorem Episcopatum tradidit, sed hoc intra anni spatium ad Pontificatum supremum evecto iterum accepit, retento etiam Bononiensi. Fuisse prædicatur vir in omni literarum genere eruditissimus, proindeque meritò à Joanne Trithemio inter illustres Viros suæ ætatis numeratus; ejus cura & auspiciis Aristotelis Magna Moralia, priscis seculis nondum cognita, communia cum orbe literario per Jacobum Fabrum Srapulensem facta fuisse *Ciacconius* ex autore anonymo, qui Trithemium de Scriptoribus Ecclesiasticis supplevit, refert. Decessit Romæ, & in æde S. Clementis sepultus, hoc habuit epitaphium: *Joanni Stephano Ferrerio, S. S. Sergii & Bachi Presb. Card. Bononiensi, Viro sanctitate doctrinaque insigni, vixit annos* XXXVI. *menses* V. *obiit Ann.* MDX. III. *Nonas Octobris*, *Julio* II. *Pontifice Maximo.* (*h*)

BONIFACIUS Ferrerius Vercellensis Ecclesiæ regimini in locum fratris admotus est, cùm Niciensem per aliquod tempus administrasset, & Eporediensi quoque inde ab anno 1501. præesset; hanc usque ad an. 1518. administravit, Vercellensem verò fratri suo *Augustino* an. 1511. cessit, & post ejus obitum receptam mox *Petro Francisco Ferrerio*, fratris sui filio, resignavit; multorum prætereà cœnobiorum Abbas *Commendatarius*, ceu vocant, fuit, & denique à Leone X. Papa *Presbyter Cardinalis* tit. SS. *Nerei & Achillei* Kal. Julii an. 1517. renunciatus est. Præsuit posteà *Episcopus Cardinalis* Albanensi primò, mox Prænestinæ, dein Sabinensi & tandem an. 1537. Portuensi Ecclesiæ, Leone X. defuncto, dum Eporedia sive Ivrea Romam ad Conclave tenderet, Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis jussu interceptus est; quo facto commoti Cardinales, accersito Ducis Oratore, ei denunciarunt, se in ipsum Ducem pro rei gravitate animadversuros, ni operam daret, ut Cardinalis quàm citissime libertati redderetur, atque ob id ad dies octo ingressum in Conclave prorogarunt. Bononiæ Legatus an. 1540. constitutus Collegium Ferreriorum pro sustentatione nobilium pauperum Pedemontanorum ibi instituit, Romamque reversus supremum ibi explevit diem ineunte an. 1543. (*i*)

Præter dictos tres adhuc viros galero Cardinalitio decoratos familia Ferreriensis vidit, de quibus aliqua statim lubet subjungere: PHILIBERTO, Godofredi Burdelani Marchionis filio, primus inter istos debetur locus, hunc Eporediensi Ecclesiæ post patrui abdicationem præfectum Paulus III. Pontifex Presbyteris Cardinalibus in duodecima creatione sua d. VIII. April. an. MDXLIX. adscripsit, & titulo S. *Vitalis* impertiit. Paucis verò mensibus hac dignitate gavisus, & eodem adhuc anno ante d. XIV. Augusti Romæ immatura morte rebus humanis exemptus est. PETRUS FRANCISCUS Ferrerius, ejus frater, ex Abbate S. Stephani *de Cittadella* & Pinacoliensi *Episcopus Vercellensis* per patrui abdicationem, exeunte an. 1536. electus, Concilio Tridentino interfuit, & Carolo Cardinali Carafa deinde Legato ad Philippum Hisp. Regem in Belgium eunti à Paulo IV. Papa adjunctus est; eumque sub Pio IV. apud Venetos Nuncii munia obiret, *Presbyter Cardinalis* in secunda ejus creatione an. MDLXI. declaratus est. Vir, *Ciacconio* teste, *animi magnitudine, literarumque scientia, virorum Principum consuetudine clarus.* Mortem obiit Romæ, ubi in S. Mariæ Majoris templo tumulato hoc positum fuit epitaphium: D. O. M. *Petro Francisco Ferrerio, Tit. S. Anastasiæ S. R. E. Presbytero Cardinali, Jo. Stephani Bononien. & Bonifacii Portuensis Cardd. ex fratre nepoti; Philiberti Eporediens. Cardinalis fratri, Guido Cardinalis Vercellen. Patruo Optimo optimeque de se merito P. Vixit ann.* LIII. *Obiit Ann. Sal.* MDLXVI. *Pridie Idus Novembr.* (*k*)

GUIDO Ferrerius, Sebastiani Domini *Casalis Vallonis* filius, *quintus* ex hac gente fuit *Cardinalis*; ab eodem Pontifice, Pio IV. nempè, à quo patruus ejus modò dictus, purpura decoratus fuerat, in hunc Ordinem cooptatus an. 1565, cùm jam ante ex patrui abdicatione Abbatias S. S. Michaëlis de Clusa & Stephani de Vercellis haberet, utriusque Signaturæ *Referendarius* fuisset, & triennii spatio Vercellensem Episcopatum rexisset. Interfuit æque ac patruus Tridentino Concilio & apud Senatum Venetum Nuncii spartam ornavit. Æmyliam denique Legati dignatione administravit, & post FRIDERICI fratris sui obitum Romagnani Marchio,

(*h*) *Fr. Aug. ab Eccl. Hist. Chronol. p.* 154. *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. T. III. p.* 202.
(*i*) *Ibid. p.* 351. (*k*) *Ciaccon. loc. cit. p.* 737. & 923.

chio, annuente Philippo Hispañ. Rege, constitutus est. *Petrus Victorius* in epistolis fuisse in eo prædicat eruditionem reconditam, & facultatem Latinè Græceque scribendi egregiam. Vitæ finem anno ætatis vel 42. vel 58. variant enim circa natalem ejus annum scriptores, Romæ implevit, & in patrui sæpe memorati tumba reconditus est cum hac inscriptione: D. O. M. *Guido Ferrerius tit. S. S. Viti & Modesti S. R. E. Presb. Card. ut viventi Patruo Petro Francisco Cardinali, & dignitate, & voluntate conjunctissimus fuit, ita moriens corpore noluit ab illo abesse, cum quo etiam summa Dei benignitate fretus, cælesti ac sempiterna felicitate se fruiturum sperat. Obiit die* XXVI. *Maji* MDLXXXV. (*l*)

Masseranum sive Messeranum, à quo Sebastiani Ferreri posteri è stirpe primogenita orti Marchiones initio dein Principes salutati sunt, feudum est Ecclesiæ Romanæ, intra Vercellensem diœcesim, qua Mediolanum versus se exporrigit, situm; PHILIBERTUS Ferrerus, Bessi hujus nominis secundi filius, primus ejus acquirens fuisse videtur; BESSO tertius, hujus gnarus, Crepacordiensem Marchionatum (*Crevecœur*) possessionibus suis adjunxit, ab Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ sibi traditum an. 1576, per transactionem, qua Duci vicissim cessit jus Patronatus in Abbatiam S. Benigni, & jurisdictionem spiritualem & temporalem in loca S. *Balain*, *Lombardore*, *Montanara* & *Falet*, in Pedemontio sita; quemadmodum *Sam. Guichenonius* memoriæ prodidit. (*m*) Crepacordium feudum quoque esse Romanum ex instructione colligere licet, quæ Cardinali Martio Ginetti, à Papa Urbano VIII. Legati à latere dignatione Coloniam pacis ergò an. 1636. misso data fuit, & in *Victorii Siri Mercurio* extat; sub ejus quippe quæ prolixissima est finem de Masserano etiam & Crepacordio aliqua illi in mandatis data sunt hunc in
„ sensum: subjungere ad extremum opus est, quod Messeranum & Crepacordium,
„ feuda Sanctæ Ecclesiæ, possessa à Ferreria familia, frequenter inquietentur à Du-
„ ce Sabaudiæ nec non à Gubernatore Mediolanensi, quodque hac tempestate Hispa-
„ ni præsidium in arce Crepacordiensi habeant; quare pacificationis futuræ articulis
„ inseri cupit Dominus noster, ut nec Sabaudus nec Hispani feudis S. Ecclesiæ am-
„ plius sint molesti, utque inde locisque in eis muniris milites præsidiarios suos fa-
„ cessere jubeant, quacunque de causa eis immissi fuerint, inprimis ut quoad feu-
„ da *Messerano & Crevacore* id effectui detur, arxque illa præsidio liberetur, Prin-
„ ceps verò in liberum ejus dominium restituatur; quod si non specifica talis expres-
„ sio circa Messeranum & Crepacordium obtineri queat, summa tamen ope niten-
„ dum ut generalis inseratur. (*n*)

Cùm FRANCISCO PHILIBERTO Ferrero, Messerani Marchioni, an. 1577. *Beatrix de Sabaudia*, Ducis Emanuelis Philiberti filia naturalis, in matrimonium, ubi ista ad justam pervenerit ætatem, consummandum, condicta esset, in eam, referente *Guichenonio*, (*o*) consensit conditionem Marchio, ut si se agnatumque Fridericum Ferrerum Marchionem Romaniensem sine prole virili mori contingeret, Amadeus de Sabaudia, Ducis filius naturalis, hæres ipsius ex asse esset, ea lege ut unam è filiabus suis duceret, & insignia Messeranensis domus cum propriis conjuncta gereret, postquam verò Beatrix immatura morte è vivis sublata, aliaque Marchioni ducta esset uxor, quæ utriusque sexus sobole familiam auxit, incassum pacta illa ceciderunt, successitque Francisco Philiberto hæres ex ipso genitus, PAULUS BESSUS Ferrerius, Principis dignatione dein mactus, & avus hodierni Principis de Masserano, de quo num verum fuerit, quod chartis rumigerulis anno 1682. dispersum est, initos videlicet fuisse ab illo tractatus cum Rege Galliæ de permutanda Masseranensi omnique sua in Italia ditione, cum terris in Gallia sitis, sed intercessisse destinatis illis atque obstitisse Curiam Romanam, in medio relinquimus.

(l) *Ibid pag.* 965. (m) *Hist. de Savoye, p.* 694.
(n) *Tom. II. Lib. II. p.* 990. (o) *Ibid. p.* 706.

HOMO-

HOMODEÆ FAMILIÆ

GENEALOGIA.



SCuto Homodeorum hic exhibito, & *leonem aureis cæruleisque tæniis distinctum in campo rubeo* repræsentanti, apicis loco imponi solet *pelicanus ater, sanguine pullos nutriens suo, monili aureo ornatus & corona redimitus.*

I. JOHANNES HOMODEUS,

II. Rondouus Homodeus, Præfectus Anuonæ Mediol. 1386. — Thomas Homodei, Decurio Mediol. 1388.

III. Georgius Homodeus, Decurio Mediol. 1388. — Thomasiuus Homodeus, Decurio.

IV. Gabriel Homodeus Doctor Collegii Judic. Mediol. — Bonsignorinus Homodeus Decurio 1409.

V. Gabriel. — Johaunes. — Thomas. — Lucia, ux. *Hieronymi Figini.* — Catharina, ux. *Francisci Bivii.* — Angela, ux. *Johannis Moresini.* — Elisabetha, ux. *Hieronymi Reina.*

VI. Bernardinus Homodeus, Decurio. *Laura de Rubeis. (de' Rossi.)* — Bernardinus Homodeus. ⊙

VII. Johannes Baptista Homodeus, Doctor Colleg. Eques, Præfectus urbis 1566. — Paulus Maria Homodeus, *Canon. Regul. ad S. Barnabæ.* — Paulus Antouius Homodeus. *Jacobina Gigliottia.* — Augustinus Homodeus, *Eques Melit.* — Ludovicus Homodeus, Decurio.

VIII. Caspar Homodeus, *Vicecapocaccia* Generalis Status Mediolanensis. *Anna de Cribellis.*

IX. Joh. Baptista, Doctor Colleg. Eques. *Blanca de Romanis.* — Chrysostomus, *Monachus Olivit.* — Benedictus, *Monachus Olivitan.* — Anna, ux. *Ferdinandi Pratæ.* — Quinque filiæ, *moniales.* — Johan. Jacobus, Marchio Pioperæ secundus. † 1628. sponsus *Antoniæ de Mendoza.*

X. Anna Theresia, filia unica. — 3. Carolus Homodeus & Lasus de la Vega, Marchio de Almonaeid Dux Nuceriæ & uxorio jure MARCHIO IV. de CASTELRODRIGO, Maguas Hispaniæ & Com. de Lumiares. *Leonora de Moura Cortereal. Francisci March. III. de Castelrodrigo f. ac bar. Anielli de Gusman, vidua, ducta an. 1678. d. 16. Dec.*

XI. Filius natus 26. Febr. 1680. † m. Oct. ejusd. anni.

LIÆ HOMODEÆ.

I. Decurio Mediolanensis an. 1340.

II. Signorolus Homodeus, Jurium Doctor.

III. Bonsignorius Homodeus Decurio. | Johannes Homodeus, Doctor in Collegio Judicum Mediol. *Margarita Brugora.*

IV. Signorolus Homodeus, Decurio & Senator. *Lucia Trivultia.* | Johan. Antonius Homodeus Decurio 1474. Uxores duas habuit ex *Crivellis.*

V. Francisca, ux. *Ambrosii Birzi.* | Antonia, ux. *Philippi Portæ.* | Margarita, ux. *Jo. Baptistæ Sfondrati.* | Jacobus. *Laura Figinia.* | Johan. Maria. *Ursula Pagnania.*

VI. Uxor. . . . | Catharina, ux. *Jo. Angeli Porri.* | Laura, nup. *Ludovico Marliano.* | Lucretia, ux. *Alexandri Piolæ.* | Antonia, nup. *Stephano Muralti.*

VII. Johannes Jacobus Homodeus, *Clara Gisulfia.*

VIII. Emilius Homodeus, Vir opulentissimus, † cælebs. | Carolus Homodeus, MARCHIO PIOPERÆ primus. *Beatrix Lurana.* | Victoria, ux. N. *Scoti Equitis.* | N. nupta N. *Gonfalonerio.* | Alexander Homodeus, Decurio, *cælebs.* | Duæ filiæ *moniales.*

IX. Augustinus Marchio de Piopera, Almonacid & Villa nova, † 1657. Ux. 1. *Eleonora de Portugallia, Alvari D. de Veragua f.* 2. *N. de Alagon hæres Comitatus de Sastago.* 3. *Maria Laso de la Vega Ludovici, IIIC. de Annover & Mariæ Pacheco f.* | Maria Praxedis, uxor *Jo. Petri Assaitati, M. de Grumello.* | Joh. Baptista Decurio & Quæstor. 1. *Anna Gonfaloneria.* 2. *Ersilia Gallia ex Duc. de Alvito.* | Aloisius, n. 6. Dec. 1608. S. R. E. *Cardinalis*, cr. 1652. 19. Febr. † 26. Apr. 1685. | Lucretia, nup. 1. *Carolo Vicecomiti*, 2. *Bartholomæo C. Aresio.* | Franciscus, † cælebs.

X. 3. Aloisius Homodeus, S. R. E. *Cardinalis*, cr. an. 1690. d. 13 Febr. † 16. Aug. 1706. æt. 50. | 1. Franciscus Homodeus.

EXEGESIS HISTORICA.

HOMODEORUM varia legitur fuisse appellatio: namque *Amadei*, *Amidei* & *Omodei* dicebantur, sed Homodeorum nomen diutius permansit, quàm cætera, illoque ex eis prognati se hodieque salutari patiuntur. Amadeorum verò vocabulo quia olim à nonnullis nuncupati fuere, in eam venit cogitationem *Diamantes Marinonius*, ut in commentatione sua *de illustribus familiis Mediolanensibus*, quæ inedita in Bibliotheca Ambrosiana asservatur, scribere sustinuerit: *Amadei genus suum possent ab illo Amadeo, qui primus Sabaudiæ Dux fuit, ducere*. Verùm saniora sunt, nec minus honorifica, quæ *Rafaël Fagnanus* in *Memoriis de nobilitate patria* literis consignavit, verba hujus tenoris: *Homodeorum familiam Mediolani vetustissimam esse, quis est qui ambigat, cùm ex ea multi præstantes Viri in lucem prodierint, qui literis & armis patriæ suæ utiles immortalem apud posteros gloriam reliquerunt?* Eodem loco à laudato memoratur autore Bonifacius Homodeus, Urbis Consul anno 1191; sed Urbivetanam, non Mediolanensem, urbem innui *Jo. Franc. Crescentius* in *Amphitheatro Romano* disertè refert, patremque Bonifacii Homodei Petrum nominat.

JOHANNES Homodeus, à quo telam orditi sumus genealogicam, ex Decurionibus Mediolanensibus fuit; ei *Fagnanus* præcipuam adscribit laudem convocati Consilii coram Luchino & Joanne Vicecomitibus, & decretæ legationis ad obtinendam, aliàs denegatam, civitati à Summo Pontifice absolutionem ab interdicto, cui jam diu fuerat subdita, & obtentam fuisse ait; SIGNOROLO illius gnato, celeberrimo Jurisconsulto, à Johanne Vicecomite anno 1351. delegatam fuisse provinciam redigendi in unum volumen statuta civitatis idem memoriæ prodidit. THOMAS sive *Thomasinus*, illius filius, in numero præcipuorum civium fuit, quos Jo. Galeatius Vicecomes Mediolani Dux Papiam misit ad funus Blancæ Mariæ matris suæ; & quoniam ingenium in promptu habebat, atque autoritate valebat, delectus est unà cum Christophoro Castilione an. 1404. ad sedandas civiles discordias cum amplissima potestate puniendi, confiscandi, componendi, deindeque an. 1409. cum Consilium generale ad LXXII. Decuriones redactum fuisset, locum inter eos nactus. Ex alio gnato nepos *Signorolo* fuit *homonymus*, scientia juris & legum nihil avo inferiot, quas magnâ docuit famâ in Placentino & Ticinensi gymnasio honorifico autoratus stipendio. Posteà inter Consiliarios Ducales adscitus; Decurio Mediolanensis factus, atque Equitis aurati dignatione mactus, & denique à Duce Borbonio, Caroli Cæsaris in Ducatu Mediolanensi Vicario, in Senatorum ordinem, quem iste instituit an. 1527. allectus est. Insigni quoque ornamento illi fuit affinitas, quam cum illustri Trivultiorum familia contraxit, ducta in matrimonium *Lucia Trivultia*, Erasmi clarissimi illa ætate belli ducis sorore; ex ea licèt masculam prolem nullam sustulerit, per gnatam tamen, in Sfondratiam elocatam domum, avus factus est viri in Orbe Christiano Summi, Romani nempè Pontificis Gregorii XIII.

Maximum Homodeæ familiæ splendorem attulere posteri Johannis Jacobi, cum virtute duce & comite fortuna ad altiorem se extulissent locum: EMILIUS, cui primæ inter ejus filios tribuuntur, immensis præditus fuit divitiis, cumque in cælibatu vitam exegisset, maximam earum partem fratri Carolo reliquit, factis tamen insignibus ad pia opera legatis, quæ inter vel illud quod Xenodochio majori Mediolanensis civitatis destinavit, CCM. libris constitit. CAROLUS ex LX. Decurionibus Mediolan. fuit, & *Marchionis Pioperæ* titulum assumsit: eo natus AUGUSTINUS in Hispania fundis, matrimoniisque illustribus & honoribus amplificatus est, prætereaque à Rege Philippo IV. Præfecturam sive Capitaneatum generalem omnium Venationum in toto Mediolani dominio an. 1630. obtinuit, Chiliarcha quoque, sive *Colonellus*, militum Germanicorum sub ejusdem fuit auspiciis, atque an. 1638. mense Novembri obsidentibus Gallis Fontetabiam, protinus ad urbem

Bur-

Burgos cum quanta posset militum manu se conferre jussus est, mactus istis in literis axiomate Illustris, & vocabulo cognati (*Marques Pariente*) à Rege honestatus.

JO. BAPTISTA Homodeus anno 1642. d. 22. Mart. electus fuit in Quæstorem Magistratus Ordinarii, impetrato super ea electione diplomate regio, dato Madriti, in quo præter alia legitur: *Homodeorum familia liberalitatis nostræ pignus exposcit, siquidem Joannes Homodeus Legatus ad Regem Aragoniæ Alphonsum Quintum invictum Prædecessorem nostrum pro patria fuit, Signorolusque Homodeus Eques, Comes Palatinus, in utriusque juris claruit explanatione, ac ut recentiora dicantur, nostram præcipuè benevolentiam alliciunt fides erga Nos præfati Jo. Baptistæ Homodei, Parentis Caroli Homodei Marchionis Pioperæ in statu nostro Mediolanensi, unius etiam ex Sexaginta Decurionibus, atque à suis fratribus præstita nobis obsequia, cum Don Augustinus Homodeus Marchio Villæ Novæ del Ariscal in nostris Hispaniæ Regnis, Pioperæque itidem in Statu nostro Mediolanensi, egregiè sese gesserit semper in nostri Regii Servitii occasionibus. Ideoque de nobis magis magisque benemeritus existat, ac Don Franciscus Homodeus anno 1636. cum Duce de Veraguas iverit ad transfretandum in Status Belgicos dato militiæ nomine in turma, seu Capitania, Don Francisci de Castrejon Socios secum ferens, seque tractando splendidè, ac durante navigatione in illius laboribus astiterit, virtutem suarum obligationum, multasque dotes suas ostentans quousque mortuus est.* Anna Gonfaloneria, quæ Jo. Baptistæ in tabula uxoris primæ instar apposita est, & ex qua Franciscum genuit, matrimonio illi juncta non fuit, sed ut verbis utar quæ in chartis Mediolano ad me missis leguntur, *sponsa præoptata;* post contractum verò cum Ersilia Gallia ex Ducibus Alviti matrimonium prole caruit.

ALOISIUS Homodeus inde ab adolescentia literarum & jurisprudentiæ studiis deditus fuit, & juvenis adhuc carmina Parmæ edidit. Anno ætatis XX. jam laurea in utroque jure donatus, Protonotariis Apostolicis Participantibus primò, deinde Clericis Cameræ Apostolicæ Urbani VIII. beneficio adscriptus, & inter Patres connumeratus est plurimorum cœtuum, prætereaque arcium ditionis Ecclesiasticæ Generalis munere ab eodem honestatus est. Posteà Decanum Cameræ, & ditioni Ecclesiæ Commissarii Generalis dignatione præfectum Innocentius X. inter purpuratos patres cooptavit, addito titulo Presbyterali *S. Alexii in Aventino.* Urbinati exinde Ducatui Apostolicæ Sedis legatus præfuit, eaque in provincia nihil unquam sua, sed omnia populorum utilitate metiebatur, quare populorum amorem ac plausum assequutus est, sicut *Ciacconius in Historia Pontific. & Cardinalium* testatur. (a) Plurima idem eaque publica pietaris & munificentiæ suæ documenta edidit; fundato Pisauri monasterio & templo Capucinorum, extructo Romæ Xenodochio & domo Presbyterorum S. Caroli in vico, quem Cursum (*il Corso*) vocant, delubro quoque illorum augustiore & ornatiore facto; Mediolani etiam Monacharum victoriæ æde, marmore, ære Corinthiaco & picturis decorata. Prior denique Presbyterorum Cardinalium factus, Romæ vitam cum morte commutavit.

CAROLUS Homodeus, Augustini Marchionis filius natu major, successit in paternos titulos, eosque splendidissimo auxit incremento per matrimonium quod cum filia natu majore & hærede Comitis Castelli Roderici, Magnatis Hispaniæ, illustri per Hispaniam familia Mourana, contraxit; eo enim non tantum amplissimis in Hispania facultatibus locupletatus, sed etiam *Grandatus* Hispaniæ dignatione, ob quam equidem post soceri excessum cum difficultatibus nonnullis fuit conflictatus, mactus est. Militiæ exinde equestris exoticæ in Ducatu Mediolanensi supremam obtinuit præfecturam; Valentiæ posteà Prorex constitutus, claram & sempiternam sui memoriam ibi post se reliquit, extructis suis sumptibus duobus munimentis, securitati portus Alicantensis inservientibus, quæ Homodeorum vocabulo hodieque appellantur, & purgato à latronum multitudine regno. Ab hujus administratione, quam Rex sua sponte prolongaverat, postquam discessisset, Legatus ad Leopoldum Cæsarem designatus, provinciam defugit. Sobole destituitur; neque enim post

(a) *Tomo IV. p.* 691.

poſt gnatum βραχύβιον in ſchemate notatum, aliam ex uxore dicta ſuſcepit prolem. Fratrem ejus unicum ALOISIUM, Abbatem ad S. Mariæ *de Caſalvolone*, Alexander VIII. Pontifex Diaconum Cardinalem *S. Mariæ in Portu* creavit, cùm anteà in numero Protonotariorum Apoſtolicorum Participantium, & Clericorum Cameræ fuiſſet.

JUDI-

JUDICUM

Genua oriundorum, deindeque in regno Neapolitano

PRINCIPUM DE CELLAMARE
& DUCUM DE GIOVENAZZO,
GENEALOGIA.



FAmilia JUDICUM (*del Giudice*) scuto hic delineato ab omni memoria insignium loco usa est, nempe *diagonaliter*, *mediante tænia argentea*, *secto*, & *superiori parte rubeo*, *inferiori cæruleo*. De tæniæ argenteæ origine in Exegesi nonnihil in medium afferetur.

T A-

TABU[LA]

I. **HUGO**

II. Hannibal. — Damianus.

III. Paulinus. — Menecaldus. — Johannes. — Guilielmus.

IV. Nicolaus. — Marinus *Legatus in Sardinia* 1116. — Melchior, *Consul & Senator Genuens.* 1116. — Guilielmus, *Consul* 1118. — Hieronymus. — Paulus. — Ignus, *Capitaneus.*

V. Guilielmus. — Paulus. — Angelus. — Johannes Baptista. — Johannes. (a) — Simon. (b)

VI. Gabriel. — Hannibal. — Nicolaus. — Hannibal. — Nicolaus. — Ignus. — (b) Christianus. — Thomas. — Johannes. (c) — Caciumicus.

VII. Nicolaus. — Guilielmus. — Paulus. — Salomon. — Gregorius. — Stephanus. — Guarnerius, *Consul* 1248. — Johannes. — Riccobonus. — (c) Petrus. (l) — Cajus. (k) — (d) Guilielmus. — Raimundus.

VIII. Gabriel, ex Marchionibus Gavii 1279. — Leonardus. — Nicolaus. — (i) Johannes. — (k) Percivallis. — Archilaus. — Henricus. — Obertus.

IX. Nicolaus 1325. — Johannes. — Gregorius. — Farnus. — Laurentius. — Franchinus. — Guilielmus. (p) — Ansaldus.

X. Gabriel, *Antianus* 1385. — Gervasius. (r) — Galeottus, *Antianus* 1355, 67. & 75, *Capit. Famagustæ.* (s) — Johannes. — (p) Antonius, Præfectus triremi. (t) — Henricus. ux. *Saracena Fiesca ex Comit Lavaniæ.* — Guilielmus, *Antianus* 1346.

XI. Thomas, 1406. — Christophorus, *Antianus*, 1403. 1408. — (r) Raphael. (u) — Maximus. — Nicolaus. (x) — (s) Andreas. — Marinus. — (t) Emmanuel. (y) — Guilielmus.

XII. PAULUS *Vid. Tab. seq.* — Simon. — Augustinus. — (u) Branchina. — (x) Marchion. — Gregorius. *Antianus* 1456, & 1463. — Johannes, *Antianus*, 1459.

XIII. Nicolaus. — Hieronymus.

L A I.

J U D E X.

I.

II. Ladovicus. — Branca. — Hugo, *posthumus.*

III. Sandamorus. — Albertus. — Fliseus. — Petrus. — Ignus.

IV. Lucas. — Napoleo. — Zavaglia. — Carolus. — Hugo, *Consul* 1143. & 1147. — Bonvafallus. — Stephanus.

V. Hannibal — Otto, *Consul* 1122. *Legatus ad Frid. I. Imperat.* 1158. — Lucas. — Johannes Baptista. — Cosmus. — Grecus. — Simon. — Petrus.

VI. Henricus, *Consul* 1157. 1175. — Johannes, *Consul* 1165. — Bonvafallus. — Hugo. — Gnilielmus. — Albertus. — Pantaleo. — Gabriel. — Bouvafallus. — Neapoleo. — Hugo. — Gregorius.

d e f g h

VII. Hugolinus. (e) — Thomas. — Hannibal. (f) — Neapoleo. (g) — Roimundus. (h) — Marinus. — Ottobonus, Legatus ad Reg. Arag. 1222. — Vassallus. — Bonvasallus. — Martinus. — Simon. — Barisonus. — Bartholomæus.

l m n o

VIII. Petrus, *Legat. ad Pap. & Reg. Sicil.* — Johannes. — Bonvafallus. (l) — Emmanuel. — Marinus. — Ottobonus. (m) — Bartholomæus. (n) — Leonellus. (o) — Fridericus. — Jacobinus.

IX. Hugolinus. — Thomas. — Gregorius. — Bonvafallus. — Nicolaus. — Marcellus. — Bartholomæus.

q

X. Matthæus. — Benedictus. — Petros, *Antianus* 1426. (q) — Blasius. — Lichinus. — Bartholomæus. — Jacobus.

XI. Baptista — Nicolaus. — Franciscus. — Baptista. — Lazarinus.

XII. Bartholomæus, *Antianus* 1446. — Ambrosius. — Hieronymus. — Caspar. — Gregorius. (y)

XIII. Johannes Baptista. — Bartholomæus.

DUCES DE GIOVENAZZO

XII.

PAULUS JUDEX, Thomæ F. vix. an. 1451.

XIII.

Gabriel, *Antianus* an. 1502.

Georgius, *Antianus*. Ux. N. *Galeatii de Fornaris f.*

XIV.

Paulus, *Antianus* an. 1522.

Gabriel.

Joh. Baptista.

Simon.

Paulus Baptista, DUX *Genuens.* 1561.

XV.

Nicolaus, *Senator*, 1565. *Maria Montenegro*, *soror March. de Marighano.*

Georgius. ☾

Vincentius.

Baptista.

XVI.

Marcus Antonius, nat. Neapoli 1557, MARCHIO *de Voghera & Longobucco*, *Dn. de Rossano*, *Magister Postarum in regno Neapol.* *Cornelia* de Francis (*dei Franchi*) *Gregorii & Isabellæ Pinella Adorniæ f.* 1581.

Paulus.

Johan. Baptista.

Petrus Baptista, † *infans*.

XVII.

Paulus Baptista, † *intra infantiæ annos.*

Nicolaus, n. 1587. PRINCEPS *de Cellamare* 1631, DUX de *Giovenazzo* 1651. Dn. de *Terlizzi & Castelli Garagavne*, *Mag. Post. Eq. S. Jac.* † 1672. *Hippolyta Palagano, Lucii, VI. Du. de S. Vito, & Zenobiæ Marræ ex Dom. de Cellamare f.* 1623.

XVIII.

Dominicus, II. Pr. de *Cellamare*, Dux de *Giovenazzo*, *Eq. S. Jac.* nat. 1637. *Prorex Aragon.* 1694. *Magnas Hispan.* 1697. *Constantia Pappacoda, Josephi, I. Princip. de Triggiano, & Helena Cavaniglia ex Duc. S. Johannis f.* 1653. † 1670.

Joh. Baptistæ duo, *in infantia mortui.*

Paulus † *puer.*

Franciscus, n. 1647. ex Protonot. & Clerico Cam. Apost. *Cardinalis*, cr. 13. Febr. 1690. *Prorex Sicil.* 1702. *Archiep. de Monreale* 1704.

Cornelia, ux. *Caroli Pignatelli Duc. Bisacciæ.*

XIX.

Antonius, III. Princeps de *Cellamare*, *Eq. S. Jac. & Commendat. de Guadalerza & Avellino*, nat. 1657. *Anna Camilla Burgese, Jo. Bapt. Pr. Sulmonæ f. Francisci Mariæ Pici Mirandulani Pr. vidua* 1694.

Nicolaus *Prælatus.*

Hippolyta Maria Theresia, *monial.*

Helena, *monial.*

Josephus, *Commissarius generalis equitatus Neapol. occ. ap. Eboredunam* 1692.

XX.

Angelus, natus 1694. †

Constantia Eleonora, nata 4. April. 1697.

L A II.

PRINCIPES DE CELLAMARE.

XII. Uxor, 1. *Isabella Adorna*, 2. *Pomelina Justiniana*.

XIII.

Thomas, *Officialis S. Georgii.*

Julianus. Ux. N. *Francisci Scaliæ f.*

XIV.

Augustinus.

Gabriel.

Joh. Baptista.

Julianus, *posthumus.*

XV.

Johan. Augustinus.

Nicolaus. ☉

XVI.

Hieronyma, ux. *Nicolai Flisci ex Comit. Lavaniæ.*

Victoria, ux. *Augustini Senestradi.*

Laura, nup. *Sylvestro Invreæ Duci Genuensi.*

Scipio.

Johan. Baptista.

XVII.

Aurelia, *monialis Genuæ in monaster. S. Sylvestri.*

Paulus.

Jo. Baptista.

XVIII.

Zenobia, nup. *Philippo Caracciolo Pr. Villæ.*

Theresia, nup. *Johanni Carafæ Duci Nojæ.*

Johanna, ux. *Nicolai Mariæ de Somma, Pr. Collis.*

Clara, nup. *Carolo Pignatello Duci Bisacciæ.*

Aurelia, *monialis.*

Maria, *monialis.*

Isabella, *monialis.*

Eleonora, *monialis.*

XIX.

Joh. Baptista, *Equitum Mag.*

Michael, Tribunus, occ. *in obsid. Barcinon.* 22. Jul. 1697.

Cornelia, *monial.*

Zenobia, *monial.*

Franciscus, *Clericus.*

EXEGESIS HISTORICA.

JUDICUM familiam, quæ Genua Neapolim medio seculo Christiano decimo sexto larem transtulit, ibidemque albo nobilissimarum *sedilis Capuani* inscripta est, ex illa Ligurum civitate oriundam summæque in ea dignationis nunquam non fuisse, dubio omni vacat: certe enim inde ab illo tempore, quo Genuenses, civibus, opibus, agris aucti, satisque pollentes sibi visi, Romani Imperii potestati ac dominio sese subducere sustinuerunt, omnibus vel ornamentis vel honoribus continue redundavit, sublimisque & conspicuæ nobilitatis mensuram implevit. Testes præsto sunt exstructiones & fundationes sacræ, piam *Judicum* magnificentiam loquentes, Consulatus, ab iis, dum ista Genuæ vigebat dignitas, optimè gesti, Legationes, quas ob insitam prudentiam sibi demandatas, ex sententia & expectatione civium præclarissime obierunt, summi denique dignitatis atque autoritatis gradus, in quibus difficillimis & turbulentissimis temporibus, inter factiones, quibus scissa frequenter fuit civitas, & in multiplici illa status ac reipublicæ conversione atque inclinatione perstiterunt, nec animo, nec consilio, nec fortuna, quam quidem sapientes ipsi sibi fingunt, destituti. Hæc fulgentissimæ stirpis decora cùm illustrem arguerent originem, studium incessit animis cultorum antiquitatis omnibus illam indagandi vestigiis: quare ea quibusdam arrisit opinio, repetendam esse Judicum originem à filio *Comitiæ*, qui postremus *munus Judicis* gesserit, cùm quo majores ejus magnam Sardiniæ partem possederunt; sic enim ratiocinati sunt, cùm Barisso Comitiæ frater, postquam totius insulæ dominio potitus esset, tituli majorum simplicis pertæsus, ampliorem sibi sumserit, factum fortassis esse ut èontra Comitiæ filius, qui Genuam concessit, ibidemque sedem fixit, avitum in Sardinia munus gloriæ sibi ducens, memoriæ ejus conservandæ generi suo *Judicis* nomen imposuerit. Comitia ille *Comitas* Uberto Foliettæ, præstantissimo rerum Genuensium scriptori, appellatur, qui sequentia de eo literis prodidit: *Comitas Judex ac Princeps præfecturæ Alboreensis, quæ una ex quatuor est, in quas omnis Sardinia divisa est: is cùm multis iniquitatibus à Pisanis continenter premeretur, ad florentes Genuensium opes confugit; eorumque patrocinium & propugnationem in se firmavit, opimo sacerdotio anno ejus seculi* (duodecimi) *trigesimo anno sacræ ædi Laurentianæ Genuensi adjuncto; ac dimidia parte montium, in quibus sunt argentifodinæ, dono data.* (a) Comitatis fratrem fuisse tradunt *Barissonem*, de quo idem autor: *Barisso*, inquit, *Judex Alboreensis, qui cæteros opibus & potentia anteibat, totum se ad amicitiam Genuensium contulerat, Pisanis infensus nimis superbè imperitantibus: novarum igitur opum accessione fretus Barisso spiritus extulit, animumque ad splendidum consilium adjecit regnum Sardiniæ Pisanis expulsis sibi parandi, consiliis cum Genuensibus communicatis: quos multa induxerunt ad Barissonis conatus favore suo amplectendos. - - - igitur Ugonem Episcopum sanctæ Justæ ea de causa à Barissone ad Fridericum Cæsarem missum duo Legati Genuenses comitati sunt, Philippus Justa & Bonvasallus Bulserius. Episcopus ad Cæsarem introductus petiit Barissonem nomine ac diademate regni Sardiniæ à Cæsare donari; quod regnum ille sese à Cæsare fiduciarium habiturum promittere, atque in Cæsaris imperia jurare paratus esset; simulque anniversarium tributum pendere, atque intereà quatuor millia marcarum argenti præsentia numerare. Haud retractanter postulatis annuit Cæsar, - - - & quatuor Legatos Genuam misit, qui, classe à Genuensibus parata conscensa, Barissonem eadem classe ex Sardinia Genuam deduxerunt. - - - At Fridericus Barissonem à Genuensium oratoribus Papiam deductum, ac Regem Sardiniæ creatum regio diademate solennibus ceremoniis in æde divi Syri ornavit.* (b) Ex his illi, qui circa originem Judicum familiæ ab istis Sardiniæ Judicibus deducendam satagerunt, eam quam diximus instituere ratiocinationem: sicut Barisso, postquam rerum in Sardinia potitus esset, titulo majorum suorum simplici spreto, amplissimum affectaverit

(a) *Hist. Genuens. Libro I.*
(b) *Ib. Libro II.*

rit atque obtinuerit, ita ex adverso potuisse accidere, ut Comitiæ filius, cum is Genuæ sedem fixisset, avitum in insula munus gloriæ sibi ducens, memoriæ ejus conservandæ generi suo *Judicum* nomen imposuerit, & in perpetuum monumentum argenti fodinæ, à patre suo ædi Laurentiæ donatæ, insignium loco, ***bracteam*** sive *teniam argenteam*, qua hodieque familia utitur, adsciverit.

Sed incerta ista sunt, eaque propter in medio relinquenda; hoc certius, jam medio seculo duodecimo Judicum gentem Genuæ aliquo fuisse numero atque honore. Imperabat ea tempestate Fridericus Ænobarbus, petieratque Italiam ingentibus copiis armatus, & cupiditate, non *impotenti*, sicut *Folieta* partium studio abreptus censuit, sed justa, incensus civitates, quæ veteris juris sacri imperii censebantur, ejusque reverentiam exuerant, ad obsequium redigendi; uni Genuenses antiquum obtinuerunt, quod Folieta *veteris virtutis & constantiæ retentionem* appellat, amissis nempè veris rerum vocabulis, & ad sese & libertatem suam defendendam contulerunt, novisque urbem operibus muniverunt. Eo cognito Fridericus in Genuensium fines exercitum admovit, ac ad Boscum oppidum in finibus Galliæ Cisalpinæ progressus, Legatos illorum ad se mitti postulavit, cum quibus de summa Republica ageret. *Perampla*, ut habent *Folietæ* verba, *legatio missa est*, *octo civitatis principum*, eorumque in numero OTHONEM JUDICEM fuisse, præter auctorem sæpe dictum etiam *August. Justinianus* (c) & *Petrus Bizarus* (d) referunt. Eidem *Othoni* ob eximia de patria merita identidem Consularem dignitatem collatam fuisse, nempè an. 1142. iterumque an. 1145. & tertiùm an. 1154. *Justinianus* memoriæ prodidit; quo temporis tractu alios etiam ex Judicum gente Consulatum obiisse ex eodem scriptore constat, & in Tabula indicatum est. Ad eam verò dignitatem antiquissimis reipublicæ temporibus solis aditus patebat Nobilibus, indeque est, quod cum posterioribus seculis, Guelphorum & Gibellinorum, nobiliumque & popularium, factionibus, omnis veteris regiminis ordo perturbatus esset, vetustiores & clariores stirpes *Consularium* appellatione distingui consueverunt.

Insignis inprimis formæ reip. Genuensis mutatio an. MCXC. facta est, cùm non aliud discordantis patriæ remedium esse Senatus cerneret, quàm ut ab uno, eoque extraneo, regeretur; quare ex communi Patrum decreto regimen civitatis à Consulibus ad peregrinum Prætorem, *Podestà* vulgari nominatum vocabulo, translatum est, penes quem per spatium unius anni, duorum vel trium, prout scilicet Senatui expedire videretur, totius reip. administratio consisteret; primusque fuit *Manegoldus Tetocius*, Brixiensis; post septennium cum *Drudus Marcellinus*, Mediolanensis, Prætor electus fuisset, ei primo, sive is illos petierit, sive parum decorum videretur in libera civitate cives omni reipublicæ procuratione omninò carere, additi sunt *octo* collegæ ex primariis civibus, itaque in posterum faciendum decretum est. (e) In hunc ordinem, Nobilitatis inposterum indicem, plus simplici vice cooptatus esse in Annalibus *Justiniani* memoratur GUARNERIUS f. *Guarenus* JUDEX, in republica maximis gravissimisque causis cognitus & inprimis probatus, prætereaque legationibus insignis, quarum primam obiit an. MCCXLI. apud Mediolanenses & Placentinos, ut ab iis subsidia equitum & peditum ex fœdere postularet, cum res Genuensium clade à Cæsariana & Pisana classe accepta attritæ essent, & Ubertus Pallavicinus, Friderici II. Imperat. Vicarius, alio post aliud oppido eos exueret; (f) altera apud Michaelem Palæologum Imperatorem Constantinopolitanum an MCCLXI. functus est, de qua ita *Bizarus*: *Ligures, singulari in Venetos odio, cùm sibi à Palæologis haud vulgaria benevolentiæ signa ostendi observassent, ad illius animum confirmandum magna prudentia usi*, Guarenum Judicem *& Gulielmum Vicecomitem ad eum legatos habuere, qui de fœdere icendo, atque amicitiæ jure agendo seriò Reip. nomine tractarent, eo sanè eventu, ut Cæsar ipse, ad devinciendum sibi Genuensium populum, suapte natura ad magna contendentem, & majoribus semper aspirantem, Smyrnam, Asiæ urbem, atque etiam Chium, Ægei maris insulam, summa liberalitate contulerit.* (g) Nec verò in republica tantùm fortia *Judicum* facta, & digna, quæ in an-

 nales

(c) *Annal. Gen. Libro II. ad an.* 1157.
(d) *Historia Senatus populique Gen. Libro I. p.* 11.
(e) *Folieta Libro III. Bizarus Libro I.*
(f) *Folieta Libro IV.* (g) *De bello Veneto Libro I.*

nales referantur, tunc extitere, sed varia etiam pietatis eorum monumenta illa surrexerunt tempestate, quorum passim in urbe obvia sunt vestigia, quæque inter eminet S. Barnabæ ædes, ANSALDO *Judici* fundationem suam anno MCCXLIV. acceptam referens.

Magnæ variæque deinceps vicissitudines & mutationes in temp. Genuensem incubuere, cum multis conjunctæ calamitatibus, quas suo equidem, quod ajunt, jumento sibi accersiverunt, quippe, ipso *Folieta* haud dissimulante, ortas ex corrupti seculi licentia; quam præpotentium nobilium familiarum prava ambitio in civitatem invexerat, dum unaquæque, majores sibi opes conflare studens, infimæ sortis hominum, quorum gregibus latera septa habebant, libidini indulget; legumque vi potentia sua perfracta, ac publica majestate soluta, magistratibus non parentes, cæteris idem faciendi exemplum præeunt, ut nullo pænè metu maleficia cohibente, libidinem animi unusquisque pro lege haberet; nulliusque res aut vita à facinorosorum audacia tuta esset, nihilque intra aut extra pacatum aut quietum, sed vulgò spoliarent, raperent, vulnerarent, cæderent. In seditionem anno MCCLXX. ista erupit licentia à *Spinulis & Auriis* conjunctis, & præclaram speciem præferentibus popularis libertatis vindicum, ac regimen civitatis universo populo asserentium, concitatam, ita ut in ipsa urbe ad manus ventum, acreque prælium commissum esset, in quo victores Spinulæ & Auriæ fuerunt, victoriamque petitum principatus præmium illico secutum est, Uberto Spinula, tuba belli civilis, & Uberto Auria, sicut privatis consiliis compositum fuerat, Capitaneis Genuensis libertatis creatis; summoque omnium rerum imperio, nullis legibus aut condirionibus circumscripto, illis mandato, qui ad animos multitudinis retinendos rectorem plebi ex illius corpore hominem dederunt, *Abbatem populi* nuncupatum. Adversus illos, imperium haud melioribus artibus quàm partum erat exercentes, mox *Fliscì & Grimaldi* insurrexerunt, hæque discordiæ durarunt usque ad annum MCCCXI, quo Henricus VII. Imperator ad diadema Cæsarianum accipiendum Romam petens in itinere Genuam divertit, virtutibusque suis omnium animos in sui admirationem convertit, ita ut quò reipublicæ status deinceps tranquillior ac pacatior esset, illi de mutuo consensu & voluntate totius urbis adeoque universæ Ligusticæ ditionis jus atque imperium ad annos XX. deferretur, populusque in aream Sarzanam congregatus in verba Cæsaris juraret. (*h*) Sed eo altero statim anno è vivis sublato, cum dissidia recruduissent, delatum est an. MCCCXIX. imperium reipublicæ Roberto Regi Neapolitano & Joanni XXII. Pontifici ad decennium, quo elapso magna iterum rerum commutatio facta, atque alia, eaque quarta, reipublicæ forma instituta, imperiumque à nobilibus ad populum translatum est, *Simone Buccanigra* Abbate populi primùm, dein *Duce civitatis*, creato, quæ conversio in diem IX. Kal. Oct. an. MCCCXXXIX. incidit; atque ea imperii Genuensis in populares translatio necessitatem multis familiis nobilibus imposuit amicitias affinitatesque cum illis contrahendi, ne omnis, qua valuerant, auctoritatis jacturam facerent. Neque verò magis constans ac firma illa regiminis civitatis forma prioribus extitit, sæpiusque ob intestina odia & discordias civiles *ad pudendum*, ut Folietæ habent verba, *peregrini dominii remedium* recurrendum fuit; anno itaque 1353. Joanni Vicecomiti Archiepiscopo ac Principi Mediolanensi, an. 1396. Regi Gallorum, an. 1409, Theodoro Palæologo Marchioni Montisferrati, an. 1421. Ducibus Mediolanensibus, demumque an. 1499. iterum Regibus Galliæ civitas subdita est, Ducum auctoritate tantum non prorsus prostrata.

Inter tot ac tantas reipublicæ Genuensis commutationes tantum abest ut *Judicum* gens ullum antiqui splendoris deliquium passa fuerit, ut potius prævalentibus semper immixta factionibus, & auctoritate inter eas floreret, & novis honoribus ornamentisque aucta pervigeret; hinc instituto, postquam imperium Marchioni Montisferratensi abrogatum fuisset, an. MCDXII. *octovirali civium magistratu* RAPHAEL JUDEX, *Gabrielis* F. in hunc ordinem provectus est. (*i*) NICOLAUS ejus frater in numero oratorum recensetur, quos an. 1414. ad Sigismundum Cæsarem, in Galliam Cisalpinam profectum, & tunc Laudæ Pompejæ subsistentem, Ge-

(h) *Folieta Libr. V. & VI. Bizar. Lib. V.*
(i) *Foliet. sub. fin. Lib. IX.*

Genuenses miserunt, quam legationem uti gravem ac splendidam, ita etiam ipsi Cæsari supra modum gratam & jucundam extitisse *Justinianus* & *Bizarus* (k) literis prodiderunt. THOMÆ, fratris eorundem, mentionem *Folieta* injecit in narratione rerum anno 1428. actarum, quo Alphonsus Rex Aragoniæ, regnum Neapolitanum repetiturus, tres Oratores Genuam misit, qui cum mandata in Senatu exposuissent, Senatus quatuor ex præstantioribus civibus elegit, Barnabam Guanum, Clementem Squarciaficum, *Thomam Judicem*, Gasparum Lercarium, qui pacem & amicitiam, quibus conditionibus visum esset, componerent, quæ inter illius percupidos facilè convenit. PAULUM, Thomæ gnatum, publica inscriptio posteritati tradidit inter Patres civitatis (*Padri del commune*) quorum cura moles portus Genuensis, pro majori ipsius naviumque securitate, in LX. cubitos extensa & ampliata fuit, illa ita se habet:

Quindenis quater est cubitis radicitus auctum
Hoc quod opus junctum cum decies decies,
Cura hoc vestra dedit, Patres Communis, habemus
Tutæ ubi sint Libico vel quatiente rates;
Nec satis ex merito vestrum celebremus honorem,
Si non perpetuo nomine notus erit.
Ipse senex Grimalde prior Babilone sedebas,
Subsequitur Pauli Judicis *inde locus.*
Post Simon Negrone tuus, Vinellus & ipse
Baptista ætatis ordine quartus erat.
Exemplum vobis quàm primum hinc sumite cives,
Utilitas operis quanta sit ipsa patet.
Anno MCDLXXIV.

Paulus ille Judex pater fuit GABRIELIS, & avus alterius PAULI, quorum nomina in multis urbis saxis sepulchralibus ab oblivione vindicata leguntur. Alius quoque Paulo primo filius fuit, GEORGIUS nominatus, quo editus PAULUS BAPTISTA tranquillioribus reipublicæ temporibus & patriæ & suis singulari præsidio atque ornamento fuit.

Postquam civitas à servitute Gallorum in libertatem virtute Andreæ Auriæ asserta fuisset, nova reipublicæ forma introducta, ejusque hæc, *Bizaro* referente, summa fuit: ut quadringenti cives omnes civitatis magistratus, ac præsertim Ducem & Senatum, in biennium crearent, lege, qua prius nobilitas à supremo urbis magistratu gerendo excludebatur, prorsus antiquata. Et quia præcipuum libertatis conservandæ fundamentum videbatur, dissensiones ac simultates omnes, quæ cum gravissimo Reipubl. detrimento in urbe diu alitæ fuerant, prorsus extinguere; solummodò viginti octo ex illustrioribus clarioribusque familiis nomina conservarunt; quarum nominibus, & numero, omnes eos nobiles, ac populares, quibus nullum familiæ gentisve nomen erat relictum, adjunxerunt. Ac quò magis factionum memoriam delerent, nobiles popularibus, & rursus populares nobilibus, aggregarunt, & perpetuam æquabilitatem omniumque ordinum isonomiam instituerunt, existimantes, hac ratione factionum omnium memoriam, paucorum annorum curriculo, penitùs ad internecionem deletum iri. (l) Vivebat ea tempestate PAULUS BAPTISTA, cujus jam mentio facta est, dictus CALVUS JUDEX, eò quod Judicum gens in album sive familiam, *Albergum* vernaculo appellant vocabulo, *Calvorum* esset relata & arrogata; illum in numero Oratorum, quos Genuensis respublica Bononiam ad Carolum V. Cæsarem an. 1532. misit, ut ei de prosperis successibus, & felici in Italiam reditu gratularentur, *Jacobus Bonfodius* Libro II. Annalium Genuensium recensuit; ista in legatione aliisque muneribus sibi demandatis ea prudentiæ fideique & animi in patriam singularis documenta dedit, ut ampliore quàm gerebat honore dignus haberetur, atque an. MDLXI. *Dux reipublicæ* crearetur; eodem natus GEORGIUS, prole è legitimo suscepta matrimonio

(k) *Justin. Annal. Lib. V. Bizar. Hist. Lib. X.*
(l) *Bizar. Hist. Gen. Libro XX.*

nio caruit; at *Paulo*, Gabrielis filio, cujus etiam mentio jam inducta est, satus est NICOLAUS, quemadmodum juxta cum aliis monumentis epitaphium Græcum testatur, quod Genuæ in æde S. *Mariæ de Porta Aurea* Patrum Conventualium S. Augustini, inque sacello familiæ Judicum legitur, & Latinè redditum ita sonat.

Deo omnipotenti & Deiparæ assumtæ NICOLAUS JUDEX *hoc sacellum construxit, instauravit, & hoc sepulcrum sibi, ipsi & posteris, in quo jacent* PAULUS *pater*, & GABRIEL *avus, qui erant ex antiquissima familia Judicum.*

Nicolaus iste Neapolim se contulit, domicilium ibi ponere cupiens, quare uxorem eodem loco duxit an. MDL. *Mariam de Montenigro*, Marchionis Marilianensis sororem, sed Genuam reversus, Senatoriam in patria dignitatem suscepit, qua an. MDLXV. mactus est. MARCUS ANTONIUS, filius illius primogenitus, Neapoli in lucem susceptus, cum cœpta patris prosequi, domusque suæ sedem in ditione Regis Catholici stabilire secum statuisset, eaque fine in Hispaniam iter fecisset, maximam facultatum suarum partem impendit in Marchionatum *Vogheræ*, insigne Ducatus Mediolanensis feudum, nec non in *Roxanum* & *Longonobuccum*, loca in regno Neapolitano sita, quæ emit, Marchionisque titulum à Philippo III. Rege sub initium sæculi superioris XVII. obtinuit, quo temporis tractu munus etiam *Postarum Magistri* in dicto regno, quod uberrimi est reditus, acquisivit; cum verò longum consiliorum suorum filum Atropos abrupisset, res suas gravissimis litibus implicitas reliquit, quibus tamen NICOLAUS ejus filius dextrè se evolvit, possessionemque Magisterii postarum in regno sibi asseruit anno MDCXV. Assumptis post triennium insignibus Ordinis S. Jacobi, felici connubio sibi junxit *Hippolytam Palaganiam*, postremum antiquissimæ & nobilissimæ in regno Neapol. stirpis germen; illa sanguinem maternum de Marranorum Cellamaris Dominorum stemmate duxit, eoque nomine, tum etiam ratione pecuniæ, quam in feudo Cellamarensi Nicolaus occupaverat, possessionem ejus obtinuit; id deinde anno nempè 1631. Philippus IV. Rex in Principatum erexit, *Principis* axiomate Nicolao collato, quem etiam sequenti anno Consiliarium status in regno Neapol. atque an. 1651. *Ducem Juvenatii* creavit; hoc enim etiam feudum in Bariensi regione situm sibi comparaverat, eique posteà addidit *Terlizzium* & castellum *Garagnonense*. Prudentia de cætero ejus & in rebus agendis dexteritas gravissimis in negotiis, ipsi demandatis, & difficillimis temporibus, quibus bellum ac pestilentia sæviebant, enituit, quemadmodum etiam munificentia ipsius, largis in egenos erogationibus, & sacris ædificiis, præcipuè in monasterio Crucis Luccensis, innotuit. Vitam ad summam produxit senectam, sobolisque numerosæ pater factus, gnatæ novem erant, ex quibus quatuor velum in dicto induerunt monasterio, quinque viris nobilissimis elocatæ fuerunt, duæque ex his uni successivè viro. Ex filiis tres in prima ætate vita destituit, reliqui duo in decus & gloriam stirpis suæ superstites manserunt; natu major enim ad honores seculares, alter ad sacros, virtutis via enisus est. Hic, cui nomen est FRANCISCO, cùm sub Clemente IX. Pontificatu an. 1669. Præsularem Romæ habitum sumsisset, mox in Collegium *Protonotariorum Participantium* admissus est; Clemens X. deinde Bononiam Vicelegatum, hocque munere perfunctum Fanum Gubernatoris dignatione misit, atque an. 1673. Clericis Cameræ Apostolicæ adscripsit. Ab Innocentio XI. *Præses Gratiæ* constitutus, denique ab Alexandro VIII. an. MDCXC. d. XIII. Febr. purpura ornatus & *Diaconus Cardinalis* dictus est. Anno 1696. Archiepiscoparum Salernitanum, sibi à Rege Hispan. delatum, deprecatus, ex mandato ejusdem munia Legationis Romanæ, post Ducis Medinæ Celinæ abitum, suscepit, hancque spartam ita ornavit, ut constituto anno 1699. à Rege novo Senatu sanctiori, quod *Consilium Status* vocare amant, ex novem Magnatibus, ille quoque tanto ministerio par haberetur, & septimum inter eos locum nancisceretur; reliquorum nomina in promptu sunt: quippe erant Princeps *de Vaudemont*, Dux *de Medinaceli*, Marchio *del Fresno*, Comes *de Santistevan*, Comes *de Fuensalida*, Dux *de Veraguas*, Dux *de Medina Sidonia* & Comes *de Montijo*. Biennii spatio interjecto in Siciliam abiit, regnique illius gubernacula, sibi demandata, Proregis dignatione susce-


pit,

pit, atque anno 1704. Archiepiscopatu opulentæ Ecclesiæ Montis regalis in Sicilia auctus est.

DOMINICUS, Eminentissimi Cardinalis Judicis frater natu major, genitore vivente titulum Ducis *de Giovenazzo* assumsit, nondumque pubes Ordini Equitum S. Jacobi nomen dedit, unique ex cohortibus, in regni tutelam recens conscriptis, præfectus est. Ducta uxore Thesaurarius regni Generalis, annoque 1670. in Consilium Collaterale electus fuit. Defuncto patre in Hispaniam profectus, à Regina regente ad Ducem Sabaudiæ rerum gravissimarum ergò missus est, indeque an. MDCLXXIX. ad aulam regiam Gallicam se contulit, ibique legatione Ordinaria à Carolo II. Rege sibi demandata, functus est. In Hispaniam reversus locum in Senatu bellico obtinuit, paucis autem post mensibus Lisbonam Legati extraordinarii & Plenipotentiarii dignatione ad componendas lites, quæ in America inter Lusitanos & Castellenses exarserant, abiit, deque illis ita transegit, ut utrique nationi satisfieret. Anno 1682. Consiliariis in Supremo Senatu Italiæ adscriptus, Romamque ablegatus est, ut cum Innocentio XI. Pontifice de rebus maximi momenti ageret: ibidemque substitit usque ad annum 1685, quo cum iter in Hispaniam relegisset, post novennium splendidissimo munere *Proregis & Capitanei Generalis regni Aragonici* decorari meruit, quo cum summa virtute & industria defunctus esset, idque sanguine filiorum duorum obsignasset, *Magnatis Hispanici* honoribus & prærogativis ultimo anni 1697. mense cumulatus est, non ad ipsius tantum personam restrictis, sed ad successores in majoratu, quem in gratiam filii primogeniti, *Antonii*, an. MDCXCIV. d. XXII. April. fundarat, devolvendis, vigore privilegii amplissimi, à Senatu Castellensi an. 1700. editi.

Filiorum Dominici Ducis Juvenatiensis natu maximus, jam nobis dictus, ANTONIUS, Carolo II. Regi adhuc minorenni, ephebus, *Minimum* vulgari appellant vocabulo, inserviit, Neapolimque reversus an. 1676. *Principis Cellamarensis* titulo uti cœpit; anno 1680. Monacum Bavariæ proficiscendi, Regisque Catholici nomine Maximiliano Emanueli novo Electori dolorem, ex patentis ejus morte haustum, significandi mandatum accepit, & bellè exequutus est; anno 1685. Cubiculariis regiis additus, & quoniam majorum exemplo insignia *Ordinis S. Jacobi* susceperat, *Commenda Avellinensi*, & septennio interjecto *Guadalerzensi* auctus, an. 1694. matrimonium se suoque genere dignum contraxit. NICOLAUS ejus frater ætate proximus ad sacras adspirans dignitates an. 1694. Romæ munus *Præsulis Referendarii* & *Prælati domestici* Innocentii XII. capessivit, & biennio abhinc ab eodem Pontifice *Præses Cameræ Apostolicæ* creari meruit; FRANCISCUS etiam, fratrum suorum natu minimus, Ecclesiasticum vitæ genus seculari prætulit; cæteros verò bellicæ laudis cupido castra sequi impulit: quippe JOSEPHUS jam an. 1677. militiam apud Insubres auspicatus, ad gradum *Commissarii generalis Equitatus Neapolitani* pertigit, in quo strenuè agens in expeditione Sabaudica sub Eboreduni mœnibus nobili fato concidit. JOHANNES BAPTISTA Leopoldo Imperatori in Italia Magister equitum meruit; MICHAEL bello Hungarico inde ab an. 1688. exercitus, deinde in Italia Optionis Generalis munia sub imperio Ducis Sabaudiæ impigrè obiit, usque dum in Cataloniam cum copiis Cæsareis transportatus fuit, ubi Tribuni dignatione mactus, dum Gallos Barcinonem acerrimè oppugnantes loco, quem occupaverant, depellere fortiter nititur, glande non una trajectus, occubuit.

SFONDRATIÆ FAMILIÆ
GENEALOGIA.



SFondratii Comites ſcuto, quod hîc repræſentatur, uti ſolent, videlicet perpendiculariter tripertito: prima regio tranſverſè ſecta ſuperiore loco in area *cærulea baltheum utrinque pinnatum aureum* exhibet, adjectis *ſtellis duabus ejuſdem metalli*; inferior Pars *aurea arborem viridem* continet, atque hæc duo inſignia in tertia repetuntur regione, ſed ſitu inverſo. Media verò *coccinea Pontificio vexillo* inſignis eſt, *cæruleo conopeo, auro fimbriato, haſta aurea, geminis clavibus, unâ aurea, altera argentea, decuſſatim trajectis, & cyano colligatis*; aſſumpta haud dubiè in memoriam Gregorii XIV. Pontificis Romani, ex hac gente orti, munerisque Generalis Eccleſiæ, quo *Hercules Sfondratus* à patruo decoratus eſt.

SFON-

I.

JOANNES BAPTISTA, Francisci F. Ludovici N. Sfondrati, Patritius Cremonensis, Civis etiam & Senator Mediolanensis, Ducumque Consiliarius, obiit an. 1497.

II.

Franciscus Sfondrati, nat. 1494, Senator Mediolanensis, COMES Littoris Orientalis lacus Larii, dictus propterea *Conte della Riviera*, Baro Vallis Assinæ, & post mortem conjugis *Episcopus Sarnensis*, dein *Cremonens. Archiepisc. Amalphit. Rom. Eccl. Presb. Cardinalis*, cr. *à Paulo III. an.* 1544. † 31. Jul. 1550.

III.

Paulus Sfondrati, Comes *della Riviera*, Baro *di Valle Assina*, *Eques S. Jacobi*. *Sigismunda*, *Sigismundi Marchionis de Este filia*.

IV.

Hercules Sfondrati, Comes *della Riviera* & S. Rom. Imperii, supr. militiæ Rom. Præfectus (*Generale della Chiesa*) Dux *de Montemaresano*, † 1637, æt. 68. *Lucretia Cibo*, *Alberici Principis Massæ & Carrariæ fil. ducta* 1591.

V.

Valerianus Sfondrati, Comes *della Riviera* &c. *Eques Ord. S. Jac.* † 19. Sept. 1645. æt. 39. *Paula Marliana*, *Ludovici Comitis Marliani* fil.

Franciscus Sfondrati, Comes.

VI.

Hercules Sfondrati, Comes *della Riviera & S. Rom. Imperii*, Bar. *della Valleasina*, Dom *delle squadre de' Mavers*, *de Nibiono*, *Montis de Introzzo*, *de Trigoli & de Bellagno*, *Eques & Commendat. Ord. S. Jac.* † m. Febr. 1684. *Barbara Schinchinella*.

Franciscus Sfondrati, *Decurio Mediolan.* *Helena Legnana.*

Cælestinus Sfondrati, *ex Abbate & Principe S. Galli in Helvet. Rom. Eccl. Cardinalis cr.* 12. *Dec.* 1695. † 4. Sept. 1696. æt. 53.

VII.

Josephus Sfondrati, Comes *della Riviera*.

Paulus Sfondrati.

Hercules Sfondrati.

LIÆ SCHEMA.

I.

Uxor, MARGARITA *Homodei*, *Signoroli & Luciæ sive Lauræ Trivultiæ filia.*

II.

Uxor, *Anna*, *Antonii Vicecomitis (de' Visconti) Condomini Somæ filia.* † 1543.

Julia Sfondrati, nup. *Cleto Picenardo Legum Doctori.*

III.

Nicolaus Sfondrati, nat. 11. Febr. 1535. *Episc. Cremon.* 1560, *Rom Eccl.Cardin.* 12.Dec.1583, PAPA sub nom. GREGORII XIV, cr. 5.Dec.1590. † 15.Oct.1591.

Quatuor fæminæ, *monales.*

IV.

Paulus Camillus, al. Æmylius, Sfondrati, *Rom. Eccl. Cardinalis* cr. 19. Dec. 1590. nat. 1561, mort. 14.Febr. 1618.

Franciscus Sfondrati, Marchio *de Montafiâ. Blanca*, *Joan. Petri Vicecomitis fil.*

Anna, nup. *Herculi Vicecomiti, Com. de Saliceto.*

V.

Sigismundus Sfondrati, March. de *Montafiâ*, *Eques Aur.Vell.* 1650. occ. ad Gravelinam 1652. *Genevieva Anna*, *Leonardi Com. de Taxis fil.* † 1664.

Joannes Sfondrati, *Senator Mediolan.*

Gregorius, *Abbas Commend.*

Carolus, *Gubern. Vercell.*

Philippus, *Eq. Melit.*

Petrus, *Cleric. Regul. Theat.* dictus *Paulus*

Joannes Baptista, *Episcop. Papiens.* cr. 1639, † 18. Nov. 1647.

EXEGESIS HISTORICA.

SFONDRATORUM, jam pridem apud Insubres clarorum atque illustrium, originem è Germania domestica derivat traditio: Conradum quendam quippe ajunt, nobili Germanica stirpe satum, unà cum filiis duobus, Joanne Baptista & Nicolao, imperante Ottone IV. in Lombardiam commigrasse, ibidemque fortunarum sedem fixisse, quemadmodum *Joan. Franc. Crescentius* refert. (a) Utut verò in incerto hæc sint posita, certa tamen est familiæ, de qua sermonem instituimus, vetusta nobilitas, cui jam an. 1487. Joannes Galeatius Sfortia Mediolanensis Dux insigne perhibuit testimonium in elogio, quo *Joannem Baptistam Sfondratum* ornatum ivit, sequentibus inter alia verbis: *Si quispiam Principi vel ob Generis splendorem, vel ob proprias virtutes ac merita plurimi faciendus est: Nos præcipuè invitamur, ut Clarissimi Jurisc. Jo. Baptistæ Sfondrati Consiliarii nostri dignitatem & commoda non modò chara habeamus, sed etiam augere cupiamus. Quippe qui ex gente vetustissima ortus, quæ viros innumerabiles cùm domi forisque præstantissimos, tum ad rerum nostrarum amplitudinem natos protulit, ab ineunte ætate eos mores imbuit, atque vitam instituit, quæ amplissimis Majoribus, clarissimaque Gente digna censeretur.*

JOAN. BAPTISTA modò laudatus is est, à quo initium continuæ Sfondratorum Genealogiæ ducere licuit: hic cùm post Ducem Joan. Galeatium etiam Ludovico Mariæ, patruo istius ac successori, à consiliis iisque intimioribus esset, civitate Mediolanensi donatus, atque inter Senatores urbis hujus cooptatus est, licèt ab ea plurimùm abesset, propter legationes, quas Romæ, in Gallia, Hispania, Neapoli, Ferrariæ & denique Venetiis obiit, ubi supremum quoque diem explevit, relicto post se pari liberorum præstantissimo, mare & fœmina; hæc, cui nomen fuit JULIÆ, & maritus *Cletus Picenardus*, insignis Jure Consultus, tanta perhibetur prædita fuisse eruditione, ut *stupor seculi* audierit.

FRANCISCUS *Sfondratus*, Juliæ frater, pacis studiis genitoris exemplo se dedidit, & cum humanioribus literis, Philosophicisque disciplinis Jurisprudentiam ita conjunxit, ut ea in facultate, teste *Ciacconio*, cumulatissimus sui temporis Doctor ac versatissimus evaserit: fuisse enim prædicatur ab eodem vir perspicacis & acuti ingenii, acerrimique judicii, ita ut accedente his dotibus prudentia summa, singulari in agendis dexteritate, & incredibili divinæ gloriæ zelo & pietate, inter Principes clarescere cœperit. Quæ gesserit in Republica, quibusque togæ non civilis solùm sed etiam sacræ honoribus mactus fuerit, in pauca redegit autor epitaphii, quo Cremonæ vita defuncti, & in Cathedrali ejusdem urbis æde humati, memoriam filii ivere servatum, quodque ita se habet:

D. O. M.

Franciscus Sfondratus hic acquiescit, Baptistæ illius Filius, qui Senator & Consiliarius Ludovico Sfortiæ valde charus fuit: ob multas Legationes, quas jussu ipsius obiit ad omnes, & Reges & Illustres Respublicas. Hic Comes Littoris Larii ad Orientem vergentis, Baroque Assinæ vallis ob egregiam fidem, prudentiamque in Republica administranda, & admirabilem intelligentiam Juris, à Carolo Allobrogum Duce Senator illic creatus est. Posteaque à Francisco II. Insubrum Duce in Ordinem Senatorium Mediolani adscriptus, in ea dignitate à Carolo V. Imperatore, cum in ipsius ditionem Civitas rediisset, retentus fuit, auctusque Consiliarii gradu; mortua vero uxore Anna Vicecomite lectissima fœmina, ab eodem summa cum potestate Senas missus est, ut eorum Rempublicam discordiis vexatam, consilio suo regeret: à quibus, ob egregia ipsius merita, & Civitate donatus est, & Pater Patriæ appellatus. Posteà Romam à Paulo III. Pontifice Maximo evocatus, in Germaniam paulò pòst missus est; ab eodemque in amplissimum Cardinalium Ordinem cooptatus, ad Carolum Imperatorem magnis de rebus legatus est. Ornatus demùm à sapientissimo acerrimique judicii Sene omnibus honoribus, quibus summi Antistitis persona decorari potest. Mortem obiit Anno MDL. Cremonæ Patriæ Episcopus. Nicolaus, & Paulus eximia pietate prædicti Filii, Hoc monumentum posuerunt: Vixit Annos LVI. *Menses* IX. *Dies* VII. (b)

PAU-

(a) *Anfiteatro Rom. p.* 289. (b) *Ciaccon. Hist. Pontif. & Cardin. Tomo III. p.* 701.

PAULUS Sfondratus, Francisci filius natu major, in titulos ac feuda à patre acquisita & relicta vigore juris primogenituræ successit, fuitque Senator Mediolanensis, & ob multarum rerum usum Philippo II. Hispaniarum Regi accepprissimus, à quo inter Equites S. Jacobi cooptatus, Consiliariisque suis adscriptus, & Oratoris Extraordinarii dignatione ad Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem missus est, apud quem dum ageret matrimonii, quod inter Ducem & Catharinam Hispaniæ Infantem, Regis dicti gnatam, Camberii an. 1584. contractum est, proxeneta & interpres extitit. (*c*)

NICOLAUM Sfondratum, alterum Francisci filium, septimo suæ conceptionis mense, cæso mortuæ matris utero, in lucem extractum magis quàm editum fuisse *Ciacconius* refert, *tanquam alterum Cæsarem*, ut ille scribere amavit, *sacro Imperio natum*. A Senatoria dignitate, quam in urbe Mediolanensi, post absolutum studiorum curriculum, obtinuerat, transiit ad vitam Ecclesiasticam, eamque ita instituit, ut an. 1560. ætatis XXV, Cremonensi Ecclesiæ, abdicato à Friderico Cardinali Cæcio Episcopatu, à Pio IV. Papa præficeretur. Inde ad Tridentinum Concilium missus gravis sententiæ, *Thuano* referente, inter Italos defensor fuit, nempè divini juris decretum esse, ut assidui ad gregem suum pastores essent, in quo illum, qui ad honores grassabatur, magna imprudentia lapsum aulici existimabant; nihilominus cùm in vita æquabilem semper tenorem servasset, constantia sua sive simplicitate meruit, ut à Gregorio XIII. in celebri illa XIX. Cardinalium ordinatione inter purpuratos patres accenseretur, & post septennium in locum Urbani VII. duodecendialis Papæ *Summus Pontifex* crearetur in ipsa S. Nicolai vigilia; nomen assumsit *Gregorii* XIV. in memoriam Papæ, à quo purpura insignitus fuerat. Verùm brevis ei tanti honoris contigit usura, & intra anni spatium terminata, non tam annis quam morbis infirmo, quibus altero statim Pontificatus sui mense gravius vexari cœpit, ita ut rebus gerendis impar omnem negotiorum molem in nepotem suum, quem protinus purpura ornarat, reclinaret. Laudatur cæteroquin à morum integritate, animi benignitate, summa erga peregrinos, etiam dum adhuc Cremonæ Episcopus ageret, hospitalitate, & mira denique in crebris acutissimisque calculi cruciatibus patientia, quibus ad extremum consumptus atque oppressus est.

Haud tamen perbreve illud temporis spatium, quo sedit in solio Papali Gregorius XIV. neglectui habuit propinquorum suorum incrementa, sed festinasse videtur eos quantis potuit honoribus extollere: nam cùm in HERCULEM Comitem Sfondratum, filium fratris sui natu maximum, cujus fratrem *Paulum* jam Cardinalem, ceu dictum, renuntiarat, omnes opes ac familiæ fortunas conferre cuperet, ante omnia honorificentissimo eum auxit matrimonio, desponsata ipsi Massæ Principis filia; nuptiæ fiduciariæ, quod ad demerendam Pontificis gratiam Magnus Etruriæ Dux ambiverat, Florentiæ celebratæ, & postea ad Sfortiam arcem, ubi magnificentissimè Paulus Sfortia sponsum & sponsam excepit, consummatæ sunt; insuper summa S. Rom. Ecclesiæ & Vaticani præfectura ornatus est, baculo cerimonia sollemni tradito, eique Vicarius Hermes Vicecomes datus. Martio proximo summus exercitus in Galliam destinati adversus Protestantes imperator pronunciatur, ac postremo *Ducis Montis-marciani* titulo insignitur, quod exiguum Castellum in Piceno supplicio Alf. Piccolominei in fiscum reciderat, & Pontifex dicebatur posse conferre cuicunque vellet, ut *Cicarellæ* habent verba; (*d*) id rursus summa pompa actum in S. Mariæ Majoris templo celebratis sollemnibus IV. Id. Majas. (*e*)

FRANCISCUM, minorem natu Pauli filium, Sfondratum patruus *Marchionis de Montafià* axiomate auctum, Præfectum arcis S. Angeli nec non triremium Pontificiarum constituit, hic æque ac frater aliquot post se reliquit filios, pacis ac belli artibus illustratos; eos inter GREGORIO & JOAN. BAPTISTÆ eximiis jam muneribus in curia Romana insignibus, purpuram mors fato propera invidit. SIGISMUNDUS, patris successor in titulo Marchionis *de Montafià*, Hispanica meruit stipendia præclara fama, & torque equestri *Aurei Velleris* decoratus supremam rei tormentariæ præfecturam gessit, quo officio dum in oppugnatione Gravelinæ impigrè fungitur, globo majoris tormenti percussus est die X. Maji an. 1652. eoque ex vulnere Burburgi decessit, nullis post se relictis liberis: JOANNES,

(c) *Guichenon. Hist. de Sav. pag.* 713.
(d) *In vita Gregorii XIV. Platinæ subjuncta, edit. Colon. p.* 497. (e) *Thuan Lib. CI.*

NES, ejus frater, qui Regi Hispan. à consiliis & Senator Mediolanensis fuit, utrum in cælibatu aut conjugio ætatem peregerit, in dubio relicti sumus.

PAULUS ÆMILIUS, *Camillus* nonnullis dictus, Herculis & Francisci frater, cùm inter Vallicellanos patres, Philippi Nerii alumnos, adolevisset, sacrosque posteà ordines suscepisset, à patruo, simul ac is ad Pontificatum supremum evectus fuisset, absens Cardinalium numero adscriptus est, Romamque delatus, titulo *S. Cæciliæ*, cujus posteà corpus eruisse perhibetur, Bononiensi legatione, Justitiæ præfectura, & Inquisitionis munere auctus, eaque auctoritate præditus fuit, ut omnem ferè Pontificii imperii molem patruo vivente sustinuisse, ejusque arbitrium in manu habuisse *Ciacconio* dicatur. Post istius obitum ad divinarum rerum studia, eodem scriptore referente, se contulit, atque à Paulo V. an. 1607. Cremonensibus datus est Episcopus. Extremum diem Tibure in monasterio S. Augustini explevit, triginta horarum morbo absumptus; corpus Romæ ad S. Cæciliæ pedes in sepulchro, quod sibi construxerat, humatum jacet, cum epitaphio, quod vivens incidi curavit, ita se habente: PAULUS *Tituli S. Cæciliæ S. R. E. Presb. Card. Sfrondatus, miserrimus peccator, atque ejusdem Virginis humilis servus, hic ad ejus pedes humiliter requiescit. Vixit annos* LVII. *menses* X. *dies* XXV. *obiit anno* MDCXVIII, *Mense Febr. die* XIV. *Orate Deum pro eo.* (*f*)

De quarto ex hac gente Cardinali superest quod dicamus, videlicet de CÆLESTINO Sfrondato, Pauli, de quo modò verba facta sunt, ex fratre pronepote; huic æque ac isti duo fuere fratres, quorum major *Commissarii Generalis Equitatus Mediolanensis* munere functus HERCULES appellabatur, alter FRANCISCUS, fuitque Decurio in ea civitate. Noster eùm in lucem susceptus esset *Aloisius* nominatus est; ab ineunte autem pueritia divinis ac humanis literis imbutus, postquam ætate adulta pietatis ac sanctioris disciplinæ studio Benedictinorum monachorum familiam ingressus esset, *Cælestini* nomen adscivit, atque anno 1687, d. 17. Mart. monasterii insignis *San Gallensis* in Helvetia *Abbas*, qui Principis S. Rom. Imperii dignatione gaudet, electus est. Hanc spartam ornans, cùm scriptis quoque, in lucem publicam editis, inclaruisset, talibusque, quibus in celebri illa controversia, inter curiam Romanam aulamque Gallicam de Jure Regaliæ, sive Custodiæ fructuum vacantium Ecclesiasticorum universorum in Gallia, orta, causam Romanæ Sedis adversus quatuor propositiones, à Clero Gallicano in Conventu Parisiensi an. 1682. evulgatas, ivit defensum, cujus generis erat *Regale Sacerdotium*, sub *Eugenii Lombardi* nomine ab eo, antequàm Abbas factus esset, anno nempè 1684, editum, posteà liber Anonymo Marchionis Lavardinensis in causa Romanæ legationis Advocato oppositus, nec non *Gallia vindicata*, in qua testimoniis exemplisque Gallicanæ præsertim Ecclesiæ, quæ pro Regaliæ jure & quatuor dictis propositionibus à Ludovico Maimburgo, claro scriptore, aliisque producta fuere, refutavit, qui duo tractatus uno eodemque anno 1688. typis exscripti sunt; hisce operibus, inquam, cum famam sibi atque existimationem Romæ peperisset, ab Innocentio XII. Papa in Cardinalium collegium sub exitum anni 1695. cooptatus, Romamque, Abbatia San Gallensi abdicata, sequenti anno profectus, in publico Consistorio d. XIV. Febr. pileo donatus, tituloque S. *Clementis* primùm, dein S. *Cæciliæ*, nec non protectione familiæ Benedictinorum mactus est. Verùm nova hac dignitate non longiore gavisus est temporis spatio, imò aliquantùm breviore, ac patruus ejus magnus Pontificatu supremo: eodem quippe adhuc anno Romæ fatis concessit, tres tantùm supra quinquaginta annos natus, cùm sub prelo haberet opus de Prædestinatione, cui titulum imposuit: *Nodus Prædestinationis explicatus*, cujusque dedicationem paucis ante obitum diebus ad calamum dictarat.

(*f*) *Ciaccon. Tom. IV, pag.* 224. & *seqq.*

TRI-

TRIVULTIANÆ FAMILIÆ
GENEALOGIA.



INsignia hîc repræsentata in nummo argenteo, quem *Cajetanus Antonius Gallius Princeps Trivultius* effigie sua signavit, conspiciuntur: Caput trifrons etymon nominis Trivultiani, quod à tribus vultibus aliqui derivant, haud dubiè innuit. Scutum dextrum, sex palis, auro & prasino alternatim tinctis, distinctum, digma *Trivultiorum* gentilitium denotat; sinistrum verò, aquilam, leonem, baltheosque argenteos & rubeos continens, insignia *Galliæ* gentis exhibet, à qua genus ducit paternum Princeps Trivultius vivens, initio nominatus. Mergis denique aurea subjecta esse videtur in memoriam *Spici Trivultii*, qui ea symboli loco usus est.

GENEALOGIÆ FAMI

TABU

I. PAULUS

II. Paulinus Trivultius, claruit circa an. 1120.

III.
Thomas Trivultius.
Zanotus II. Trivultius.

IV.
Onvicus Trivultius, *Consul Mediolan.*
Anselmus Trivultius, *tribunus milit.*
Guffredolus Trivultius, *Consul Mediolan.*
Donatus Trivultius, *Decurio Mediolan.*
Gibertus Trivultius.

V.
Spicus Trivultius, *insignis bellator.*
Ambrosius Trivultius.
Bibertus Trivultius.

VI.
Manfredus Trivultius, Decurio Mediolan. Uxor, N. *Aliprandi.*
Beltramus Trivultius, Decurio Mediolan. *Philippa Langosca ex Comitibus Lomelli.*
SPINUS Trivultius, *Vid. Tab. seq. II.*

VII.
Francischinus Trivultius, *Decurio.* 1340.
Philippus Trivultius, *Decurio*, 1340.
Rufinus Trivultius.
Ubertellus Trivultius.
Anselmus Trivultius.
Lantelmus Trivultius, *Decurio.*
Balsarolus Trivultius.

VIII.
Joannes Trivultius.
Godefredus Trivultius. Ux. N. *Trivultia.*
Manfredus Trivultius. *Ursula.*
Nicolaus Trivultius.
Godefredolus Trivultius, *Decurio.*
Ludovi us, De stor Me Ux. N.

IX.
Fermus Trivultius.
Bernardinus Trivultius.
Berletrus Trivult. *Abbas Benedictin.*
Philippus Trivultius, *Decurio.*
Monacus Trivultius. *Francisca Brandelina.*
Leon Trivu

X.
Monacus Trivultius.
Erasmolus Trivultius, *Decurio & Consil. Ducalis.*
Nicolaus Trivultius.

XI.
Nicolaus Trivultius, *Equitum Magister sub R. Gall. Francisco.*
Petrus Trivultius, cogn. *Longus.*

XII.
Laurentius Trivultius.

LIÆ TRIVULTIANÆ.

L A I.

TRIVULTIUS. I.

II.

Ambrofius, *Abbas Ord. S. Benedicti.* — Zanotus Trivultius.

III.

Joannellus Trivultius. — Afcanius Trivultius.

IV.

Almerigus Trivultius. — Guifcardus Trivultius.

V.

Nicolaus Trivultius, *Doctor Legum, Confiliarius Status.*

VI.

Andreottus Trivultius. — Ludovicus Trivultius, *Præfectus Comæ.* — Lantelmus Trivultius, *Eques Aur. & Decurio Mediol.* — Guarnierus Trivultius. — Renatus Trivultius.

VII.

Bernardus Trivultius. — Leonardus Trivultius. — Pompejus Trivultius. Ux. *Pandolfi Baudagi fil.* — Bibo Trivultius.

VIII.

cus Trivultius curio & Quædiol. *Vignati.* — Arefivolus Trivultius. — Nicolaus Trivultius. ⊙ — Simon Trivultius. — Hieronymus Trivultius.

IX.

ardus ltius. — Balfarolus Trivultius. — Urbanolus Trivultius. — Jacobus Trivultius. — Beltramus Trivultius. — Petrus Trivultius *Doctor Collegiatus & Decurio.* — Michael Trivultius, *Doctor Coll. & Quæstor.* — Sextus Trivultius. — Fabius Trivultius.

X.

Ambrofius Trivultius.

VI. SPINUS TRIVULTIUS,

VII. Ambrosius Trivultius Dn. Loca

VIII. Antonius Trivultius, *Quæstor Ducalis.* — Joannes Antonius Trivultius. — Franciscus, cogn. *Acconcius*, Trivultius. — Gabriel Trivultius.

IX. B. Martinus Trivultius, *insignis Theologus inter Canonicos regulares.* — Gabriel Trivultius. ☉ — Erasmus Trivultius, Dn. Britelli, Præfectus Parmæ. *Blanca Vicomte.*

X. ☉ Ricardus Trivultius. — Laurentius Trivultius, Tribunus milit. *Placidia Adorna.* — Antonius Trivultius, Decurio Med. *Delia Grimaldi.* — Bertetus Trivultius, *Abbas S. Faustinæ in Brixia.* — Bonifortus Trivultius, Equitum Magister. *Altobella Sanseverina.* ✡ — Barnabas Trivultius.

XI. Angelus Trivultius, *Dn. Legiani.* — Christophorus Trivultius. — Ambrosius Trivultius, *Clericus.* — Petrus Trivultius. — Erasmus Trivultius. N. *Trivultia.* ☾ — Aloisius Trivultius *Magister Eq.* — Galeatius Trivultius. — Jo. Baptista Trivultius. — Ludovicus Trivultius, *Abbas Montis Cassini.*

XII. Jo. Antonius Trivultius, *Auditor Rotæ Rom.* — Bernardinus Trivultius, *Comes Legiani & Brebbiæ Vallis.* — Laurentius Trivultius, *Archipresbyter ad S. Ambros.* — Laurentius Trivultius, *Præfectus Como.* — Aloisius Trivultius. — ☽ Jo. Baptista Trivultius. — Pompejus Trivultius. — Paulus Trivultius. — Jo. Pe Trivus.

XIII. Joan. Angelus Trivultius, *Comes Legiani.* — N. Trivultia, uxor *Guidonis de Porta, Placentini.* — Pompejus Trivultius, *nothus.* — Laurentius Trivultius.

XIV. Jo. Antonius Trivultius, Comes Ponteauræ, Decurio. *Dona Trivultia.* — Franciscus Trivultius, *Episcopus Nuceriæ Paganorum in Campania* 1625. † 1631. — Hieronymus Trivultius. — Jo. Baptista Trivultius.

XV. Angelus Trivultius Decurio, *Eques S. Jacobi.* — Sfortia Trivultius. — Pompejus Trivultius.

XVI. Jo. Baptista Trivultius.

VI.

Ambrosii F. Uxor, *Leonora Castiglioni.*

VII.

ti. Ux. *Blanca Landriana.*

VIII.

Ricardus Trivultius. — Antonolus Tivultius. — Aloisius Trivultius, *Episcopus in Gallia.*

IX.

Jacobus Trivultius. — JOANNES Trivultius. *Vid. Tab. seq.* — Ubertus Trivultius, *Prælatus & Canon. ad S. Petrum Romæ.* — Ambrosius Trivultius, Du. Locati, Decurio Mediol. Præfectus Placentiæ. *Leonora ex March. Cevæ.*

X.

Ubertus Trivultius. — Guercinus Trivultius. — Caspar Trivultius, Eq. Aur. & Quæstor Duc. *Helena Carcaña.* — Carolus Trivultius, *Decurio Mediol.* 1474. — Joannes Trivultius. — Pacificus Trivultius. — Constantius Trivultius.

XI.

B. Franciscus Trivultius, † 1440. — Erasmus Trivultius, *Decur. Mediol.* — Aloisius Trivultius, *Du. de Castelduone.* — Ambrosius, cogn. *Niger*, Trivultius. — Urbanus Trivultius, *Doctor & Comes Collegiatus.* — Octavianus Trivultius. Ux. *Hippolyta Appiana ex Princ. Piumbini.* — Ambrosius, cogn. *Albus.* — Marcus. Antonius Trivultius, *Abbas Comende.* — Scipio Trivultius, *Cubicularius Papalis.* — Bernardius Trivultius. — Philippus Trivultius.

XII.

trus ...ulti... — Antonius Trivultius. — Renatus Trivultius. — Isoardus Trivultius. — Caspar Trivultius. — Camillus Trivultius. *Paula Altorna, Nob. Rom.* — Corradinus Trivultius, occ. an. 1512.

XIII.

Carolus Trivultius Comes S. Rom. Imperii cr. à Rudolpho II
Isabella Landonia, Antonii f.

XIV.

Joannes Firmus Trivultius, *Comes.*

XV.

Carolus f. Theodorus Trivultius, dictus *il Capitan Trivulzio*, successit Principi Trivultio in fidei commissum gentilitium, obiit sine prole mascula an. 1689.

XVI.

Antonius Camillus. † — Jo. Firmus. † — Scaramuccia. † — Josephus Maria. — Magdalena, ux. *Joannis de Molis, plus natu minoris Ducis de Parete.*

Obiere omnes ante genitorem.

IX.

JOANNES Trivultius, Antonoli

X.

Michael Trivultius *Doctor Collegii Judicum.*

Petrus Trivultius, Dn. de Codogno, Eques, Consiliar. Ducalis. *Laura de Bossis.*

Christophorus Trivultius.

XI.

Theodorus Trivultius, Comes de Pizzetone & Cavria, Generalis Reip. Venet. Marescallus Fr. † 1531. *Bona Bevilaqua Galeotti Marchionis fil.*

Antonius Trivultius, *Episcopus Comensis*, 1487. *Presbyter Cardinalis Rom. Eccl.* cr. 1500. † 18. Mart. 1508, æt. 51.

Johannes Trivultius, Senator Mediol. *Angela Martinenga.*

Aloisius Trivultius, † circa an. 1508. *Lucretia Visconti.*

XII.

Julia, uxor *Jo. Francisci Trivultii March. Viglevani.*

XIII.

Paulus Camillus Trivultius, Comes Porlezii, Dux Bojani, Eq. Ord. S. Michael. *Barbara Stanga.*

Augustinus Trivultius, *Cardinalis Rom. Eccl.* cr. 1517, † 20. Mart. 1548.

Petrus Trivultius, *Archiepisc. Rhegiens.*

Philippus Trivultius, *Archiep. Ragusanus.*

Pompejus Trivultius, *Præfectus Lugduno in Gall.*

Damigella Trivultia, ux. *Francisci Torelli, Com. de Montechiarugulo.*

Cæsar Trivultius, *Episc. Mag.*

Coriolanus Trivultius, *Legatus Pii sui nomine Reg. Gall.*

XIV.

Joannes Trivultius, Comes Porlezii & Borgomaneri. *Laura Gonzaga, Sigismundi fil.*

Justina, nup. *Sigismondo Estensi II. Dn. S. Martini.*

Joan. Franciscus Trivultius, March. Viglevani. *Julia Trivultia, Theodori fil.*

XV.

Joan. Jacobus Trivultius March. Viglevani, † improlis. *Antonia Davalos, Alphonsi March. Vasti f.*

Barbara, nup. *Ludovico Barbiano Com. Belgiojosi.*

Raphael Trivultius, *legitimatus.*

Nicolaus Trivultius *legitimatus. Hieronyma Doria.*

XVI.

Jacobus Trivultius.

Renatus Trivultius.

XVII.

Nicolaus Trivultius.

VULTIANÆ TAB. III.

IX.

F. Ux: *Antonia ex Nobilibus Pagnanis.*

X.

Antonius Trivultius, Dn. Codognii & Ponteauræ. *Franciſchina Viſconti, Scaramutii fil.*

Jacomellus Trivultius, Mareſcallus Ducis Philippi Mariæ Vicecomitis in Genua & Doctor Collegii Mediol. *Iſabella de Comitibus (Conti).*

XI.

Joannes Jacobus Trivultius, cogn. *Magnus*, natus circa an. 1447. Marchio Viglevani & Dn. Muſocci & multorum locorum, *Mareſcallus Franciæ*, † 5. Dec. 1518. Ux. 1. *Margarita Coleona, Bartholomæi, clari bellatoris, neptis.* 2. *Beatrix Davalos, Inici Davalos & Antoniæ de Aquino M. Piſcar. f.* 1488.

JO. FIRMUS Trivultius. *Vid. Tab. ſeq.* IV.

Renatus Trivultius, Dn. Sartiranæ. Ux. 1. *Luchina Viſconti.* 2. *Taddea Torella.* ☾

Antonia, ux. *Galeatii Biragi.*

Spinibertus Trivultius.

Eraſmus Trivultius, Dn. de Breme, Secugnano & Caſteldudone. *Veronica Cavalcabò ex March. Viadanæ.*

Caſpar Trivultius.

Laura ux. *Signoroli Homodei.*

XII.

XIII.

2. Ambroſius Trivultius, miles primò dein *Epiſcopus Bobienſis.*

1. Joan. Nicolaus Trivultius, Comes Muſocci, *Eq. S. Mich.* † ante patrem. *Paula Gonzaga, Rudolphi Dom. Caſtilionis fil.*

2. Camillus Trivultius, *nothus*, oc. 4. Mart. 1522. *Cecilia ex Comit. Maini.*

Franciſca, notha, ux. *Ludovici Pici, Dom. Mirandulæ.*

Bartholomæus Trivultius. *Anna de Porris.*

Franciſcus Trivultius, Dn. Camairagi. Ux. 1. *Margarita de Craſſis*, 2. *Blanca Borromea, Joan. fil.*

Jacobus Trivultius, Senator Mediol. *Blanca Borromea, Franciſci Trivultii vid.*

Caſpar Trivultius.

XIV.

Aloiſius Trivultius, *Comes de Muſocco.*

Joan. Jacobus Trivultius.

Joan. Carolus Trivultius.

Renatus Trivultius, Dn. Formigariæ. *Iſabella Borromea, Lancilloti fil.*

Antonius Maria Trivultius.

Gibertus Trivultius. *Iſabella de Lupis March. de Soragna.*

XV.

Margarita, nup. *Julio Cæſari Borromeo, Comiti Aronæ.*

Lucia, ux. *Ludovici Vicecomitis Dn. de Soma.*

GENEA-

XI.

JOANNES FIRMUS TRIVULTIUS, Antonii & Francischinæ Viscontiæ F. Consiliar. Ducalis, obiit an. 1491.

XII.

Georgius Trivultius, Equitum Magister, † 1512. *Catharina Trivultia.*

Antonius Trivultius, *Episc. Astensis* 1499, *Placentinus* 1508. *iterum Astensis* 1509, *Coadjutor Comens.* 1519.

Alexander Trivultius, Dn. Sarturani, Eq. S. Michael. occ. ad Regium 1521. † improlis. *Ludovica Galerata.*

XIII.

Joan. Firmus Trivultius, Comes Melzi, Eq. aur. Senat. Mediol. † 1556. *Catharina de Landis, Nobilib. Placentin.*

Cæsar Trivultius, *Referendar. utriusque Signat. Nuncius in Gall. Episc. Comensis* 1527, † Romæ 1548.

Joannes Jacobus Trivultius, Comes Melzi & Castelzevii. *Octavia Marliana, Petri Antonii f.*

Antonius, E*pis*, *Pres*lis, cr. 1559.

XIV.

Georgius Theodorus Trivultius, Comes Melzi, Dn. Gorgonzolæ & S. Florani, † *improlis.* *Olimpia Palavicina.*

Claudius Trivultius, Dn. S. Florani & Castelmauri, Eq. & Commendator Ord. Calatravæ. *Margarita Lassa.*

Horatius Trivultius, Dn. S. Florani, † improl. *Andronica Comnena.*

Constantia, nupta *Fabio Vicecomiti Borromeo Com. Albizati.*

XV.

Joan. Firmus Trivultius III. † *adolescens.*

Joannes Jacobus Theodorus Trivultius, Comes Melzi, dein *Princeps S. Rom. Imperii*, Musocci, & Vallis Misolcinæ, 1622. denique *Cardinalis Rom. Eccles.* cr. 1629. *Magnus Hisp. Prorex Sicil. Gubern. Mediol.* natus circa an. 1597, † m. Mart. 1657. *Joanna Grimalda, Herculis Princ. Monaci fil.* † 1620.

Hieronymus Trivultius, †

XVI.

Hercules Theodorus Trivultius, Princeps S. R. Imp. Misocci & Vallis Misolc. Magnus Hispaniæ, *Eques Aur. Velleris*, n. 1620. † 1664. *Ursina Sfortia, Joan. Pauli M. Caravagii f.*

Octavia Trivoltia, nupta *Ptolomæo Gallio Duci de Alvito.*

XVII.

Antonius Theodorus Trivultius, Princeps S. R. Imp. Musocei & Vall. Misolc. Magnus Hisp. *Eq. Aur. Vell.* † improlis 26. Jul. 1678. *Maria Josepha Theresia de Guevara, Inici Velez Com. d'Onnate, Magnatis Hisp. f.*

Joanna Trivultia, *monialis*, dicta *Hercula Maria.*

Maria Trivultia, ux. *Josephi Serra Ducis Cassani in regno Neap.* 1671.

Catharina Trivultia, nup. *Josepho de Aierba & Aragonia Duci de Alessano in regno Neap.* 1673.

Dianira Trivultia, *monialis*, dicta *Maria Josepha.*

VULTIANÆ TAB. IV.

XI.

Uxor, *Margarita ex Comitibus Valperge.*

XII.

Scaramutia Trivultius, JC^tus, *Episc. Comensis* 1509, *Cardinalis Rom. Eccl.* 1517, † 9. Aug. 1527.

Hieronymus Trivultius, Eques S. Michaelis, Senator Mediol. † 1524. *Antonia Barbiana.*

Magdalena Trivultia, uxor, *Antonii Vicecomitis, Condom. Somæ.*

XIII.

...nius Trivul-... *...pisc. Tolonen-... ...byter Cardina-...* 1557, † 26. Jun.

Catelanus Trivultius, *Episc. Placentin.* 1525. † 1559.

Scaramutia Trivultius, *Commendator. Abbatiæ S. Stephani à Cornu.*

Alesander Trivultius, Equitum Dux sub Henrico II. occ. ap. Senas.

Franciscus Trivultius. *Barbara Estensis, Sigismundi II. Dn. de S. Martino f.*

Georgius Trivultius. Ux. 1. *Antonia Simoneta.* 2. *Dianira Comnena.*

XIV.

Quatuor *moniales.*

Carolus Emanuel Theodorus Trivultius, Comes Melzi, Condum. Codogni, Dn. Castelzevii & Venzegalli, occ. in bello Belg. *Catharina Gonzaga, Alphonsi M. de Castel-Giufredo & Zolfarina f.*

Paulus Alexander Trivultius, *nothus, legitimatus per rescriptum Regium.*

XV.

Alphonsus Trivultius, †

Hippolyta Trivultia, nupta *Honorato Grimaldi Principi Monoeci*, † 1638.

Georgius Trivultius, *March. Sesti Ultriani & Cologni, Decur. Mediol.*

Juan. Jacobus Trivultius, *tribunus milit. occ. ad Ostendam.*

Alexander Trivultius, *Jesuita.*

XVI.

Alesander Trivultius, *Demarchus,* † 7. Aug. 1693.

XVII.

Franciscus Gallius, *Dux de Alvito.*

Caetanus Gallius, jam *Antonius Princeps Trivultius* dictus es testamentu matruelis. *Lucretia Maria Borromea, Renati Com. Aronæ fil.*

Flaminia Gallia, nup. *Hieronymo Boncompagno, IV. Duci Soræ.*

Georgius Trivultius, *Demarchus & Fidei Commissarius Trivultianus.*

XVIII.

Antonius Theodorus, n. 1692, 22. Maji.

Octavia, n. 1689.

Justina Maria, n. 1695.

Alexander, nat. 1694.

Brigita, n. 1696.

Franciscus Antonius, n. 1697.

EXEGESIS HISTORICA.

Trivultiorum gentem nobilissimam ab Heduis ad Insubres migrasse, & relicto, quod in Burgundia habebat, castro avito, cui Trivultii nomen *vel tres vultus, vel tres ulcus*, ex *Sansovini* sententia, indidere, Mediolanum sedem transtulisse, constans est opinio. *Andreæ Asaraci* de ista eorum origine sequentes extant versus:

Ab Gallis Heduis Trivultia manat origo,
Quos Cæsar fidos Julius esse probat.
Devictis Gallis Heduus tunc Cæsaris obses,
Fit Mediolani liber in urbe fida.

PAULINI Trivultii, à quo continua familiæ hujus series texitur, fides laudatur atque opera strenua, Mediolanensibus in bello, quod anno circiter 1120. adversus Comenses gessere, navata. ANSELMUS, Thomæ F. fœderis adversus Fridericum Ænobarbum Imp. dux fuit, egregia militari fama, qua etiam SPICUS, eo satus, valuit, *fortisque bellatoris & illustris Baronis* elogium meruit; idem symboli loco *fasciculum spicarum aurearum* sibi sumsit, quem ad memoriam æternitatis Trivultii scutis suis inseruerunt.

DONATUS, Anselmi frater, Decurio in Patria fuit difficillimis temporibus, nec detrectavit pro ea labores ac pericula suscipere cum legatione apud Principes Germanos fungeretur. MANFREDUS & BELTRAMUS, Donati nepotes, eandem spartam, qua avus Mediolani eminuerat, ornarunt, posteris quoque eorum frequenter collatam. MANFREDUS alius, illius ex Anselmo filio nepos, Marchionibus Brandenburgicis stipendia fecisse, & nuptias virginis, cognatione illis junctæ, promeruisse prædicatur. Hujus ex fratre pronepos ARASMOLUS inter Consiliarios Joannis Mariæ Vicecomitis, Ducis Mediolanensium, locum haud postremum obtinuit. NICOLAUS verò, ex ejus fratre Monaco natus, bellicis artibus claruit, & Francisco I. Regi Galliæ Equitum magister meruit.

LEONARDUS Trivultius, Beltrami F. à Principe Jo. Galeatio Vicecomite è præcipua Mediolanensium nobilitate delectus est, qui pompam funeris & exequias matris suæ Blancæ Sabaudæ, Papiæ an. 1388. ductas, prosequeretur. ARESIVOLUS ejus filius Equitis aurati insignibus decoratus & Decurio reip. patriæ fuit. LUDOVICUS Balsamoli F. cum eadem dignitate quæsturam conjunxit, ex ejus filiis PETRUS & MICHAEL in nobilissimum JCtorum collegium cooptari meruerunt. GODEFREDOLUM, Lantelmi F. Princeps Jo. Galeatius Vicecomes perpetuum Consulem Justitiæ creavit diplomate an. 1391, eundemque, virtute ejus ac prudentia magis magisque perspecta & cognita, ex Decurione Consiliorum suorum arbitrum constituit.

NICOLINUM Trivultium, Guiscardi F. pacis ac belli artibus ornatum fuisse oportet, si quidem, quod *Crescentius* tradit, & Doctor legum erat, & Consiliarius status & militum tribunus. Ex ejus filiis, quos plures habuit, ANDREOTTUS, LANTELMUS & GUARNIERUS Carolo Andium Duci in bello, quod Manfredo, Neapolitanorum tyranno, intulit, militarem operam navarunt; medius ex eis Decurio posteà in patria civitate, postremus autem Urbano IV. Pontifici Rom. à legationibus fuit. LUDOVICUS illorum frater, Comum vicaria rexit potestate. Renatus pater BIBI fuit, quem *Trist. Chalcus* (*a*) in numero novem nobilium virorum recenset, quibus nec non septem jureconsultis anno 1311, Henrico VII. Mediolani agente, negotium datum fuerit reformandi consilium generale MCC. virorum, & ex quibus *societas* orta sit, *Imperatoria* appellata, & jurejurando adacta tueri partes Imperatorias, atque eos accusare, qui nova consilia inirent, dato ei signo ex nigro alboque, in cujus medio aquila visebatur.

(a) *Hist. Mediol. Lib. XX.*

AD

AD TAB. II.

AMBROSIUS Trivultius, Spini F. Guelphicæ factionis Dux, vir manu strenuus, gnatique ejus FRANCISCUS, GABRIEL & RICARDUS, in numero conjuratorum referuntur, quorum autoritate & manu Joannes Maria Vicecomes, Mediolanensis Dux, ob sævitiam cunctis invisus, cruenta morte anno 1412, è medio sublatus est. (*b*) Francisco natum inde est cognomen vulgare *Acconcii*, quòd cæde tyranni cuncta instaurasse visus sit, quemadmodum *Sansovinus* memoravit. (*c*)

Ab ANTONOLO, alio Ambrosii filio, si rectè *Crescentii* deductionem genealogicam capio, stirps orta est fertilissima, in tres præcipuè ramos diducta per totidem illius gnatos. Ex eis ERASMUS, cui primæ tribuuntur, Philippo Mariæ Vicecomiti, Joannis Mariæ fratri atque in Ducatu successori, fortem ac fidelem operam navavit: erat quippe & manu strenuus, & bonus consilio; itaque maximam Dux ei in rebus bellicis post Nicol: Piccininum, clarissimum exercituum imperatorem, dedit potestatem, qua præcipitia illius consilia sæpe correcta aut damnata fuisse *H. Blondus* memoriæ prodidit. (*d*) Fidei ac fortitudinis suæ cum alia præmia, tum imprimis ex ipsa Ducis familia uxorem luculenta instructam dote, tulit. Hero fatis functo, libertatis studio ductus populatem statum cum aliis optavit, novamque Mediolani rempublicam instituit, qua de causa ex inimico inimicissimum se Francisco Sforriæ, Principatum appetenti, reddidit, cumque is rerum potitus esset, custodiæ in Papiensi arce mandatus fuit. (*e*) AMBROSIUM eadem quæ Erasmum fratrem suum cupido libertatis, sed conjuncta cum ambitione, tenebat, eratque, *Simonetta* referente, *animo audaci ac temerario & erga Sfortiam infensissimo*, in cujus tamen potestatem redactus, ab eo Antonii nepotis ex fratre Ioanne precibus donatus & perpetua in rus relegatione dimissus est. (*f*)

BERNARDINUS Trivultius, ab Erasmo oriundus, Angeli filius, sub agnato Io. Iacobo Magno Regi Galliæ militavit, & meritorum suorum præmium *Vallem Brebiam* lege beneficiaria anno 1499. obtinuit. Post XX. & quod excurrit annos præfecturam Castri novi, à Beatrice *Davolas*, Jo. Jacobi Trivultii vidua, sibi traditam suscepit, insigni elogio in literis desuper datis ornatus: *consideraſſe* enim ait illa *integritatem, rectitudinem, optimosque mores & præclaras virtutes Magnifici & Excel. Viri D. Bernardini Trivultii, Domini Vallis Brebiæ, Affinis & fratris sui charissimi, memoriaque repetiisse, quod à cunabulis semper ubique tam tempore belli, quàm pacis, fuerit fidissimus socius mariti sui.* (*g*)

UBERTO Trivultio, Jacobi F. Alexander V, Papa in Concilio Pisano ex Archiepiscopo Mediolanensi electus adversus Gregorium XII. Romanum & Benedictum XIII. Avenionensem Pontificem, castrum S. Michaëlis ætatem donavit, ea lege ut *Solem*, quo ipse symboli loco uti solebat, insignibus Trivultianis adderet; idem ab illo Nuncius missus fuit ad Ludovicum Andium Ducem, ut Regem Siciliæ eum salutaret. (*h*)

CONSTANTIUM Trivultium Ambrosii F. Neapoli uxorem duxisse sedemque fixisse Crescentius refert; CORRADINUS, illius nepos, Regi Galliæ primo in militia maritima, triremi præfectus, posteà in terrestri, Equitum Magister, stipendia fecit, & denique pro eo in Insubribus fortiter pugnans mortem oppetiit. (*i*)

CAROLUS Trivultius, Constantii frater, postquam Decurionis munere in civitate Mediolanensi egregia fama functus esset, inter Consiliarios Ducales cooptatus, & quia nec belli artibus vacabat, rei militari in Novara præfectus est. Ejus pronepos *cognominis* cum Rudolphi II. Imperatoris aulam frequentaret, locum inter ejus Pincernas obtinuit, & *Comes Sacri Rom. Imperii* cum privilegio amplissimo creatus est. Constantinopoli eundem ab Amurathe Turcarum Imperatore donis decoratum esse *Crescentius* refert; nulla adjecta mentione occasionis qua id factum est. Habuit nepotem, cui etiam nomen fuit CAROLO, cognomen vulgare Capitaneo, (*il Capitan Trivulzio*) is deinde *Theodori* nomen assumsit, cùm, deficiente

(b) *Corius Hist. Mediol. Parte IV. & Ripamont. Dec. III, Lib. IV.* (c) *De Orig. fam. nob. Ital. p.* 56. (d) *Histor. Dec.* 3. *Lib.* 6. (e) *Corius Parte V.* (f) *Simon. de reb. Fr. Sfort. Lib. XXI.* (g) *Crescent. Amphiteatro Rom. p.* 303. (h) *Crescent. loc. cit.* (i) *Morigia della Nob. di Mil. Lib. IV. Cap. X.*

te an. 1678. morte Principis Trivultii linea illa, in fidei commissum, à Comite Theodoro Trivultio anno 1531. institutum, successisset. Emarcuit cum eo genuina Trivultiorum stirps, filiis, quos habuit, turbato mortalitatis ordine, ante ipsum defunctis; quare gnata ejus *Magdalena*, Johannis de Moles, (Francisco Duce *de Parete*, qui Oratoris Hispanici munere apud Venetos functus, eandem dein spartam in aula ornavit Cæsarea, & Maria Ursina, ex Comitibus Pacentri nati,) uxor, visa sibi est repræsentare familiam Trivultianam, & hæres esse fidei commissi gentilitii, quemadmodum *Blasius Altimarus in Memoriis suis Historicis familiarum nobilium memoravit.* (k)

AD TAB. III.

INter ramos, quos ab Antonoli Trivultii filio ortos esse diximus, feracissimus virorum, togæ & sagi artibus eminentium, ille fuit, quem JOANNES, à quo Tabula III. orditur, prosevit. Bellicæ laudis palmam cæteris præripuit JOANNES JACOBUS, Antonii F. *Magni* cognomen meritus. Hic à prima juventa militiam sectatus, ejus tyrocinium sub Francisco Sfortia Mediolani Duce fecit, à quo octodecim annos natus cum Principe Galeatio Maria copiisque auxiliaribus in Galliam missus est ad ferendam Regi Ludovico adversus factiosos regni proceres opem. Redux cum eodem post Francisci excessum factus, haud postremum in ejus aula dignitatis gradum tenuit, factoque inter Paulum II. Papam, Regem Neapolitanum, Ducem Mediolani & Florentinos, contra Venetos fœdere, vicarium fœderati exercitus imperium accepit, cùm supremum penes Ducem Urbinatensem esset. Galeatio Maria Duce vivis exempto in numero Administratorum Status fuit; quoniam verò malè ipsi cum Ludovico Sfortia, patruo ac tutore parvi Principis infido, conveniebat, ad castrensem rediit vitam, & foris sese gnaviter variis bellis exercuit, demumque ad Alphonsum Regem Neapolitanum se contulit, quem Ludovico infensissimum esse cognoverat. Ab eo Beleastri Comitatu donatus, Ferdinando Calabriæ Duci, in Flaminiam cum armata manu ex formula fœderis, quod cum Pontifice Rom. adversus Carolum Gallorum Regem in Italiam ingruentem initum erat, transeunti, tanquam juventæ ejus moderator & Dux regiarum copiarum additus fuit, sed nulla re memorabili gesta cum eodem Neapolim reversus, deindeque ad victorem Gallum celeri facilique Capuæ, cujus urbis cura à Ferdinando ei erat commendata, deditione transgressus, venit in suspicionem privatæ eum utilitati & cupiditati paruisse: „ nam creditum est, referente *Guicciardino*, quod victoria potiri Re„ gem Galliæ cuperet, ad id fuisse compulsum; ea scilicet spe ductum, ut regni Nea„ politani potitus Rex animum ad Insubriæ imperium esset conversurus, in quo eum „ esset ex clarissima familia natus, nec apud Ludovicum Sfortiam se digno virtute „ meritisque suis loco haberi cerneret, ab eo prorsus animum abalienasse, eaque „ de causa etiam in Flaminia Ferdinando sæpius suasisse cautius, quàm fortassis in„ terdum occasiones ipsæ poscerent, procederet. Redeunti posteà Carolo, & Galliam celeri repetenti pede, fortem præstitit operam, maximè in ancipiti ad Tarum amnem prælio, relictusque ab eo est Astæ cum præsidio D. equitum cataphractorum; at hi externi Præfecti imperium dedignati nulla impetrata missione in Galliam cum aliis popularibus suis omnes remearunt. Interea dum Carolo Rege vita defuncto, Ludovicus XII. ejus successor novam in Italiam expeditionem adornaret, Trivultium de invadendo Mediolanensi principatu consilia agitasse, eaque cum successus destituisset, Pisanum imperium affectasse scriptores memorant. (l) Gallicis verò copiis in Italiam delatis à novo Rege secundum Lignium & Aubignium præesse jussus, eoque fini *Eques Ordinis S. Michaelis nec non Marescallus Franciæ* creatus, explevit animum, cùm derelictæ à Ludovico Sfortia profugo urbi Mediolanensi totique Insubriæ vicaria potestate impositus esset, plurimum quippe ei ob virtutem & merita ac Sfortiæ odium Rex tribuebat. Frustratus tamen is est expectatione sua, eò quod Gibellinæ factionis, quæ Mediolani & aliis in urbibus potentissima erat, homines Trivultio, Guelphicæ sectæ principi, tantam autoritatem inviderent, ipseque natu-

turâ

(k) *Lib. III. pag.* 667. (l) *Fr. Belcar. Rer. Gall. Lib. VII, §.* 22. *Guicciard. Hist. Ital. Lib. IV.*

turâ factiosus, superbus & inquietus, animos asperaret, exercendo per inimicorum injurias imperium, ejusque vim universam ad opprimendos adversarios conferendo, & militaris licentiæ injurias, non nisi cum ex Guelfos suos tangerent, vindicando aut prohibendo. Cumque demum ipse ardore animi eò progressus esset, ut quosdam ob tributa tumultuantes medio in foro sua manu obtruncarit, totam irritavit plebem, à qua non minus ac à maxima nobilitatis parte jam passim, Gallis etiam audientibus, Sfortiæ reditus exoptatus, illeque reversus maxima omnium alacritate exceptus est; Trivultio Gallisque urbe primum, dein etiam castro Mediolanensi, facessere coactis. Quamvis autem versæ mox iterum rerum vices essent, & Galli, Sfortia principatu & libertate exuto, in Mediolani possessionem rediissent, caruit tamen Trivultius pristino imperio, idque Chaumontio traditum fuit. Ille verò sequenti anno 1502. in comitatu Regis Ludovici fuit, cum Genuam solemni pompa ingrederetur; posteaque novo in Italia bello contra Venetos exorto in pugna quæ die XIV. Maji an. 1509. ad Abduam amnem prope locum, Agnadellum dictum, commissa, quaque Venetis clades pænè exitiabilis illata est, strenuè egit. Elapso biennio, Chaumontioque rebus humanis exempto, supremam Gallicarum copiarum præfecturam suscepit, eamque protinus nobilitavit, Bononiam Pontifici Romano eripiendo & Bentivoliis restituendo. Sed qui nusquam hucusque prœlio fuerat superatus, si vera *Jovius* prædicavit, (m) ad Novariam anno 1513. ingenti Helvetiorum audaciæ ita cessit, ut vindicasse injuriam biennio post censeatur, quum Regi Galliæ Francisco autor extitit, ut inter alpes maritimas & Cottias exercitum & tormenta transveheret, Helvetiosque, angustias obstinato ad earum defensionem animo obsidentes, eluderet, deindeque conserta cum illis ab ipso Rege manu apud Melenianum ad cladem, qua affecti sunt, fortem præcipuamque operam perhibuit. Pacatis denique Italiæ rebus, cum ætate ad extremam senectutem provectus esset, invidia æmulorum, imprimis Lautreccii, exagitatus, Regique suspectus redditus est, ansa illum calumniandi inde arrepta, quod ab Helvetiis civitate donatus esset, quasi illorum patrocinium adversus Regem suscepisset, vel fortasse majora animo versaret; ad quæ crimina diluenda cùm se in Galliam contulisset, non modò Lautreccius, ubi ipse discessit, Regis mandato ejus uxorem cum nepote, ex Mesaicci Comite ejus unico filio jam defuncto nato, Viglevani sub honesta custodia retinuit, sed neque à Rege consuetis benevolentiæ & honoris signis acceptus, imò acerbè reprehensus fuit; quam indignitatem concoquere nequiens, paulò pòst, dum aulam sequeretur, Carnuti in morbum incidit, animamque efflavit. *Vir*, ut habent verba Guicciardini, (n) *omnium judicio, magna in militari disciplina virtute præditus, & toto vitæ suæ cursu fortunæ inconstantiæ obnoxius, cuique meritò id, quod ipsius mandato ejus sepulcro inscriptum fuit, conveniret, videlicet: Joann. Jacobus Magnus Trivultius, qui nunquam quievit, quiescit. Tace.* Cadaver ejus Mediolanum transvectum & ducta ingenti funeris pompa in sacello Trivultiano ædis S. Nazari conditum fuit. *Viglevanensem* Marchionatum beneficio Galliæ Regum tenebat, eratque præterea dominus *Castelli Arquati, Vallemisolcinæ, Mussi, Gattinaræ, Belcastri, Musocci, Pesinasii, Castelloni, Gagliati, Cassini & Confienzæ.* Formæ dignitatem, vigori animi parem, negatam ei à natura fuisse *Jovius* memoriæ prodidit, quippe quæ ei *parum liberalis & indecori oris rictum, eumque à simo naso, in obtusam cuspidem prominente, prorsus ignobilem dederit, atque item justo humiliore, quanquam quadrata & ferendis armis habili, statura esse voluerit.* (o) Extant *nummi* in ejus memoriam cusi, quorum tres exhibuit *Jacobus de Bie* in opere Lutetiæ Parif. an. 1634. edito, cui titulus: *Les familles de la France illustrées par les monumens des Medailles.* Primus fœminam repræsentat sellæ insidentem, dextra erecta virgam, læva lorum tenentem, quo regitur leo columnæ impositus, cum lemmate: *Ingenium Superat Vires.* In secundo eques conspicitur Romano sago indutus, scipionemque manu tenens, quem hæ ambiunt literæ: IO. IA. TRI. MAR. VIG. MARESCHAL. FRAN. Tertius nummus nuda signatus est inscriptione, quæ ita se habet: 1499. *Expugnata Alexandria, Deleto Exercitu, Ludovicum SF. Mli Duc. Expellit, Reversum Apud Novariam Sternit Capit.* Uxores duas habuit, primam *Margaritam Coleonam*, Bartholomæi Coleonis, veri Mavortis pulli, cui an. 1475. mortuo statua equestris à Senatu Veneto posita est,

 neptim,

(m) *Elogior. Lib. IV.* (n) *Hist. Lib. XIII.* (o) *Loco citato.*

neptim, sed sterilem; ex altera *Beatrice Davalos*, Piscarii Marchionis sorore, *Joannem Nicolaum Musocci Comitem* suscepit, ante se defunctum, & proavum Joannis Jacobi II. cum quo legitima Magni Trivultii propago exaruit. Erat huic filius quoque ex non legitimo toro natus, cui nomen CAMILLO, is Gallis sub Lautreccio stipendia fecit, cumque hic arci Mediolanensi, à Prospero Columna obsidione pressæ, iret opitulatum, interemtus est saxis domus cujusdam, ab eorum qui in civitate erant tormentis verberatæ, dum prope eam deambularet, & vallum, quo hostes infestari possent, describeret. (*p*)

THEODORUS Trivultius, Petri filius, ad bellicam gloriam eadem virtutis via, quam Jo. Jacobi Magni, patruelis sui, vestigiis signatam vidit, grassatus est. Meruit primùm Gallis in bello Neapolitano, ubi fortuna eis reflante inter Duces fuit, qui Cajetam Gonsalvo, ineunte anno 1504, dediderunt. Bello deinde in Insubriam à Gallis translato in Abduensi pugna an. 1509, iterumque in Ravennatensi an. 1512. strenuè faciendo laudem magnam assecutus est. Post triennium Rex eum Venetis concessit, qui in locum Alviani defuncti exercitui ipsorum præesset, ob rei militaris peritiam & autoritatem, & quia ob commune Guelfæ factionis studium semper cum ea Republica benevolentia necessitudineque junctus fuerat, ab illis exoptatum. Cum an. 1521. Mediolanum à fœderatis interceptum esset, Gallis Venetisque fugatis, Theodorus Trivultius, qui inermis mulæ insidens ad rumorem accurrebat, levi vulnere accepto captus fuit, sed sequenti anno à Piscarii Marchione libertatem XX. aureorum millibus redemit. Facta posteà Venetos inter & Cæsarem pace, quod partes Gallorum semper sectatus esset, à Venetis stipendiis dimissus & ad Gallica reversus est. Suscepta à Rege Francisco in Italiam expeditione, Mediolano cum quadringentis cataphractis ad ejus præsidium impositus fuit, nuncio verò de Gallorum apud Papiam clade & Regis captivitate accepto inde discessit, & in Galliam se recepit. Restituto in libertatem Rege *Marescalli Franciæ* scipione ab eo donatus, atque an. 1527. Genuæ in suam potestatem redactæ præfectus est, sed cum vertente anno Andreas Auria improviso cum triremibus adventu, favore populi subnixus, urbem occupasset, ea relicta in arcem se proripere, hancque omni auxilii spe amissa dedere Genuensibus coactus fuit. Lugdunensi denique urbi præses à Rege datus, fatorum legem implevit, unica tantùm sequioris sexus prole post se relicta; quare *fidei commissum* ex amplissimis facultatibus suis instituit, quo fruentibus solemne fuit *Theodori* adsciscere nomen in fundatoris honorem, deque illo postquam Principum Trivultiorum linea & denique omnis legitima nobilissimæ gentis stirps defecisset, graves ortæ sunt lites. (*q*)

Multa præstereà stipendia parendi aut imperitandi habuere, & egregiam militarem famam adepti sunt RENATUS Trivultius, Magni frater, sed contrariæ illi sectæ Gibellinorum addictus, & Ludovici Sfortiæ militiæ Præfectus, atque ad extremum à Venetis conductus, BARTHOLOMÆUS & FRANCISCUS ejus filii in equestri Gallorum militia speciosò munere functi, nec non posteriore ortus RENATUS, qui Gallis Venetisque animi sui vigorem & rei bellicæ peritiam probavit. PAULUS CAMILLUS Joanne, qui Theodori frater erat, natus, Tribunus castrorum Gallis meruit, virtutisque suæ decoramentum, torquem Equestris Ordinis S. Michaelis, retulit.

Inter Trivultios pacis & religionis studia sectatos sacræque militiæ honoribus excellentes, quos Tabula III. recenset, occurrit primo loco ANTONIUS, Petri F. Theodori frater. Is Duci Mediolanensi à consiliis fuit, ejusque jussu Oratoris munia apud Venetos suscepit gessitque, & Maximiliano Imperatori in Italiam advenienti occurrit ad Alpes. *Comensis* deinde *Episcopus* factus Jo. Galeatii Ducis sponsam Isabellam Aragoniam Neapoli Mediolanum deduxit. Capta à Gallis Alexandria, cum Ludovicus Sfortia fugam adornasset, unus è XVII. viris fuit Mediolanensis regionis tutelæ præfectus; redeunte autem illo è Germania ad Gallicas se applicuit partes, & Regis Ludovici favore & commendatione ex Rotæ Auditore & Protonotario Apostolico à Papa Alexandro VI. d. 28. Sept. anno seculari *Presbyteris Cardinalibus* adscriptus est, titulo primò *S. Anastasiæ*, posteà *S. Stephani in Cœlio Monte*, cumque octennii spatio Vaticano Senatui ornamento fuisset, vitam cum morte commu-

(p) *Guicciard. Lib. XIV.*
(q) *Guicciard. Libb. VI, XII, XIV. & XVIII. Andr. Mauroc. Hist. Venet. Lib. I. & III.*

mutavit ex animi dolore, quem ob immaturam fratris germani *Aloisii*, inclitæ famæ, mortem contraxerat in morbum lapsus. Ædem S. Antonio sacram Mediolani condidit & Clericis Regularibus Theatinis dedit, *Petro* Trivultio verò fratris filio proventuum eò destinatorum curationem injunxit. Sepultus fuit in templo S. Mariæ de Populo cum hoc epitaphio: *Antonio Trivultio Mediolanensi, summæ nobilitatis integritatisque viro, ac S. R. E. Presbytero Cardinali Comensi, qui vixit annos* LI, *menses* II, *obiit* XV. *Kalend. Aprilis* MDVIII, *Julio Secundo Pont. Max.* (r)

AUGUSTINUS Trivultius, Antonii de quo modo dictum est nepos ex fratre Joanne, ex Cubiculario Julii II. Papæ *Protonotarius* primò, mox *Diaconus Cardinalis S. Hadriani*, tum *S. Nicolai in Carcere Tulliano* à Leone X. renunciatus est, cum ille XXXI. Cardinales una creatione, Kal. Julii an. 1517. facta, efflaret. Plures eidem *Episcopatus* creditos fuisse in *Ciacconii Historia Pontif. & Cardin.* legimus, videlicet *Tolonensem*, *Petragoricensem*, *Massiliensem*, *Vaurensem*, *Bajocensem in Gallia*, *Bobiensem*, *Astensem*, *Novariensem in Insubria*, *Rhegiensem in Calabria*, *Brugnatensem in Liguria*. Præfuit *Archipresbyter Ecclesiæ Vaticanæ*. Legatione Campanica & maritima in bello contra Columnenses, & Gallica ad Regem functus est. Capta à Cæsareanis Roma, in numero trium Cardinalium fuit, qui obsides dati sunt, ac Neapoli in castro novo custoditus est. Diem supremum Romæ obiit, ibidemque in æde S. Mariæ de Populo prope patruum sepultus est. Multa erant in eo decora, testante Ciacconio, *patriæ nobilitas, splendor generis, oris venustas, ingenii acumen, judicii præstantia, eloquentia, eruditio, prudentia, gravitas, Principum gratia, opes & auctoritas.* Historiam Rom. Pontificum & Cardinalium ab eo scriptam esse, quam morte præventus typis mandare non potuerit, idem autor refert, sequentia *ex Onuphr. Panvinii præfamine ad secundam partem libri de Pontificibus & Cardin.* subjungens: *omnium qui in hac parte desudarunt sine controversia princeps fuit Augustinus Trivultius Mediolanensis, Cardinalis, qui indefatigabili propemodum studio per universas Italiæ, Galliarum, Hispaniæ & Germaniæ urbes diligentissimè omnia, quæ ad Historiam Rom. Pontificum & Cardinalium pertinent, conquisivit, & magnis propositis præmiis conquiri fecit; cujus in eam rem egregio & laudabili labore præcipuus & perpetuus comes extitit Antonius Lælius, ejus Secretarius, quorum lucubrationibus & vigiliis præcipuè usus sum in ea Rom. Pontificum & Cardinalium parte, quæ est ab Urbano VI. ad Paulum* IV. Fratres Augustino Cardinali Trivultio fuere, sacris etiam dignitatibus conspicui, PETRUS ac PHILIPPUS, ille Ecclesiæ Rhegiensis, hic Ragusanæ, Archiepiscopi; soror præterea DAMICELLA, Francisci Torelli Comitis Montisclariculi in Parmensi territorio uxor, inter eruditas mulieres locum nacta; erat quippe Literis Græcis Latinisque imbuta & Philosophiæ sciens, fertur etiam orationes suo Marte elaboratas coram Pontificibus & Prælatis sæpenumero habuisse. (ſ)

AD TAB. IV.

JOANNES FIRMUS Trivultius magnus *Consiliarius Ducalis* Sansovino dicitur, (t) eo natos horumque posteros omnes *Comites* creavit, & castro *Melziano* donavit Franciscus II. Dux Mediolan. diplomate die XVII. Junii an. 1531. dato, quod deinde à Carolo V. Imperatore & Philippo II. Rege Hispan. confirmatum fuit. Filios ille post se reliquit sago & toga clarissimos. GEORGIUS in exercitu Regis Ludovici XII. egregius equitum ductor meruit, ALEXANDER sub iisdem signis alæ cataphractorum initio præfuit, majoremque deinde militiæ gradum sub Francisco I. indeptus & torque Ordinis equestris S. Michaelis, tunc nondum obsolcti, ornatus est. Anno 1511. strenua Mirandulæ, à Julio II. Pontifice Romano oppugnaræ, defensione illustratus est, quamquam extrema necessitate, & aquæ inprimis penuria coactus demum est se oppidumque dedere. Florentinæ post hæc reipu-

(r) *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo III.* (ſ) *Morigia Nob. di Mil. Lib. III. Cap.* 26. *Moreri Diction. Histor. Tomo IV.* (t) *De Orig. & fact. fam. Ital. p.* 56.

publicæ militiam moderatus est; reversus autem ad Gallorum castra, cùm an. 1521 Thomas Foxius Lescunius Regium Lepidi, quò exules Mediolanenses confluxisse audiverat, iret interceptum, scloppeti ictu graviter vulneratus, atque ex eo vulnere biduò pòst Parmæ mortuus est; *indignus*, ut verba habent Guicciardini, *ea calamitate, qui eam Regium profectionem dissuaserat.* (t) HIERONYMUS quoque locum inter Equites S. Michaelis & duces equestris Gallorum militiæ promeruit, Mediolani autem inter togatos non minus eminuit. De obitu ejus ita *Guicciardinus* ad annum 1524: Piscarius nocte quadam cum CC. equitibus & IIM. „ peditibus Lauda egressus repentè in Meltium oppidum, quod Hieronymus & „ *Joannes Firmus* Trivultii negligenter custodiebant, irrupit; & duces cum maxi„ ma militum parte captivos abduxit; ex illis *Hieronymus* paulò pòst è vulnere in „ pugna accepto interiit. (v)

ANTONIUM Trivultium, Jo Firmi filium, legationem apud Venetos nomine Regis Galliæ obiisse *Sansovinus* refert; factus deinde est è Protonotario Apostolico *Episcopus Astensis* d. XXVI. Jul. an. 1499; anno autem 1508. ad Placentinam Ecclesiam translatus eam sequenti anno abdicavit, rediitque ad pristinum Episcopatum. Post decennium *Novocomensis Coadjutoris* partes suscepisse *Ughello* memoratur. (x) SCARAMUTIA, Antonii frater, juris scientissimus, in Ticinensi gymnasio legum disciplinam egregia docuit fama, inde à Ludovico XII. Gallorum Rege in regni Consiliarium adscitus, ita integritatem prudentiamque suam ei probavit, ut ejus commendatione sacerdorium S. *Stephani à Cornu* nec non *Episcopatum Comensem* adeptus sit. De Pontificatu deinde Romano benè meritus, quod Pisano Concilio adversus Julium II. indicto non faveret, sed isto vocante Romam se contulisset, & Lateranensi Synodo interfuisset, à Leone X. in magna illa XXXI. Cardinalium creatione ipse quoque *Presbyter Cardinalis tituli S. Cyriaci in Thermis* pronunciatus, atque à Galliarum Rege regni Protector constitutus est; Sed constanti Gallicarum partium studio redituum, quos ex Insubriæ sacerdotiis capere debebat, jacturam fecit, à Francisco Sfortia Duce nec non Hispanis retentorum. Exorto demum inter Cæsarem & Clementem Papam bello, cum Borbonii Dux exercitum Romam versus duceret, præsagus calamitatis, inde discessset, & in agrum Veronensem se recepit, ubi in cœnobio, quod vulgò *Maguzani* seu Magenzam vocant, fato concessit. Præter Comensem Ecclesiam etiam Viennensem & Placentinam rexit. (y)

JOANNES FIRMUS Trivultius II. Equitum Dux militavit initio sub signis Gallicis, dein sub Cæsareis, & demum Senator Mediolanensis factus est. Ex ejus gnatis GEORGIUS Meltii Comes fuit, & juris legumque studiis ab ineunte adolescentia se dedidit. Romam profectus *utriusque Signaturæ Referendarius & Datarius per regnum Galliarum* constitutus est; Pio V. Papa autem mortuo, cum spem, qua ab illo impletus fuerat, obtinendæ Cardinalitiæ dignitatis, amisisset, Mediolanum rediit, Senatorisque partes suscepit, & uxorem duxit; è qua tamen nullam sustulit prolem, unde amplam ejus hæreditatem ad uxoris superstitis agnatos, *Palavicinos Bussettensis lineæ*, translatam fuisse *Crescentius* memorat. CLAUDIUS aulam Cæsaream sectatus, moderandæ Archiducum Rudolphi & Ernesti juventæ adhibitus, posteà ab Imperat. Maximiliano Legatus ad Pontificem Romanum Principesque Italiæ missus, & denique à Rudolpho II. Imperatore Equilium suorum præfecti munere auctus est: in Calatravensi militia idem *Commendatoris* gradum tenuit. Filium quem unicum genuit fata præmaturè tapuerunt in Hispanica nutritum aula. HORATIUS, alæ custodum corporis Pii IV. Pontificis præfectus, sobole caruit. (z)

Inter Hieronymi Trivultii filios studiis pacis ac religionis se dediderunt SCARAMUTIA, qui Abbatiæ Ambrosianæ *à Cornu* cognominatæ dum viveret præfuit, CATALANUS, Placentinæ Ecclesiæ, à patruo Scaramutia Cardinali ipsi resignatæ, XXXIV. annorum spatio Episcopus, & ANTONIUS. Is summa in jure scientia Doctoris gradum assecutus, Romam veniens *utriusque Signaturæ Referendarius*, moxque *Episcopus Tolonensis* factus est. Perusinam deinde urbem Legatus rexit, & posteà à Paulo III. Papa Avenionem Prolegati titulo missus per triennium hanc spartam ornavit. Sub Julio III. Nuncii partes in Gallia obiit, hocque munere per-

(t) *Hist. Lib. XIV.* (v) *Lib. XV.* (x) *Loco cit. d. Ital. Sacr. Tomo III.*
(y) *Hist. Pontif. & Card. Ciacc. Tomo III. p.* 382. (z) *Sansov. & Crescent. loc. cit.*

perfunctus ad Remp. Venetam *Internuncius Sedis Apostolicæ* delegatus, anno verò 1557. Idibus Martii à Paulo IV. *Presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli* creatus est. Signaturæ pòst paulò justitiæ præfectus & in Galliam Legatus missus fuit ut Henricum II. Gallorum Regem ad pacem cum Hispanis ineundam adhortaretur. Voti damnatus eum Italiam repeteret in oppido S. Maturini apoplexia extinctus est, tertio Cardinalitiæ dignitatis anno. (a)

Reliqui Hieronymi Trivultii filii sagum induti bellicam assecuti sunt laudem; FRANCISCUS & ALEXANDER Regi Galliæ Henrico II. tribuni militum meruerunt, opperiitque posterior mortem in bello Senensi; GEORGIUS sub Venetis & deinde sub Carolo V. Imperat. in Hungaria cohorti, quam *Regimentum* vocant, præfuit. Idem in secundo conjugio habuit *Dianiram Comnenam*, Constantini ExPrincipis Macedoniæ filiam, Arianitæ, cui Magni cognomen res adversus Sultanum Muchemetem fortiter & prosperè gestæ pepererunt, neptim, cujus meminit *Carolus Fresnius Cangeus* in Familiis Augustis Byzantinis. JO. JACOBUS in Philippi II. Hispaniarum Regis militia Ducis gradum tenuit, & ex toro legitimo CAROLUM EMANUELEM THEODORUM suscepit, qui in Belgio sub signis Hispanicis militavit, cohortium ductor & omnis Equitatus *Commissarius generalis*, ibidemque in robore ætatis & medio virtutis ac honorum cursu nobili fato concidit, relicto post se filio JO. JACOBO Theodoro, adhuc puero. Is simul ac belli patiens fuit, Philippo III. Regi duas equitum turmas, suo ære conscriptas, adduxit. Cæsaris deinde nomine Principes Italos obivit ut subsidia ad bellum Hungaricum compararet; à Ferdinando II. an. 1622. pro se suisque hæredibus *Musocci & Vallis Mesolcinæ Principatum*, atque à Rege Catholico *Hispaniæ Grandatum* obtinuit. Post uxoris obitum, cælibi & togato vitæ generi se mancipavit; Doctoratus laurea in utroque jure ornatus, Romam se contulit, & Prælatura suscepta *Cameræ Apostolicæ Clericatum* & *Protonotarii* honorem ab Urbano VIII. accepit, à quo etiam an. 1629. d. XIII. Kal. Dec. Purpura decoratus & *Diaconus Cardinalis S. Cæsarii, dein S. Mariæ in via lata* creatus est. Legatione Piceni sibi delata defunctus, patriæ præsidio fuit, cùm à Rege universæ rei militari in Mediolanensi Ducatu præfectus an. 1636. Parmæ Ducem, Gallicas foventem partes, in ordinem coëgit, pacemque ei extorsit, postquam vastitate regioni illata in Placentina arce acri obsidione pressum ad extremam redegisset necessitatem. In Hispaniam deinde accitus & Prorex in Sardiniam missus, indeque revocatus in Aragonia Regis vicem obire jussus est. Delegata deinde ei fuit Sicilia difficillimo tempore, quo gravis Panormi exarserat seditio, anno nempe 1647, & quamquam illa adventu ejus, imperioque, cujus severitatem erga reos & turbones adhibitam comitate facilique affabilitate temperavit, deflagrasse visa fuerit, mox tamen ita recruduit, ut vix à capite suo periculum propulsaret. Vertente itaque anno missionem impetravit, & in aula Romana Oratoris Hispanici spartam suscepit. Extremo vitæ suæ tempore, nempè anno 1656. cum Marchio Caracenæ, Mediolanensis Produx, in Belgium evocatus esset, vicem ejus, intereà dum Comes Fuensaldaniæ, illi successor designatus, adventaret, implevit, magna vigilantiæ, industriæ & fortitudinis laude, licèt jam valetudinarius esset & quassatis viribus, ita ut paulò pòst quàm provinciam Fuensaldanio tradidisset, vi morbi oppressus spiritum quoque redderet. (b)

HERCULES THEODORUS Trivultius in numero sex tribunorum fuit, qui rem bellicam in urbe Mediolanensi curarunt, cohortem quoque militum conductorum rexit, Laudensi oppido provinciæque præfuit, & peregrinam per omnem Ducatum militiam *Generalis* titulo moderatus est. Demum ob simultatem inter ipsum & Vercellinum Vicecomitem S. Alexandri Demarchum ortam in Laudensem arcem tanquam custodiam compactus, vitam cum morte commutavit, *vigens ætate, generis nobilitate, opibusque, & ex sola status ratione castigatus*, ut habent verba à *Brusonio* ex ore magni, ut ait, Viri excepta. (c) Magno tamen defuncti necessariis solatio fuit, quod filio ejus adhuc adolescenti à Rege torques Ordinis *aurei Velleris*, quo pater ornatus fuerat, collatus, & suprema peregrinæ militiæ præfectura confirmata fuit, quemadmodum idem autor memorat. Ille, cui nomen erat

N AN-

(a) *Hist. Pont. & Card. Ciacc. Tom. III.*
(b) *Ciacc. Hist. Pont. & Card. Parte IV. Ripamont. Hist. Mediol. Part. V. Lib. VIII. Bruson Hist. Ital. Lib. IV, XVI. & XXIV.* (c) *op. cit. Lib. XXXII.*

ANTONIO THEODORO, in flore ætatis vita caruit, neque prolem post se reliquit, supremis itaque tabulis bonorum allodialium hæredem scripsit amitinum suum CAETANUM GALLIUM, Ducis Alviti filium secundogenitum, ea lege, ut & nomen & insignia ejus assumeret, adoptati instar, quam institutionem Senatus Mediolanensis, incassum obstrepentibus defuncti sororiis, auctoritate sua corroboravit. Fidei commissa verò Trivultianæ gentis ad proximum illius agnatum, genuino sanguine cretum, ex pacto & providentia majorem transierunt; is *Carolus Trivultius* fuit, Tabula III. nobis memoratus, cum quo mascula sobole orbato, cum legitima Trivultiorum stirps emarcuisset, dubiumque esset, an qui ex ea gente superessent non legitimè prognati succedere in fidei commissa possent, decisam denique fuisse litem accepimus pro ALEXANDRO Trivultio, à Paulo Alexandro, Joan. Jacobi Meltii Comitis filio, notho equidem, sed vigore rescripti regii natalium legitimorum jure donato, oriundo, cujus gnatus GEORGIUS, assumto *Theodori* nomine, in præsentia avitum tenet fideicommissum.

Galliorum familia è præcipua Novocomensium nobilitate est, duobusque hoc seculo Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ enituit: namque *Ptolomæus Gallius* à Pio IV. Papa ad illam dignitatem ân. 1565. evectus, usque ad an. 1607. eandem ornavit, & octogenatio major *Episcopus Portuensis Sacrique Collegii Subdecanus* decessit. Is Comitatum Trium plebium (*delle trè Pievi*) in Mediolanensi diœcesi situm atque à Philippo II. Hispaniarum Rege emptum, familiæ suæ dedit & dicavit. Hunc ejus ex fratre nepos *cognominis* tenuit, usus etiam titulo Ducis Albeti (*de Alvito*) in Campania, paret è *Barbara Porra* Francisci & Marci, quorum posterior *Ariminensis Episcopus* & secundus suæ gentis *Cardinalis* fuit, ab Innocentio XI. Papa an. 1681. Kal. Sept. eo honore auctus, quem altero abhinc anno nempe d. XXIV. Jul. 1683. unà cum vita deposuit. *Franciscus Duc Albeti* post patris obitum factus *Justinam Borromeam*, Renati Comitis Aronæ gnatam, in matrimonio habuit, atque ex ea *Ptolomæum* genuit, *Octaviæ Trivultiæ* maritum. Scutum *Galliorum* gentilitium lineis transversis duabus in tres divisum est regiones, quarum suprema aurea *aquilam nigram alas explicantem, & coronatam* exhibet, media argentea *leonem rubeum inter palmarum jugum gradientem* continet, infima *fasceis diagonalibus tribus argenteis totidemque coccineis* distincta est.

CLASSIS

CLASSIS SECUNDA


QUINQUE FAMILIAS HETRUSCAS

EXHIBENS,

nempe poſt

MEDICÆAM, quæ Principatum in Hetruria adepta eſt,
COMITUM GUIDIORUM ſtirpem, prætereaque,
PICCOLOMINEAM, SALVIATINAM,
ET STROZZANAM.

N 2



STEMMA MEDICEUM

ex quo orti

Priores, Vexilliferi & Principes Reipublicæ Florentinæ, MAGNI DUCES ETRURIÆ, Demarchi etiam Gastellinæ, & PRINCIPES OTTAVIANI in regno Neapolitano; prætereà Romanæ Ecclesiæ Cardinales & SUMMI PONTIFICES.

Quæ à dextris conspiciuntur insignia, antiquitus Mediceæ genti familiaria fuere, extantque in illum picta modum in veteri libro à Fuligno Comitis F. de Medicis an. 1373. scripto, qui in bibliotheca Serenissimi Magni Ducis Florentiæ inter alios Codices MStos custoditur. Mutata deinde illa nonnihil sunt insignia, globulique eo, quo in altero exhibentur scuto, locati ordine, primo etiam *cæruleo colore tincto*, & *liliis aureis distincto*, eujus mutationis autor Petrus Medices, Laurentii Magnifici filius, fuisse memoratur. Corona isti imposita scuto, illam refert, qua Cosmus primus Magnus Dux Etruriæ à Pio V. Pontifice Romano d. 4. Mart. an. 1569. Romæ redimitus est.

STEMMATIS MEDI

I. MEDICUS Dominus de

II. Bonus.

III. Bernardus.

VI. Bonus, sive Jambonus.

V. Bonagiunta, de consilio Florentiæ an. 1215.

VI.
Ugo. *Dialta de Tosa.* — Jambonus. — Jacobus. — Galganus. — Manettus.

VII.
Galganus, sive Ganus. — Scolalus. — Lissimus. — Bernardinus. — Ugolinus. — Cambius.

VIII.
Arrigus, sive Henricus, vulgò Guccius. — Bonagiunta — Johannes. — Nicolaus, *monachus Dominic.* — Jacobus.

IX.
Johannes. — Manettus, Commissarius & Capitan. — Ardingus, es Dominis an. 1291, 95, 1307, 13, 16. GONFALONERIUS an. 1692. & 1307. *Gemma de Bardis.* ☉ — Guccius, ex Dominis 1298, 1304, 8 & 15. GONFALON. 1298. *Marchisiana de Agus.* ☽

X.
Nerius. — Johannes. A — Franciscus Eques, ex Dom & GONFALON. 1348. *Catharina Adimari.* B — Albicius. — Johannes. — Grifus. C. — Franciscus ex Dominis 1352. D — Johannes. *Johanna Claramontia.*

XI.
Janus. *Simona de Rabitta* 1365. — Manettus ex Dum. 1381. *Francisca Lupicini.* — Matthæus. *Alberà de Arena.* — (A) Ardingus. — (B) Bona[illegible]ta. — Jacobus. *Trosa Adimari.*

XII.
Bivilianus. *Ciacherontia Pecori.* — Nerius ex Dominis an. 1394. *Ginevra Quaratesi*, 1397

XIII.
Nicolaus. *Lucia de Tosa.* — Bivilianus.

XIV.
Julianus.

CEI TABULA I.

Petrone, castro Magellensi, vixit circa an. 1100. I.

II.

III.

IV.

V.

Clarissimus.

VI.

Jambonus. *Gemma* . . . .

Philippus. *Bana.*

VII.

Clarissimus, Eques. *Vid. Tab. seq.* II.

Everardus *Vid. Tab.* V.

Reinerus.

VIII.

IX.

Albicius, ex Dominis, an. 1302.

Bindus.

Jacobus, vulgò Lapus ex Dominis 1317.

Mannus, sive Alamannus.

Lippus, sive Philippus.

X.

Thomas. | Agnolus. | Fantinus. *Cantelma Bonciani.* E | Albicius. | Cambius. | Coppus, sive Jacobus, ex Dom. 1328. & 1338. *Tilia Tornabelli.* | Nannes, sive Johannes, ex Dominis 1348. | Arrigus. | Cambiozzius, ex Dom. 1351, 1360. & 65.

XI.

C — Pierrozzius. *Galicia Pacci* 1353.

D — Albicius.

E — Fantinus, ex Dom. 1384.

XII.

Johannes. | Antonius. | Fantinus.

XIII.

Pierrozzius.

STEM-

CLARISSIMUS, Philippi

VII.

VIII.
Jambonus, 1260. — Lapus. — Mannus. *Piera Paganelli.*

IX.
Bernardinus, ex Dominis ann. 1301, 17, 20, 22. — Lapus, ex Dominis an. 1306.

X.
Jambonus, ab hoc descendisse putantur *Medicei Mediolanenses*, de quibus in Exegesi. — Johannes, ex Domin. 1325, 30, 33, 40, GONFALON. 1333. & 40. Præfectus Lucæ 1341, *decollatus* 1342. — Petrus, Præfectus Neapoli, Romaniæ & Arenæ.

XI.
Michael, ex Dominis 1373. — Nicolaus. *Matthæa Altoviti.* — Nicolaus Atheniensis. — Ferrantes, Præfectus Neapoli Romaniæ. — Cosmus.

XII.
Johannes. *Gismunda Bianciardi,* 1383. — Michaelagnolus. — Johannes. — Petrus Atheniensis. — Antonius. — Ferrantinus. — Philippus. — Nicolaus. — Petrus.

XIII.
Rossus. *Magdalena Pitti.* — Bernardus. — Simon. — Nicolaus. — Antonius. — Franciscus Atheniensis. — Ferrantes. — Johannes.

XIV.
Johannes. *Ginevra Gondi.* — Philippus. *Catharina de Vernio.* — Petrus. — Cosmus. — Petrus. — Ferdinandus vel Ferrantes, *Episcopus Cephaloniæ.*

XV.
Franciscus. *Marietta Benci.* — Rossus. — Rossus. *Nanna Ghini,* 1481. — Bernardus. *Maria de Fucecchio* 1490. — Nicolaus.

XVI.
Leonardus, *Canonicus.* — Robertus, *Capitan.* — Clarissimus. *Gemma Pitti.* — Philippus. — Antonius. *Angela Biandi* 1549. — Michaelangelus. *Violanta Violi* 1524. — Dominicus.

XVII.
Clemens, *nothus.* — Leo, *nothus.* — Julius, *nothus.* — Alexander. *Maria Ardinghetti* 1554. — Bernardus, *Capitan.* *Catharina de Medicis.* — Michaelangelus.

XVIII.
Clarissimus. — Nerius. — Alexander. — Lodovicus. *Catharina Arrighetti* 1604. — Horatius. — Franciscus.

XIX.
Petrus. — Franciscus. *Aurelia Ughi* 1647. — Alexander. — Franciscus, Capitan. *Cassandra Cambi* 1650. — Bernardus.

XX.
Ludovicus. *Elisabetha Postigiani.* — Alamannus. — Nicolaus, *Eques S. Stephani* 1688. — Bernardus. — Bartholomæus.

XXI.
Franciscus Antoninus de Medicis.

DICEI TAB. II.

Filius, Eques, an. 1253. VII.

Ugolinus. — Philippus. *Vid. Tab. seq. III.* VIII.

IX.

Thomas. — Lissimus. — Albicius. — Coppus. — Bernardus. — Andreas. X.

Lapus. — Mozzinus. *Juliana Lupi* 1381. — Thomas. — Lissimus. *Theresia Giberti.* — Lambertus. — Andreas. XI.

Michael. — Amerigus. *Tita Giambullari* 1408. — Coppus. — Philippus. — Nicolaus. — Andreas. — Antonius. XII.

Johannes. — Papius. — Antonius. *Taddea Ricci.* — Paulus. — Lambertus. — Coppus. — Johannes. — Andreas. XIII.

Antonius. — Christophorus, *Episcopus Turritanus.* — Americus. *Piera Baldovini* 1492. — Marcus. XIV.

Johannes. *Nannina Bruni* 1532. — Marius. — Antonius. XV.

Johannes. *Johanna Mazzocchi.* — Michaelangelus. — Franciscus, *Plebanus.* — Americus. — Everardus. — Bartholomæus. XVI.

Bernardus. — Horatius. — Rossus. *Elisabetha Guicciardini*, 1575. — Philippus. *Domitilla Cupacci.* — Johannes. *Ginevra Petrei*, 1600. — Cammillus. *Catharina Culvani.* XVII.

Nicolaus. — Johannes. — Sebastianus, *Eques S. Stephani* 1569. — Jo. Philippus. — Clarissimus. — Bartholomæus, *Eques S. Stephani* 15.6. 1. *Margarita de Fredericis* 1578. 2. *Maria Albizzi*, 1591. — Almerigus, *monachus Dominic.* XVIII.

Clarissimus. *Catharina Risaliti* 1623. — Cosmus. — Nicolaus. — Rossus. — Horatius. — Philippus. XIX.

Philippus, *Eques S. Stephani* 1654. — Alexander, *Eques S. Stephani* 1659. — Bartholomæus Antonius, *Canonicus & Eques S. Stephani*, 1676. — Johannes. — Nicolaus. XX.

STEMMATIS MEDI

VIII.

PHILIPPUS DE' MEDICIS,

IX.
Arrigus f. Henricus de Medicis. Uxor 1. *Dadda Mameri.* 2. *Albertaccia Ardinghelli.* — Boninus de Medicis, ex Dominis an. 1312. GONFALONERIUS eod. anno. *Cecca.*

X.
Philippus, *Plevanus.* | Simon, *nothus.* — Bottus. *Johanna Ugolini* 1324. — Ardingellus. — Amelius. — Gueccius. a — Archangelus. — Bonus. — Ghinus. b — Orlanduccius. c — Lapus. *Gemma Sarjetti.* d

XI.
a: Andreas. — b: Bernardus. — c: Verus. *Zenobia de Rabatta.* — Matteus. — d: Carolus. — Salvestrius. — Guccius. *Cilia Bondelmonti,* 1359. — e: Nicolaus. *Nicolæa Alberti,* 1365. — f: Alamannus. *Margarita Covoni* 1386. — g: Antonius *Tancia ....* 1407.

XII.
Petrus. *Ginevra Mangioni.* — Johannes. — Seolaius. — Orlandus, Eques 1. *Tita Sertini,* 1415. 2. *Cecca Floravanti.* — Boninus. — Clerieus. — Johannes. *Tancra Ushinghi* 1418. — Verus. — Antonius. — Johannes. — Bartholomæus. — Bernardus ex Dom. 1452. *Francisca* ..... 1418. — Gregorius *nothus. Lisa Tornaquinci.*

XIII.
Johannes. — Andreas. — Petrus, GONFALON. 1472. *Bonda Rucellai* 1448. — Guccius. — Albiera ux. *Masiatti Albicis* 1451. — Jo. Franciscus. *Andromaca Tegliacci* 1452. — Alamannus, GONFALON. 1483. *Leaa Vellutti* 1451. k — Silvester. — Jacobus, GONFAL. 1490. 1. *Leonarda Gingni.* 2. *Alexandra Lotti.* l — Petrus Franciscus. — Bernardus. — Silvester. — Peregrinus.

XIV.
Antonius Franciscus. *Alexandra Balli,* 1522. — Thomas. — Antonius. — Franciscus. — Paulus, ex Dom. 1517. GONFAL. 1519. *Margarita de Medicis,* 1492. — Thomas. *Maria Guicciardini,* 1490. m — Ludovicus. *Lucretia Risaliti,* 1507. n — Orlandus. *Francisca Gianni* 1547. — Carolus. — Bernardus. 1. *Constantia Guadi.* 2. *Marietta Dazza.* — Ludovicus, *Canonicus.* — Andreas, *Flammetta Federighi.*

XV.
Andreas. *Felicitas de Bate.* — Antonius Franciscus. — m: Jo. Franciscus. — Antonius. *Baccia Tedaldi.* — Carolus. — n: Petrus. *Magdalena Gianfilia.* — Alamannus. *Catharina Girolami.* — Carolus. *Margarita Ricasoli.* ☾ — Alexander. — Philippus. — o: Ludovicus. *Luisa Capponi.* s — p: Clarissimus. — Silvester. *Alexandra Scarsi.* t

XVI.
Julianus, *Capitaneas.* — Paulus. *Nannina de Filicata.* a — Johannes. — Thomas, *Capitan.* Eques & Ammiral. 1567. *Alexandra Minorbetti.* b — Petrus Philippus. c — Jo. Franciscus. *Dianora de Medicis,* 1585. d — Jo. Baptista. *Brigita Frescobaldi,* 1570. e — Philippus. *Ginevra Rustici,* 1577. f — Ludovicus. — Bernardus, *Jesuita.* — Pandolfus. — Vincentius. *Smeraldia de Bongianni Gianfigliazzi,* 1577. — Robertus.

XVII.
Andreas. — Ludovicus. — Johannes, *Capitan.* — Octavius. *monachus.* — a: Antonius. — Franciscus. — Zenobius. — b: Antonius, *Eques S. Steph.* 1595. *Camilla Rabatti.* — c: Michael. — Petrus Philippus. — d: Ludovicus. *Andreola de Filicaia.* — Thomas. *Elisa Giacchini.* ☽ — e: Alamannus, *Eques S. Steph.* 1595. 1. *Maria Paccini* 1606. 2. *Catharina Gualterotti,* 1610.

XVIII.
☾: Jacobus, † in Angl. — Petrus Massa. † — Octavianus. † in German. — Jo. Franciscus, *Canonicus.* † — Bernardus, *Canon.* † — Matthæus. *Eques S. Steph.* 1640. † — Jo. Baptista, Eques Melit. †

CEI TAB. III.

VIII.

Clariſſimi F. † an. 1290.

IX.

- Alamannus de Medicis. *Margarita Palagi*, 1308.
- Cambinus de Medicis. *Vid. Tab. ſeq. IV.*

X.

- Johannes, *Gonfalon.* 1353. Eques. *Bartholomea Soderini.*
- Silveſter, Eques ex Dom. 1358. GONFALON. 1370. & 78. *Bartholomæa Altoviti*, 1346.
- Affricellus. *Catharina Lotti* 1374.
- Nicolaus.
- Michael Eques. *Nerotia Mangiadori.*
- Bartholomæus. *Toſa.*
- Andreas. *Liſa.*

XI.

- Americus.
- Johannes.
- Philippus.
- Antonius.
- Mannus f. Alamannus.
- Leonardus. *Franciſca Zanobi*, 1405.
- Michael.
- Nannius. *Sigiſmunda Arrigucci* 1436.
- Contevannius. *Ginevra Lamberteſchi.*
- Bernardus. *Coſa Capponi* 1430.

XII.

- Maſus.
- Americus, *Plebanus.*
- Leonardus.
- Bernardus. 1. *Laurentia Tempi* 1446. 2. *Alexandra Bombeni* 1469.
- Lancellotus, *nothus. Clara Giani.*
- Belcarius.
- Johannes ex Dom. 1507. Ux. 1. *Andrea Strozzi* 1482. 2. *Catharina Soderini*, 1498.
- Jo. Baptiſta.
- Andreas. *Franciſca de Linariis.*

XIII.

- Leonardus, *Epiſc. Forolív.* cr. 1519. abdic. 1526.
- Jo. Baptiſta. *Flammetta Jacopi* 1486.
- Antonius. *Franciſca Tedaldi* 1500.
- Americus, *Canonicus.*
- Andreas. *Eliſabetha Macci* 1491.
- Johannes. *Floretta de Ripa* 1477.
- Antonius.
- Vannius.
- Petrus. *Brigita Guardi.*
- Bernardus. *Ginevra Tornaquinci.*
- Laurentius. *Dianora Cerneſecchi* 1542.
- Bartholomæus. *Alexandra Bartholini* 1536

XIV.

- Biviglianus. *Franciſca de Albitiis.*
- Bernardus. 1. *Annalena Capponi.* 2. *Ginevra de Stufa.*
- Clariſſimus. 1. *Conſtantia Benvenuti.* 2. *Ginevra Cappelli.*
- Bernardus, Canonic. *Epiſc. Forolív.* 1528. abdic. 1551.
- Baldus. 1. *Catharina Ridolfi.* 2. *Franciſca Capponi.*
- Alamannus. *Diamanta Martini.*
- Contes.
- Andreas.
- Alexander, *nothus. Marietta Mazinghi.*
- Horatius, *nothus*, Canonicus.

XV.

- Jacobus. *Franciſca Pucci.*
- Antonius.
- Alexander.
- Johannes. *Ginevra Cambi.*
- Leonardus, *Eques S. Steph.* 1562.
- Octavianus, *Eques S. Steph.* 1567. *Erſilia Montauti.*
- Coſmus.
- Horatius.
- Petrus.
- Antonius Franciſcus.
- Laurentius. *Dianora Nobili.*
- Jo Baptiſta.
- Coſmus.
- Vincentius.
- Carolus.

XVI.

- Andreas. *Lucretia Gadagni*, 1592.
- Nicolaus. *Virginia Bibliotti*, 1582.
- Fabricius.
- Bernardus.
- Petrus.
- Clariſſimus, *Canonicus.*
- Coſmus.
- Laurentius, *decollat.* 1559.
- Antonius dictus poſteà Alexander. *Juſtiniana Bardi* 1560.
- Franciſcus, *Eques S. Steph.* 1607. *Anna Maria Argimoni.*
- Vincentius.
- Laurentius. *Matthæa Rucellai* 1570.

XVII.

- Silveſter. *Helena Morelli.*
- Carolus.
- Franciſcus.
- Vincentius. *Octavia Altoviti.*
- Franciſcus.
- Petrus. *Ginevra Cambi.*
- Jacobus.
- Coſmus. 1. *Catharina Strozzi.* 2. *Camilla Salviati.*
- Albertus.
- Alexander, *Eq. S. Steph.* 1591.
- Laurentius, Eq. *S. Steph.* 1638. *Iſabella de Florentino.*
- Andreas. *Margarita Pandolfini.*
- Petrus.
- Horatius.

XVIII.

- Philippus. †
- Johannes. †
- Petrus. †
- Jacobus. †
- Laurentius. †
- Clariſſimus. †
- Johannes.
- Jacobus.
- Franciſcus.
- Laurentius, *Canonicus.* †

IX. **CAMBIUS, five Cam**

X.

Johannes de Medicis.
Ux. 1. *Conftantia Adimari*, 1386.
2. *Dianora Belfredelli*, 1392.

Cambius de Medicis.

XI.

Antonius de Medicis.
Judith . . . .

Andreas.

Philippus.

XII.

Francifcus.
Antonia Pollini 1447.

Antonius.

Johannes.

Cambius.

Attilius, ex Dom. 1466. GONFAL. 1481.
1. *Benedicta Canigiani* 1460.
2. *Angioletta Soldani* 1477.

Julianus.

Donatus, *Epifcop. Piftorienf. ex Præpof. metrop. Florent.* 1436. † 1474, æt. 67.

Carolus, GONF. 1468.
Catharina, Braccii de Montone Dom. Perufiæ fil. 1429.

XIII.

Cambius.

Julianus Donatus.
Antonia Strozzi 1512.

Verus.
Catharina Ubaldini, 1512.

Laurentius.
Beatrix Pilli 1508.

Nicolaus.

Alexander.

Braccius.
Ifabella Valori 1470.
☉

Bandinus.
Nanna Simoni 1483.
☽

XIV.

Verus.

Attilius.
Angelica Cicardi 1546.

Donatus.

Verus.

Verus.
Lucretia Berni 1507.

Julianus.

XV.

Tanais.
☽

Robertus.
Maria Pandolfini.

XVI.

Verus.

Robertus de Medicis.
Conftantia Samminiati.

Nicolaus.

Attilius.

XVII.

Francifcus Maria de Medicis.
Dianora Finali 1639.

Verus de Medicis, *Eques & Capitaneus.*

Attilius.

Simon.

Nicolaus.

XVIII.

Cofmus Maria de Medicis.
Catharina de Medicis 1671.

Robertus de Medicis, *Canonicus.*

binus de Medicis, Philippi F. IX.

X. Andreas de Medicis. — Verus de Medicis, GONFALONERIUS an. 1392. *Bicia Strozzi* 1378.

XI. Nicolaus de Medicis. *Bartholomæa Acciaioli.* — Carolus. — Cambius de Medicis. 1. *Laurentia Guicciardini* 1409. 2. *Cilla Bardi* 1428.

XII. Verus. *Annetia Neri.* — N. uxor secunda *Lucæ Albizzi.* — Orestes, *nothus.* ☾ — Gabriel. *Lucretia Rondinelli.* ⊙ — Verus. *Lucretia Cocchi.* — Gerotius. *Margarita Ginori.* — Johannes. — Pandulphus, *Canonicus.* — Jacobus.

XIII. Tanais ex Dom. 1469. 1. *Catharina Quaratesi.* 2. *Catharina Corsi.* — Philippus, *Archiepisc. Pisanus*, cr. 1461. anteà *Episc. Aretinus.* †1474. — Franciscus. — Verus. — Nicolaus. — Carolus. *Andrea Antinori.* — Cambius. *Maria Panciatici* 1509. — Johannes *Plebanus.*

XIV. Juveneus. — Nicolaus. *Antonia Alfieri* 1520. — Robertus. — Orestes. — Raphaël. — Verus. *Alexandra Pucci* 1545. — Gerotius.

XV. Verus. *Alexandra de Medicis.* — Tanais. 1. *Alexandra Sernigi.* 2. *Virginia Segni.* — Franciscus. — Alexander, *Canonicus.* — Cosmus, *Eques S. Stephani* 1562. — Cambius.

XVI. Octavius. — Franciscus de Medicis. *Octavia de Nero.* — Vincentius, *Eremita.* — Verus. — Andreas.

STEMMATIS ME
qua STIRPS DUCA

VII.

AVERARDUS, Philippi F.
Uxor, *Benricevuta.*

VIII.

Nerius.

Averardus, ex Dominis 1309, GONFALONER. 1314. *Mandina, Philippi Arrigucci f.*

IX.

Clarissimus. *Livia, Simbaldi Donati f.*

Forestus. *Venna Bonelli.*

Franciscus. *Bartholomaea Cavalcanti.*

X.

Juvencus. *Smeralda.*

Matthaeus. *Johanna Bardoni.*

Talentus. *Johanna Boninsegni.*

Averardus dictus Bicci ex Dom. *Jacoba, Francisci Spini f.*

Paulus.

Franceschinus.

Malatesta. *Philippa Cipriani.*

Thomas.

XI.

Averardus, dictus Matthaeus.

Thomas. *Lagia Sergiovanni.*

Clarissimus.

Talentus.

Paulus.

Johannes, nat. 1360 ex Dom. 1402, 8, 11. GONFALON. 1421. † 1428. el. *Piccarda, dicta Nannina, Odoardi Bueri f.*

Michael. Franciscus. 1. *Francisca Baldeccio.* 2. *Selvaggia Gianfigliazzi.*

Matthaeus.

Petrus.

XII.

Cosmus, dictus *Pater patriae*, nat. 10. April. 1389. GONFALON. 1434, 38. & 45. † 1. Aug. 1464. *Contessina de Bardis.*

Laurentius. *Vid. Tab. seq. VI.*

Malatesta. *Catharina Marci Strozzi f.*

Averardus. *Magdalena Monaldi.*

Matthaeus.

Giminianus.

XIII.

Petrus ex Dom. 1448, GONFALON. 1460, † 1472. *Lucretia Francisci Tornabuoni f.*

Johannes, ex Dom. 1453, † 1463. 1. Nov. *Ginevra, Nicolai Alexandri f.*

Carolus, *Canonicus, Praepositus de Prato.*

Julianus.

Mariottus. *Antonia Peruzzi.*

Johannes, *Archidiaconus.*

XIV.

Laurentius, *il Magnifico*, PRINCEPS REIP. FLORENT. n. 1. Jan. 1448, † 9. Apr. 1492. *Clarice Ursina, Latini Dom. de Lamentana, & Cardinalis f.*

Julianus, nat. 25. Oct. 1453, *occ. in conjurat. Pazziorum* 26. Apr. 1478.

Maria, uxor *Leonelli de Russis, (de' Rossi).*

Nannina, nup. *Bernardo Ruccellai.*

Blanca, ux. *Wilhelmi Pazzi.*

XV.

Petrus, nat. 1471, † in amne Garigliano 1504. *Alfonsina Ursina, Roberti Comestabilis Neapolitani f.* † 7. Febr. 1520.

Johannes, n. 11. Dec. 1475. *Cardinalis* cr. 1489. PONT. MAX. dict. LEO X. 11. Mart. 1513. † 1. Dec. 1521.

Magdalena, ux. *Francisci Cibo Principis Massae*, † sub fin. an. 1519.

Julianus, nat. 1478, † 1516. 17. Mart. *Philiberta Sabauda, Ducissa de Nemours, Philippi Ducis Saband. fil.*

Contessina, nup. *Petro Ridolpho.*

Lucretia, ux. *Jacobi Salviati.*

XVI.

Laurentius, n. 13. Sept. 1492, DUX URBINI 1516. † 4. Maji 1519. *Magdalena de Turre, Johannis Com. Arvern. & Bolon. f.* 1518. † 28. Apr. 1519.

Cosmus.

Claricia, nup. *Philippo Strozzio.*

Hippolytus, *nothus*, n. 19. Apr. 1511. *Cardinalis* cr. 1529. 10. Jan. † 13. Aug. 1535.

XVII.

Catharina, n. 13 April. 1519. uxor *Henrici II. Regis Galliae*, ducta 4. Oct. 1533. † 5. Jan. 1589.

Hasdrubal, *nothus*, Eques Melitensis, in qua insula obiit an. 1565.

DICEI TAB. V.

LIS incipit.

DE MEDICIS.

VII.

VIII. Marius. — Boninus.

IX. Talentus. *Laurentia de Bono.* — Conteus. *Letta Amidei.* — Jacobus, Eques. — Juvencus, *Vid. Tab. VII.*

X. Agnolus. — Bartholomæus. *Nicolosa Brunelleschi.* — Marius. *Margarita Bardi.* — Johannes. *Andrea de Torricella.* — Jacobus. *Maria Quaratesi.* — Fulinius. ☉ — Plebanus Conteus. ☾ — Everardus. — Forestus.

XI. Conteus, *plebanus.* — Matthæus. — Jacobus. *Simona Tolosini.* — Talentus. *Silvestra Pegalotti.* — Ludovicus. *Antonia Bardi.* — Forestus. *Johanna Pagani.* — Everardus, *plebanus.* — Jacobus. — Conteus. *Conradina Ruccellai.* — ☉ Michael. — Conteus. — ☽ Paulinus.

XII. Bartholomæus. *Bartholomæa Ristori.* — Marcus. — Christophorus. — Talentus. — Magdalus. — Antonius. — Paulus. — Johannes.

XIII. Jacobus. — Bartholomæus. ♃

XIV. ☉ Cosiminus, *nothus.* — Franciscus, *nothus.* ☉ — Johannes, *nothus.* — ☽ Franciscus. *Constantia Guicciardini.* — [illegible] Eberhardus. *Dianora de Castiglione.* — Julianus. *Constantia Orlandini.* — Gregorius. *Oretta de Castiglione.* — Laurentius. *Francisca Bonagusi.* — ♃ Jacobus. *Pippa Guidi.*

XV. Johannes, *nothus.* *Aloisia, Johannis de Medicis fil.* — ☽ Julius, *nothus*, nat. 27. Maji 1478, *Eq. Melit. Archiepisc. Florent. & Cardinalis*, cr. 1513. PONT. MAX. dict. CLEMENS VII. 19. Nov. 1523. † 25. Sept. 1534. — ☉ Jo. Paulus, *nothus.* — Franciscus. — Mariottus. — Baptista.

XVI. ALEXANDER, *nothus*, nat. an. 1510. DUX Florent. creatus à Carolo V. Imp. an. 1531. occ. 6. Januar. 1537. *Margarita Austriaca, Caroli V. Imp. notha*, 1536, m. Jun. — Clemens.

XVII. Julius, *nothus*, Præfectus trirem. Ord. S. Stephani. — Julia, *notha*, nup. 1. *Francisco Cantelmo è Duc. Popoli*, 2. *Bernardetto de Medicis, Bar. d'Ottajano.* — Portia, *notha*, monialis.

XVIII. Cosmus Medices. *Lucretia Cajetana.*

XIX. Angelica, uxor *Petri Dacis Altemsii & Galesii.*

STEM-

STEMMATIS MEDI
ramum MAGNORUM DU

XII.

LAURENTIUS DE MEDICIS, Jo
Uxor, *Ginevra Cavalcanti*, *Jo*

XIII.

Petrus Franciscus de Medicis, ex Dom. 1459.
Laudomina Acciajoli, *Agnoli f.* 1456.

XIV.

Laurentius de Medicis.
Semiramis Appiana, *Jacobi Dom. Plumbini f.* 1483.

XV.

- Laudomina, ux. *Francisci Salviati.*
- Petrus Franciscus de Medicis. *Maria*, *Thomæ Soderini f.* 1511.
- Averardus.
- Jo. Paulus. *nothus.*

XVI.

- Laurentius de Medicis, *percussor Alexandri Medicei, Ducis.*
- Laudomia, nup. *Petro Strozzi Marescallo Galliæ.*
- Magdalena, ux. *Roberti Strozzi, Petri fratris.*
- Julianus de Medicis, *Episcopus Biterrens. Archiepisc. Auscit. in Gall.* † 1588.

XVII.

- 1. Maria, n. 1540, † 1557.
- FRANCISCUS MARIA MAGNUS DUX FLORENT. II, n. 25. Mart. 1541, † 9. Oct. 1587. Ux. 1. *Johanna Austriaca, Ferdinandi I. Imp. f.* 1565, † 6. Apr. 1578. 2. *Blanca Capella*, *Bartholomæi Senatoris Veneti f.* 12. Oct. 1579, † 9. Oct. 1587.
- Lucretia, n. 1542. ux. *Alfonsi de Este Ducis Ferrar.*
- Isabella, n. 1545. nup. *Paulo Jordano Ursino Duci Bracciani*, & ab eo occisa 1578.
- Johannes, n. 1543, *Cardinalis* cr. 1560. † 1562.
- Garcias, n. 1547. † 1562.
- Antonius & Petrus obiere in pueritia.

XVIII.

- 1. Eleonora, n. 1566, ux. *Vincentii Gonzagæ Duc. Mantuæ*, †
- Maria, n. 26. Apr. 1575 nup. *Henrico IV. Regi Gall.* 27. Dec. 1600. † 3. Julii 1642. in exilio Coloniæ.
- Philippus, n. 1577, 20 Maji. † 5. Apr. 1583.
- 2. Antonius, n. 1576. † 1621.
- Pelegrina, *notha*, ux. *Ulyssis Com. Bentivolii.*
- COSMUS II. n. 12. Maji 1590, M. DUX FLORENT. IV. † 28. Febr. 1621. *Magdalena Austriaca, Caroli Archiducis f.* 19. Oct. 1608. † 1631.
- Eleonora, n. 10. Nov. 1591, † 21. Nov. 1617.
- Catharina, n. 2. Maji 1593, ux. *Ferdinandi Gonzagæ D. Mantuæ.* † 1629.

XIX.

- Paulus, *nothus*, n. 1615.
- Julius, *nothus*, n. 1617.
- Antonius, *nothus*, nat. 1618.
- Maria Christina, nat. 1609, † inf.
- FERDINANDUS II. nat. 14. Jul. 1610, MAGNUS DUX FLORENT. V. † 24. Maji 1670. *Victoria de Rovere*, *Friderici Ubaldi Pr. Urbin. f.* 26. Sept. 1633, † 24. Maji 1670.
- Johannes Carolus, n. 4. Jul. 1611, *Cardinalis* cr. 14. Nov. 1644, † 22. Jan. 1662.

XX.

- Cosinus, nat. 20. Jan. 1639. † post 20. hor.
- COSMUS III. nat. 14. Aug. 1642. MAGN. DUX FLORENT. VI. *Margarita Luisa*, *Gastonis Ducis Aurelian. fil.* 9. Apr. 1661.

XXI.

FERDINANDUS III, nat. 9. Aug. 1663.
Violanta Beatrix de Bavaria, *Ferdinandi Mariæ Electoris & Ducis Bavar. f.* 25. Nov. 1688.

CEI TAB. VI.
CUM FLORENTIÆ continens.

XII.

hannis F. natus an. 1394. † 23. Sept. 1440.
hannis fil. ducta an. 1416.

XIII.

Franciscus de Medicis, † ante patrem.

XIV.

Johannes de Medicis, nat. 1467. † 1498. *Catharina Sforza, Galeatii Mariæ Duc. Mediol. f. Hieronymi Riarii Dom. Imolæ vid.*	Cosmus, *nothus.* *Aloisia de Medicis, Laurentii, cogn. Magnifici f.*

XV.

Ludovicus, dictus dein Johannes, cogn. *Invictus*, nat. 1498. † 1526. m. Nov.
Maria, Jacobi Salviati f. 1516. † 1543.

XVI.

COSMUS de Medicis, nat. 11. Jun. 1519. DUX FLORENT. 1537. MAGNUS DUX cr. à Pio V. Papa 1569. † 21. April. 1574.
Ux. 1. *Eleonora de Toledo, Petri March. de Villafranca f.* 1539. † 1562.
2. *Camilla Martella, Antonii f.*

XVII.

FERDINANDUS, n. 30. Jul. 1549. *Cardinalis* cr. 1563. MAGNUS DUX FLORENT. III. 1587. † 22. Febr. 1608. *Catharina Lotharinga, Caroli III. Ducis f.* 3. *Maji* 1589. † 19. Dec. 1637.	Petrus, n. . . . Præf. mil. Ital. sub R. Hispan. † 1604. Eq. Aur. Vell. 1. *Eleonora de Toledo, Garsiæ M. de Villafranca f.* † 1578. 2. *Beatrix de Noronia, Emanuelis de Menefes, I. Duc. de Villareal f.* ⊙	Tres filiæ *mortuæ in infantia.*	2. Virginia, n. ux. *Cæsaris de Este, Ducis Mutinæ,* † 25. Mart. 1615.	Johannes, *nothus*, ex *Eleonora Albicia*, nat. 1567. † 1624.

XVIII.

Franciscus, n. 14. Maji 1594, † 17. Maji 1614.	Carolus, n. 19. Mart. 1595, *Cardinalis* cr. 2. Dec. 1615. *Decanus S. Collegii* 1652, † 17. Jun. 1666.	Philippus, n. 9. April. 1598, † 27. Mart. 1602.	Maria Magdalena, n. 28. Jan. 1600, † *infans.*	Laurentius, n. 1. Aug. 1599, † 16. Nov. 1648. *cælebs.*	Claudia, n. 4. Jun. 1604. nup. 1. *Friderico Ubaldo Pr. Urbini*, 2. *Leopoldo Archiduci Austr.* 1626, † 25. Dec. 1648.	Petrus, *nothus*, *Eques Melit.* ⊙	Franciscus Maria, *nothus*, n. 1613.

XIX.

Margarita, n. 31. Maji 1612, nup. *Odoardo Farnesio D. Parmæ* 1628. † 6. Febr. 1679.	Matthias, n. 9. Maji 1613. † 11. Oct. 1667. *cælebs.*	Franciscus, n. 16. Oct. 1614, † 25. Jul. 1634. *cælebs.*	Anna, n. 21. Jul. 1616, ux. *Ferdinandi Caroli Archiduc. Austr.* 10. Jun. 1646. † 12. Sept. 1676.	Leopoldus, n. 6. Nov. 1617. *Cardinalis* cr. 12 Dec. 1667. † 10. Nov. 1675.

XX.

Franciscus Maria, n. 12. Nov. 1660. *Cardinalis Diaconus* cr. 2. Sept. 1686.

XXI.

Anna Maria Luisa, nat. 11. Aug. 1667, uxor *Jo. Wilhelmi, Electoris & Comitis Palatini ad Rhenum* 29. Apr. 1691.	Joh. Gaston, n. 24. Maji 1671. *Anna Maria Francisca Saxo-Lauenburgica, Julii Francisci Ducis fil. Philippi Wilhelmi Com. Palat. ad Rhen. vidua*, 2. Jul. 1697.

IX.

JUVENCUS DE MEDICIS, *Eques.* Uxor, *Nuccia*

X.

Franciscus de Medicis. *Fia Gundi*, 1372. — Ugo. — Petrus.

XI.

Dominicus. *Margarita de Pazzis*, 1400. — Michael. — Thomas. 1. *Antonia Mannelli*, 1425. 2. *Lisa Libri*, 1432. — Jacobus. — Nicolaus. — Petrus. — Lucas.

XII.

Franciscus. — Simon. — Tolosinus. — Franciscus. — Petrus. — Lazarus. *Nanna Gucci.* — Johannes.

XIII.

Antonius. — Lazarus. *Magdalena Lapi*, 1476. — Petrus. *Constantia Capponi.* — Franciscus. Ux. 1. *Lucretia Mannelli.* 2. *Lucretia Nicolai.* — Marcus Antonius. *Lucretia Bruni* 1481. — Nicolaus. — Thomas. *Elisabetha Salvetti.* — Franciscus. *Martina Guidetti.*

XIV.

Johannes. — Jacobus. 1. *Dianora Vinaccesi.* 2. *Alexandra Guidotti.* — Antonius. — Tolosinus. — Johannes. — Andreas. — Averardus. — Marcus. — Antonius. *Auretta. Asini* 1509. — Johannes. *Maria Ridolfi* 1521. — Bernardus.

XV.

Julianus, — Averardus. — Thomas, Eques. *Lucretia Frescobaldi* 1555. — Franciscus. — Johannes. — Antonius. — Bernardus. — Marcus. *Magdalena Carnesecchi.* — Laurentius. ⊙ — Julianus, *Capitan. Lucretia Bonsi.* ☾

XVI.

Averardus. — Franciscus. — Jacobus. *Catharina Bagnesi* 1592. — Cosmus. — Julianus. — Antonius. — Cæsar. — Horatius, *Tribunus mil. Camilla de Robbia.*

XVII.

Thomas de Medicis. *Claricia Strozzia, Philippi f.* — Marcus Antonius. — Julius Cæsar.

DICEI TAB. VII.

IX.

Averardi & Mandinæ Arrigucciæ F.
Ruccellai.

X.

Nardus. — Julianus, dictus Juvencus de Medicis. *Tellina Donati*, 1350.

XI.

Johannes. *Cilia Risalitis*, 1402. — Julianus. *Matthæa Cecchi.* 1385. — Antonius, *Vid. Tab. IX.* — Averardus.

XII.

Franciscus. — Antonius. ☽ — Juvencus. Ux. 1. *Bartholomæa Philippi* 1421. 2. *Nanna Bartolini* 1433. — Franciscus. — Juvencus. *Lisa Giugni* 1428. — Franciscus.

XIII.

☾ Jo. Ludovicus. — Julianus, ex Dom. 1476. GONFALON. 1487. *Leonarda Deti.* — Antonius. — Juvencus. *Francisca Mannelli.* ☾ — Antonius. — Franciscus. — Antonius. — Petrus.

XIV.

Juvencus. *Bicci Pandolfini* 1488. — Franciscus. *Vid. Tab. seq. VIII.* — Averardus, *Canonicus.* — Antonius. *Vaggia de Beccutis.* † 1526. — Petrus. — Guido. — Thomas. — Zanobius. — Bernardus. — ☽ Franciscus. — Johannes, *monachus Dominic.*

XV.

Julianus, *Capitan.* *Cosa Migliorati.* — Malatesta, *Maria Ursina* 1539. — Averardus, *Canonicus.* — Julianus, *Episcopus de Chieti.* — Guido, *Canonicus Flor. Episc. Venus. dein Teatin.* 1528. † 1537. — Raphael. — Zanobius. — Bernardus.

XVI.

☉ Cosmus. — Jo. Franciscus. — Petrus. ☽ — Cosmus. — Robertus, *Capitaneus.*

XVII.

Petrus Paulus, *Episc. Allifanus*, cr. 1639. † m. Oct. 1656. — Ferdinandus de Medicis, *Eques S. Steph.* 1659. *Magdalena Caffereccia Johannis f.* — Alexius. — Octavius.

XVIII.

Marcus Antonius de Medicis. — Julius Cæsar de Medicis. *Lucia Pirrhi Bernardini ex Comitibus de Massa f.* 1681. — Horatius de Medicis. — Octavianus de Medicis. *Lucretia, Hieronymi Alli Equitis f.* 1672. — Alexandra, ux. *Averardi de Medicis.*

STEM-

XIV.

FRANCISCUS DE MEDICIS, nis 1493. & 1503. GONFALON. 1516.

XV.

Raphaël de Medicis, ex Dominis 1523. GONFALON. 1531.

XVI.

Franciscus de Medicis.
Magdalena Capponi, 1536.

XVII.

Raphaël de Medicis, *Eq. S. Steph.* 1565.
Constantia Alamanni, *Petri f.* 1566.

XVIII.

Ferdinandus, *Capitan.* & *Eques S. Stephan.* 1580.

Averardus, *Eques, Legatus in Hisp.*

Johannes, MARCHIO S. ANGELI, *Dux milit. in Flandria & Ital.*

Alexander, *Capitan.*

Franciscus, *Capitan.*

Laurentius, *Marchio Castellinæ, Eq. S. Steph.* 1629. *Senator Florent.*
†
Ux. 1. *Maria Salviati*, *Antonini f.* 1627.
2. *Artemisia*, *Ascanii March. de Cornia f.*

Julius, *Legatus in Hispan.*

Petrus, *Eq. Melit.* *Eq. S. Stephan.* 1600.

XIX.

Raphaël, *nothus.*

Raphaël, *Marchio Castellinæ, Eq. S. Steph.* 1637. *Senator & Præfectus Liburn.*
† sine prole.
Maria Felix Cambi Laurentii f. 1656.

Averardus, *Eques Melit.*

Antonius, *Marchio Castellinæ.*

DICEI TAB. VIII.

XIV.

Juliani & Leonardæ Detiæ F. ex Domi-
Uxor, *Terra Guiducci.*

XV.

Uxor, *Margarita Bonciani.*

XVI.

Julius de Medicis.
Margarita Nerli, 1554.

XVII.

Franciscus de Medicis.
Flammetta Ugolini, Johannis f. 1577.

XVIII.

Julianus, *Archiepisc. Pisanus.* cr. 1620. † 6. Jan. 1636, æt. 62.	Hippolytus.	Antonius.	Averardus.	Cosmus. *Camilla Concini, Bartholomæi f.*	Alexander.	Laurentius.	Octavius.

XIX.

Julianus, *Capitaneus*, †	Maria, nup. *Juliano de Medicis.*	Julianus, *Eques S. Steph.* 1655. † *Maria de Medicis, Laurentii March. Castellinæ f.*	Bartholomæus, *Eques S. Steph.* 1671.

XX.

Raphael. †	Laurentius, †	Cosmus. †	Franciscus Maria, *Eques S. Stephani*, 1679.	Laurentius.	Cosmus.	Franciscus.

STEMMATIS ME

in qua præter alios etiam PRINCIPES DE OTTA

XI.

ANTONIUS DE MEDICIS,
Uxor, *Cilla Bonacorsi*, 1400.

XII.

Petrus de Medicis.

Johannes de Medicis.
Nannina Quaratesi, 1432.

Bernardettus de Medi 1436, GONFALON. 1447. & *Constantia Guasconi.* 1433.

XIII.

Franciscus de Medicis.

Laurentius de Medicis.
Catharina Nerli 1468.

XIV.

Octavianus de Medicis, GONFALONERIUS an. 1531.
Ux. 1. *Bartholomea Giugni*, 1518.
2. *Francisca Salviati*, *Jacobi f.* 1532.

Antonius de Medicis, ex Dom. an. 1525. ⊙

Carolus de Medicis.

XV.

Bernardus de Medicis, *Baro de Ottaiano in regno Neap.*
Julia de Medicis, Alexandri Ducis Florent. notha, Francisci Cantelmi vidua.

2. Alexander de Medicis, nat. an. 1535, *Eques S. Steph.* 1567. *Archiepisc. Florent.* cr. 1574. *Cardinalis* 13. Dec. 1583. PAPA, dictus LEO XI. Apr. 1605. † 27. ejusd. mensis.

Leo de Medicis.

Laurentius, *nothus.*

XVI.

Alexander de Medicis, *Baro de Ottaiano.*
Delia Sanseverina ex Princip. Bisiniani.

Galeottus.

Cosmus de Medicis, *Capitan.*
Contessina Bardi.

XVII.

Bernardus de Medicis, I. PRINCEPS *de Ottaiano*, † improl.
Johanna Caracciola Marini Pr. Avellini f.

Octavianus de Medicis, II. *Princeps de Ottaiano.*
Diana Caracciola, Marini Pr. de S. Bono f. Marini Caraccioli D. Bojani vid.

Catharina, nup. 1. *Horatio de Ponte, March. Padulæ*, 2. *Troiano Caracciolo, Pr. Turris novæ.*

Andreas.

Franciscus.

Galottus.

XVIII.

Josephus de Medicis, III. *Princeps de Ottaiano*, Magnas Hisp. cr. 1700.
Andreana Davalos, Andreæ Pr. de Montesarchio f. † 1679.

Francisca, ux. secunda *Philippi Cajetani Pr. Casertæ.*

XIX.

Octavianus de Medicis, Dux de Sarno.
Theresia de Mari, Caroli Pr. Aquavivæ f. †

Dominicus, *Eques S. Stephani*, † 1656.

Andreas, † in prima obsidione Budæ, 1684.

XX.

Josephus de Medicis.

DICEI TAB. IX.

IANO in regno Neapolit. recenfentur.

Juliani & Tellinæ Donatæ F. XI.

XII.

cis, ex Dominis 1451. *Con-*

Julianus de Medicis.

XIII.

Antonius de Medicis.

Averardus de Medicis, ex Dom. 1464, GONFALON. 1485. & 1513. Ux. 1. *Leonarda Martini de S. Quintino*, 1493. 2. *Camilla de Pazzis* 1460.

XIV.

Galeottus de Medicis. *Magdalena Girolami*, 1503.

Franciscus de Medicis. *Helena Alamanni.*

Raphael de Medicis. *Constantia Gualterotti*, 1516.

Bernardettus de Medicis. *Francisca Martelli*, 1491.

XV.

Franciscus, *Capitan. Constantia Ginori* 1552.

Laurentius, *Eques Melit.*

Bernardus.

Julius. *Angioletta Ugolini.*

Averardus.

Franciscus.

Nicolaus. *Maria Banchelli* 1526.

Pandulfus.

XVI.

Raphael.

Octavianus, *Eques.* Ux. 1. *Virginia Pongibonzi.* 2. *Silvagia Guasconi.*

Leo.

Cosmus, *Eques S. Steph.* 1600. *Catharina Daffi.*

Alexander.

Bernardettus, *Eques.*

Leo. *Alexandra Jacomini.*

Julius. *Johanna Malvicina.*

XVII.

Catharina, ux. *Ludovici de Marillac, Marescalli Franciæ*, 1607.

Julius, *Eques.*

Jacobus.

Nicolaus. *Margarita Dominici Soldati f.*

Hannibal.

XVIII.

Averardus de Medicis, † *Alexandra de Medicis, Ferdinandi f.*

Marinus.

Julius.

Leo, *Canonicus.*

XIX.

Nicolaus Josephus.

Leo.

Franciscus.

Philippus Maria.

Matthias.

Dominicus Maria.

Petrus Paulus.

EXEGESIS HISTORICA.

De origine Mediceæ familiæ, ex mediocri forte ad amplissimam & invidiosam fortunam, summumque potentiæ fastigium provectæ, autores diverso scripsere modo, & dantur inter eos, quos tum partium studium, tum invidia, indeque nata detrahendi libido, transversos egit. Enimverò inter populares in patria numerati Medicei, postquam nobilium insolentiæ sese juxta cum aliis opponere cæperunt, gratia & autoritate aucti, opibus honoribusque perviguerunt. Ex Magello, Etruriæ loco, sub montibus Appenninis sito, oriundos esse plerique tradunt, eamque in sententiam *Verinus* Poëta cecinit:

Ex Appennino, celsaque ex arce Magelli,
Nobilitas Medicûm Thuscam descendit in urbem.

Vetustatem gentis colligunt ex jure patronatus, quod in ædem S. Thomæ, infra primum Florentinæ urbis ambitum sitam, Mediceis unà cum Siziis commune fuit, nec non ex ædibus, quas illi eodem in ambitu & foro veteri habuerunt, turri munitas, & peristylio agendis conventibus apto instructas, ita ut ante primam urbis amplificationem, quam anno Christianæ æræ 1074. factam esse *Scipio Admiratus* (a) testatur, jam floruisse videantur: quamquam dubitet idem autor, sintne usi Mediceo cognomine ante annum 1284, an de Tuscis *(de Toschi)* appellati fuerint, quippe quorum in patrimonio ædes in veteri sitas foro fuisse *Ricordanus Malaspini*, vetustus rerum Florentinarum scriptor, memoriæ prodiderit. Mediceum verò nomen genti impositum esse domestica fert traditio à medela civitati adhibita, cùm ad eam a tyrannide familiæ alicujus præpotentis, qua peste quavis gravius afflicta erat, purgandam autoritatem maximamque operam illa contulisset, nec sanguinis sui parca: globulis enim rubeis, qui in Mediceo scuto conspiciuntur, nihil aliud quàm guttas sanguinis, largiter pro patria profusi, designari ferunt. Verùm antiquius esse Mediceum nomen, quàm ut demum post annum 1284. cæperit, documenta testantur, quorum mentionem *Joh. Bapt. Cinius* in Commentario de vita Cosmi primi Magni Ducis Etruriæ fecit, quorumque vetustius an. 1027. super donatione à Conrado Imperatore Tancredo Manaldescio de valle Tiberina facta, datum esse, & inter testes *Julium de Medicis* Florentinum nominare, alterum an. 1220, imperante Friderico II. scriptum, *Johannem de Medicis* testem producere, ait.

In administratione reipublicæ Florentinæ tantæ Medicûm erant partes, ut *tres supra viginti* Signiferos Justitiæ, quos sua lingua *Gonfalonerios* vocabant, & *Priores prope centum* in familia sua numerent, de quibus officiis, & pristino civitatis statu pauca prius explananda sunt, quàm ad genealogiam familiæ progrediar. Florentini cum ad exemplum cæterarum Italiæ urbium, ipsiusque Romani Pontificis, reverentiam Imperatoribus Romano-Germanicis debitam paulatim exuissent, & ad instar reipublicæ liberæ se gerere, sibique è suis civibus rectores præficere cæpissent, binos crearunt consules, è nobilitate sumtos; post ubi consulare imperium in superbiam dominationemque se convertit, & in duas partes, fato omnis Italiæ, Guelphis Gibellinisque factionibus divisæ, scissa fuit civitas, aliam ex alia induit formam. Itaque anno 1250. urbs in sex classes distributa, & duodecim cives electi, quorum bini cuique parti, annuo imperio, & *Antianorum* titulo, præessent, duo præterea judices extranei constituti, quorum alter *Capitaneus populi*, alter, à potestate, *Podestà* denominaretur, quorumque esset, tam in civilibus, quàm criminalibus, inter cives jus dicere. Paucos post annos in artes, sive artificum collegia, civitas distincta est, & singulis magistratus datus; earum verò, quæ tunc in Collegia artes venerunt, *Notarii* ac juris quidam peritiores, qui fora & judicia regerent, primum locum obtinuerunt, secundum *Mercatores*, *Mensarii* tertium, *Lanificio* deinde *præfecti* & *Sericitio*, *Aromatarii* item ac *Pellarii* subsecuti, quemadmodum *Bartholom. Scala Libro* IV. *Histor. Florent.* memoriæ prodidit. Inde bimestria imperia & duodecim viri instituti sunt; hi *Bonihomines* appellati, additusque eis est Senatus LXXX. civium, quem *Credentiam* vocarunt; mox anno 1279. istorum loco *quatuordecim viri*, autore legato Nicolai III. Papæ, electi sunt, qui annuum magistratum gererent; sed nec hoc institutum diuturnum fuit; anno enim 1282. artificum collegia ea, quam adepti

(a) *Lib. I. Hist. Florent.*

adepti erant, potentia effecerunt, ut in vicem quatuordecim virorum tres tantum, iique ex censu civium præstantiorum, modò vel mercaturam, vel aliam quampiam artem exercerent, deligerentur, qui binis mensibus *Priorum* nomine rempublicam regerent. Horum numerus statim, postquam primi de magistratu decessissent, ad sextenos auctus, processuque temporis ad novenos productus, & palatium eis tributum est, nec magno à prima institutione intervallo, qui Priores dicti erant, *Domini* per excellentiam & majestatis causa audire cœperunt. Postmodum, anno nempe 1292, legum reverentiam adversus nobilium violentiam & prævaricationes sartam tectam servaturi iverunt institutione Signiferi justitiæ, quem suo idiomate *il Gonfaloniero di Giustizia* appellarunt, quique cujusvis magistratus initio ex plebe legeretur, & armata manu leges tueretur, quem in finem mille stipatores sub XX. vexillis ei additi sunt. Perturbata ineunte seculo decimo quarto odiis factionibusque Alborum & Nigrorum, sive Cerchiorum & Donatorum, civitas, ita ut peregrinos aliquandiu pateretur dominos, cum an. 1343. libertatem recuperasset, in quatuor classes divisa fuit, & quartæ cuique parti tres principes præfecti, octoque consiliarii, & horum dimidia pars ex nobilibus, creati sunt; cum verò nobiles novas subinde turbas seditionesque concirent, ab omni administratione reipublicæ tandem exclusi, utque eorum potentia magis magisque infringeretur multi ipsorum cum plebe permixti fuerunt; & permansit denique clavus reipublicæ, postquam infimæ etiam plebi extortus fuisset, penes artifices majoris dignationis, qui etiam nobiles populares audiebant, & minorum gentium opifices, inæquali tamen potestate, donec ad extremum non aliud discordanti usque civitati remedium superfuit, quàm ut ab uno regeretur.

Genealogiam Mediceæ familiæ, quam exhibui novem explicatam tabulis, eaque perfectione, qua antehac quantum scio edita non est, viro Florentino, doctrina & humanitate præstanti, in acceptis fero, cujus nomen dum obsequenter reticeo, maximè veneror; proxenetæ verò, quo eo in negotio feliciter usus sum, nempè *Antonii Magliabechii*, nomen toto orbe cultiore celeberrimum, silentio præteriisse nefas foret. Prima stemmatis tabula duodecim recensentur, qui Priorum sive Dominorum, κατ' ἐξοχὴν sic dictorum dignatione reipublicæ patriæ diversis præfuere vicibus, tresque inter eos Signiferi justitiæ, quos vulgari lingua *Gonfalonerios* audiisse dictum est; Primus inter hos ARDINGUS *Bonagiuntæ* F. fuit, anno 1296, loco secundo eo magistratu, qui bimestris tunc erat, functus; triennio abhinc, nempè anno 1299. ineunte eadem dignitas fratri ejus GUCCIO *de Medicis*, quod nomen si rectè & incorruptè effertur, *Arrigus* sive *Henricus* audit, delata est; gliscente inde ab illo tempore, sicut *Scipio Admiratus* subjecit, domus hujus benevolentia, qua apud concives suos valebat, ita ut tandem supra alias omnes Italiæ, atque usque ad fastigium regii status exaltata fuerit. (*b*) Rediit post octennium, nimirum an. 1307. Signiferi munus ad *Ardingum*: utpote reipublicæ suæ, teste autore modò citato, amantissimum, & aliquid laude dignum in magistratu suo patrandi cupidissimum, quare autor civibus fuit, ut Clementi V. Pontifici Romano, spiritualibus pariter & secularibus armis rempublicam vexanti, arma virosque opponerent, perfecitque ut subitò tria equitum & quindecim peditum millia conscriberentur, quorum equidem destinata Legatus Pontificius stratagemate evertit, quemadmodum apud eundem autorem legere est. (*c*) FRANCISCUS *de Medicis*, Eques Admirato dictus, tertius fuit inter illos, qui Tabula prima recensentur, cui Signiferi dignitas collata est an. 1348, qua tempestate sæva lues internecino genere morbi civitatem depopulabatur.

AD TAB. II.

IN Tabula II. unicus occurrit Mediceus, qui Signiferi munus in republ. Florentina gessit, videlicet JOHANNES, *Bernardini F.* bis eo functus magistratu, nempè medio anno 1333. & labente anno 1340. Inter Triumviros idem deinde fuit, qui ad recipiendam Lucam, à Mastino Scaligero Florentinis an. 1341. venditam,

 missi

(b) *Hist. Florent. Lib. IV.* (c) *Ibid. pag.* 235.

missi sunt, præfectusque est præsidio urbi ab illis imposito, & Equitis honore mactus. Sed id muneris exitio ei vertit; nono enim abhinc mense Lucâ Pisanis, qui acri eam obsidione cinxerant, omnique commeatu intercluserant, deditâ, cùm ea propter malè apud plebem audiret, à Gualterio Brennensi, genere Gallo, qui Athenarum Dux, nudo inanique titulo, vocabatur, atque à Florentinis domestici regiminis pertæsis ad regendam civitatem an. 1342. accitus auram captabat popularem, comprehensus & securi percussus est. (d) Posteritas ab illo orta Florentiæ hodieque viget, & aliquot Equitibus Ordinis S. Stephani fulget, quemadmodum in Tabula videre est, ut adeò in errorem inducti sint autor Gallicus vitæ Hieron. Savanarolæ & Morerius, qui ab illo stirpem Mediceorum Mediolanensium deduxerunt. Hos noster à *Jambono*, Johannis fratre, descendisse arbitratur, sicuti in Tabula notatum fuit, quorum quoniam genealogiam dare nequimus integram, aliqua de iis hoc interseremus loco, alienis tamen usuri verbis, ac primò quidem de Medicûm ad Insubres migratione, quoque loco sedem fixerint, *Josephum Ripamontinm* audiemus, ita *Libro* I. *Decadis* IV. *Hist. Mediol.* fatum: *Mediceorum nomen genusque Mediolani nullum antiquitus fuerat. Pulsi seditionibus ab Florentia commigravere in urbem, cùm patria extorres, quacunque sors tulerat, nominis ejus familiæ dissiparentur. Jacobus Mediolanum casu, sive sponte, delatus, in vico, qui Morouornm dicitur, consedit. Ea Paræcia Sancti Martini est, cui Nusigia gens condito templo cognomen fecit.* Jacobo uxorem è *Rainoldis* illustri & nobili stirpe fuisse *Erycium Puteanum* autorem habemus; natus ex hoc matrimonio *Bernardus Mediceus*, vir fuit, ejusdem elogio, *prudens, gratus civibus, natus negotiis, qui in cura vectigalium provinciæ manceps consenuit*, & inclinante ætate *Cæciliam Serbellonam* è patria & nobili familia uxorem duxit, splendido & mox fæcundo conjugio. Liberi superstites utriusque sexus fuere: mares quinque; *Jo. Jacobus, Jo. Angelus, Baptista, Augustus, Gabriel.* Filiæ duæ *Clara*, quæ Wolfgango Theodorico Altemsio nupsit, & *Margarita* uxor Gilberti Borromæi. Ante reliquos *Jo. Jacobus* Mediolani anno 1498. Idibus Febr. & *Jo. Angelus* an. 1499. Festo Paschatis in lucem editi, qui lucem cæteris atque adeò familiæ laboranti darent. Ille per varios casus, per multa facinora ac discrimina, grande in militia nomen summamque passim autoritatem sibi peperit, ita ut cum maximis sui seculi Ducibus comparari meruerit; à Meleniana sive Mariniana arce, quam à Cæsare accepit, *Meleniani S. Marinianæ* Marchio dictus est, fatoque concessit an. 1555. VI. Id. Nov. nullis ex Martia Ursina è Comitibus Petiliani uxore sua liberis susceptis: alter toga armis antehabita Jurisconsulti titulum cepit, atque in Collegium Mediolanense adoptatus est. Romam deinde profectus cùm Paulo III. Pontifici suam in rebus agendis dexteritatem probasset, Cardinalis ab eodem an. 1549. d. 8. April. creatus, & denique post Pauli IV. Papæ excessum an. 1599. postridie festi Natal. Domin. ad supremum Pontificatum evectus est, *Pius* IV. dictus, decessitque an. 1565. d. 9. Decembr. *Baptista* & *Gabriel* vita præmaturè caruerunt, ille an. 1545. tormento bellico Mandelli prostratus, hic an. 1551. in pugna navali in Lario lacu occisus. *Augustus*, Pontifici fratri admodum invisus, Jo. Jacobo in Marchionatu Marinianensi successit, atque è *Barbara Maina* conjuge sua præter *Cæciliam*, Octavio Gonzagæ elocatam, *Jo. Jacobum* genuit, *tertium Marinianæ Marchionem.* Hoc & *Castalda*, Alfonsi strenui in Hungaria bellatoris filia, decem liberi nati sunt, quos inter natu maximus *Ferdinandus, quartus Marinianæ Marchio*, Merzagoræ Senatoris Mediolan. filiam in matrimonium duxit, stirpemque haud dubiè propagavit. (e)

Cum in Tabula II. occurrant, qui è gente Medicæa in Græciam larem transtulerunt, civilibusque pariter & Ecclesiasticis dignitatibus illic fulserunt, tacendum non est, PETRUM, *Lapi filium*, expeditioni instinctu Romani Pontificis adversus Saracenos in terras Orientales susceptæ, vulgò *Cruciatæ* appellatæ, nomen dedisse, atque ob fortitudinem suam Neapoli in Romania ab Imperatore Constantinopolitano præfectum fuisse, scuto præterea suo *caput hominis* Saraceni, tanquam militare decus & victoriæ de is reportatæ monumentum, adjecisse.

(d) *Aretin. Hist. Flor. Lib. VI. Ammirat. Lib. IX.* (e) *Eryc. Puteanus. Hist. Cisalpin. Thuan. Hist. Lib.* 16, 36. & 38.

AD TAB. III.

BONINUS *Medices*, Philippi, qui Tabulam III. orditur, filius, fupremum Florentiæ magiftratum, quo nomine Admiratus Vexilliferatum Juftitiæ denotat, anno 1312. geffit, ea tempeftate, qua urbs ab Henrico Luzemburgico Imperatore, Româ redeunte, obfeffa, fed auxiliis fociorum illiufque morte ultimo difcrimini erepta fuit. JOHANNES, Bonini è fratre Alamanno nepos, eidem muneri ineunte an. 1352. admotus & immortuus eft, anteà legatione apud Regem Hungariæ functus, qua Equeftrem dignitatem promeruit. (*f*)

SILVESTER *Medices*, Johannis frater, maximam in republ. Florentina confecutus eft auroritatem: prima inclarefcendi occafio data ei fuit legatione, quam an. 1336. una cum Francifco Baldovinetto Venetiis obiit, fœderi cum ifta civitate adverfus Maftinum Scaligerum pangendo. Deinde cùm à Johanne Vicecomite, Principe & Archiepifcopo Mediolanenfi, Florentiæ periculum immineret, Scarperiam cum aliis miffus eft, ut defenfioni ejus invigilaret, caftrique fervati præmium, Equeftrem dignitatem, retulit. Quàm amans effet patriæ, egregium edidit fpecimen, cum an. 1360. conjurationis, à quibufdam malè erga rempubl. animatis factæ, cujus frater quoque ipfius *Bartholomæus Medices* confors erat, index fuit. (*g*) Bis poftea fummum geffit magiftratum, cumque altera vice, anno 1378. is ipfi delatus effet, ad rempublicam in tranquilliorem, ac utebatur, ftatum reducendam fetiò animum appulit, & frænum legi monitoriæ imponere conftituit. Hæc introducta fuerat potentioribus in ordinem redigendis, eaque notati à dignitatum adminiftratione arcebantur, & *Admoniti* vulgò nuncupabantur, *quafi moniti effent*, ut habent Aretini verba, *ne magiftratum inirent, utpote declarati inhabiles ad reipubl. honores fufcipiendos.* Illa verò lex immodicè exercita, perque multos vagata cives, vehementer civitatem turbarat; Silvefter itaque, emendaturus prolapfam rem, aliam promulgavit legem, cui cum non deeffent qui refragarentur, majores turbæ exortæ funt: plebs enim ac multitudo urbana, jam pridem infenfa & tunc ob hoc ipfum erecta, populari furore ad ædes illorum, qui legem monitoriam exercuerant, decurrit, ignemque eis injecit, viros quoque deletura, fi eos nacta fuiffet; fed illi metu cedentes partim fefe abdiderant, partim profugerant; ita quidem lex perlata, & admonendi notandique finis impofitus eft; fed ficut dictus autor fubjicit, *infimæ fortis homines facti funt domini civitatis, dumque ille paucis admonitis fuccurrere voluit, familiam fuam & omnes fui fimiles dignitate fpoliavit, & temeritati multitudinis concitatæ fubjecit.* (*h*) Inter pofteros Silveftri Medicis, de quo jam dictum eft, duo numerantur Vexilliferi Juftitiæ, ALAMANNUS & JACOBUS fratres, Bernardi filii; prior anno 1483, quo omnis bello ardebat Italia, id muneris fuftinuit, alter fub initium anni 1490, infignis hieme gelida, adeò ut fuper Arno gelu concreto & durato diabatris per tridui fpatium curri potuerit. (*i*)

PETRI *Medicis*, Orlandi filii, Vexilliferatus incidit in tempus tranquillum, quo pace domi forifque Florentia fruebatur; annum verò 1519, quo filius illius PAULUS eam geffit dignitatem, mors Laurentii Medicis Ducis Urbinatenfis funeftavit.

LEONARDUM *Medicem*, Bernardi filium, ad Epifcopatum Foroliviensem à Leone X. Papa anno 1519, d. 14. Mart. provectum effe *Ughellus in Italia Sacra* memorat, cùm prius metropolitanæ Florentinæ Canonicus fuiffet, illam verò rexiffe Ecclefiam ufque ad an. 1526, & deinde ad arbitrium Clementis VII. eo munere fe exfolviffe.

AD TAB. IV.

INter Medicæos Tabula IV. enumeratos VERUS, Cambii F. clarus inprimis factus eft: cùm an. 1378. refpublica Florentina belli adverfus Gregorium Pontificem

 Rom.

(*f*) *Ammirat. Lib. Vet. X.* (*g*) *Id. Lib. XI.* (*h*) *Aretin. Hift. Flor. Lib. IX. Conf. Machiavel. Hift. Lib. III.* (*i*) *Ammirat. Lib. XXVI.*

Rom. gesti, & incommodorum, quæ ex eo in ipsam redundarunt, pertæsa, pacem ab Urbano, Gregorii successore, petere, eumque in finem octo ad eum legatos mittere constituisset, Verus Mediceus in horum fuit numero, atque in partem venit laudis, quam illi ob redditam patriæ cum sancta sede pacem reportarunt. Anno 1392. supremum civitatis magistratum gessit, ludis equestribus, in foro S. Crucis ob pacem cum Jo. Galeatio Vicecomite Mediolanensi factis, insignem. Anno proximè secuto egregium continentiæ & constantiæ documentum dedit, cùm adversus Masonem Albizium Vexilliferum justitiæ, potestate sua ad privatam abusum vindictam, classes opificum ac plebs seditionem concivissent, atque ipsius ad ædes confluxissent, precati ut, sicut antehac Silvester Medices civitatem à Petri Albizii tyrannide liberarit, ita ipse eadem stirpe, libertatis publicæ vindice, satus, remp. moderandam in se recipere, tyrannidemque Masonis eorumque civium, qui bonum bonosque ipsos subverterent, à cervicibus ipsorum amoliri dignaretur. Nimirum Verus Medices ab obitu Silvestri ejus familiæ primus habebatur, poteratque, *Machiavello* referente, si plus ambitioni, quàm integritati, tribuere voluisset, facilè Principatum totius reipublicæ ea occasione in se transferre, nec deerant, qui illi quid posset exponerent, stimulosque subderent, quo nomine ab eodem autore *Antonius Medices* memoratur; sed maluit ille regere dictis seditiosorum animos, eisque ad Palatium deductis, blanda Dominos oratione officii admonere sui. Hi laudare in speciem Veri integritatem & rogare populum, ut ab armis discederet, & meliora speraret; sed diversa omnia evenere; namque tyrannis stabilita, cumque Donatus Acciajolus vi contra eam aperta frustra nisus esset, non ipse tantum in exilium relegatus est, sed etiam Medicei omnes, qui ab *Alamanno* originem ducebant, urbe ejecti sunt. (k) Ex nepotibus Veri Medicis CAROLUS & ATTILIUS Vexilliferatu justitiæ functi sunt, nulla re memorabili insignito.

De *Philippo Medice*, Veri filio, Veri Signiferi pronepote, hæc in *Ughelli Italia Sacra* leguntur: PHILIPPUS *Mediceus, Episcopus Aretinus, ad Pisanam Ecclesiam translatus est an.* 1461. *d.* 14. *Jan. Is à republ. dum Episcopatum Aretinum gereret, plurimis legationibus adhibitus fuit; cum verò ad Pisanum Archiepiscopatum pervenisset, in Galliam ad Carolum Delphinum, Galliæ recens Regem, legatus cum Bonacursio Pythio & Petro Pactio, mox ad Paulum* II, *ut nuper adeptum dignitatis apicem gratularetur, summam apud cives famam gratiamque sibi conciliavit, adeò ut resp. summis precibus, repetitisque literis à Pio* II. *flagitaret, ut ipsum ad Cardinalatum eveheret, atque à Sixto* IV. *dignitatem obtinuisset, ui mors importuna ea consilia obruisset anno* 1474. *Extat nummus ab una parte ejus effigiem, cum scutulo gentilitio octo orbiculorum & inscriptione:* Philippus de Medicis Archiepiscopus Pisanus; *ab altera extremi judicii speciem repræsentans, in qua legitur:* Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. (*l*)

AD TAB. V.

VEntum jam est ad illum stirpis Mediceæ ramum, qui præ cæteris effloruit, seque extulit: AVERARDUS, Averardi F. tum genere, tum virtutibus suis, sicut *Admiratus* literis prodidit, clarus, cum in negotiis reipublicæ strenuum solertemque se præbuisset, summo mactus est magistratu; quem iniit anno 1314. ad finem vergente. (m) Proavus is fuit JOHANNIS, cui patronymicum *Biccii* addi solet: hunc primum ex familia Medicea sub crebris Dictaturis, indeque exortis harum partium persecutionibus oppressa, emergere denuò cæpisse, *Machiavellus* refert, siquidem, ut porrò habent interpretis ejus verba, (n) *locupletissimus, ipsaque natura mitissimus pariter & humanus, eorum convenientia, qui rempubl. regebant, ad summum magistratus culmen conscenderat, quæ quidem res universim maxima cum lætitia excepta celebrataque fuit, quod nimirum plerisque videretur sibi ea ratione defensorem paratum, ut id prudentioribus non abs re magnæ suspicioni fuerit: antiqua enim studia omnia reviviscere videbantur. At ille sibi* *summo*

(k) *Machiav. Hist. Fl. Lib. III. Ammirat. Lib. XVI.* (l) *Ital. Sacr. Tomo III.* (m) *Lib. V.* (n) *Lib. IV.*

summo studio temperabat, ne fortè illis animum adderet, qui sub ipsius auspiciis res novas moliri conarentur, notumque omnibus esse volebat, non se partibus alendis, sed iis potius exstinguendis invigilare, neque aliud quidquam ab ipso exspectandum, quàm concordiam civium sibi cordi esse. Itaque nec honores unquam petiit, omnes tamen adeptus est, Palatium nunquam nisi vocatus accessit; à pecuniæ etiam privatæque utilitatis studio abhorruit, publici verò commodi studiosissimus fuit, cujus virtutis illa maximè tempestate, qua civitas gravi bello, quod cum Philippo Duce Mediolanensi gessit, affligebatur, documentum dedit: cum enim cives diuturnæ ob impensas bellicas exactionis pertæsi in id convenissent, ut illa ad æqualitatem reduceretur, atque ex cujusque fortunarum ratione deinceps peteretur, singulaque centena dimidium florenum penderent, opulentiores verò, quibus illa exactionis norma haud arridebat, eam etiam nondum promulgatam improbarent; solus *Joannes Medices* eam publicè laudavit, adeò ut ea tandem perficeretur. Quamvis verò munificentiæ effusissimus esset cunctis benignè faciendo, ditissimus tamen obiit, sed magis fama optima ac benevolentiâ pollens, ita ut sui universum summum desiderium post se reliquerit.

COSMUS *Medices*, Johannis F. eum non tantùm opibus, à patre acceptis, atque ex mercaturæ honestæ & liberalis quæstibus in immensum auctis, supra omnes in patria emineret, sed etiam ingentibus animi atque ingenii dotibus polleret, prætereaque eximia erga omnes beneficentia uteretur, & singula reipublicæ munera pari prudentia & integritate obiret, maximam quidem laudem & benevolentiam apud bonos cives omnes consecutus est, ita ut brevi civitatis princeps & publicorum arbiter consiliorum evaserit; sed non minorem potentiorum, eorumque qui reipublicæ præerant, invidiam excepit; unde cuncti ad eum opprimendum consenserunt. Dux & autor his erat Rainaldus Albicius, is Bernhardum Guadagnium Vexilliferum, cui ad hanc obtinendam dignitatem debita ejus publica exsolvendo planam fecerat viam, perpulit, ut Cosmum in jus vocaret, eumque, dum sua fretus innocentia comparuisset, in vincula conjiceret, id intentans, ut de vita ejus decerneretur; at Cosmus capitis periculum eadem qua Rainaldus usus erat arte avertit, corrupto nimirum præsenti pecunia Vexillifero, per Farganaccium quendam hominem festivum & facetum, isti familiarissimum, quem custos Fridericus Malovotius Cosmi exhilarandi gratia ad cœnam vocaverat. Itaque salvo è custodia discessit capite, & exilio tantum quinque annorum multatus est, unà cum fratre *Laurentio*, agnatoque *Averardo* & hujus filio *Juliano*: omnis etiam Mediceorum gens, sola Veri posteritate excepta, ad privatam sortem decennii spatio tolerandam redacta; id quod anno 1433. contigit. (*o*) Sed hæc calamitas in amplitudinem & stabilimentum dominationis illi vertit: cum enim ea immerenti ex invidia illata crederetur, ita brevi in ipsum accensus est civitatis favor, ut ab exilio cum omnibus, qui secum patria ejecti fuerant, reducto, & maxima omnium lætitia & fausta acclamatione *Patris Patriæ* excepto, tantum non nomen usque regni delatum fuerit. Primæ exinde Cosmi in reipublicæ administratione fuerunt partes, dum vixit; vixit autem ad ultimam senectam, tanta æquitatis & moderationis gloria, ut & publico decreto moriens *Pater patriæ* appellatus, hocque encomium tumulo ejus in æde Laurentii, quam instauravit, inscriptum sit, hac tamen parte infelix fuisse dicendus est, quod potentiæ hæreditatem filio valetudinario, eamque ob rem neque publicis neque privatis negotiis pari, reliquit, postquam alterum IOHANNEM, in quo ipsi plus spei erat, amisisset. Non tempero mihi quin ex amplissimo, quo *Nic. Machiavellus* in *Historia sua Florentina* paulò post initium Libri VII. eum ornavit, elogio aliqua subjungam: *Fuit*, inquit, *Cosmus omnium civium, quos non modò Florentia produxit, verùm etiam quotquot unquam Respublicæ togatæ, quarum memoria superest, extitere, celeberrimus: adolescentiam gessit sollicitudinis & discriminis plenam, sicuti ex ipsius vinculis, exilio, mortisque præsenti periculo, videre licet, quibus accessit, quod ex Concilio Constantiensi, quò Pontificem Joannem comitatus fuerat, post ejus exauctorationem, ipsi, aliena veste obtecto, fuga salus quærenda fuerit. Verum ab anno ætatis quadragesimo, adeo prospera fortuna uti cœpit, ut non modo illi, qui publicæ rei causa ipsi jungerentur; verùm etiam, qui per universam Europam ipsius res gerebant, ejusdem fortunæ participes fierent, multæ*que

(o) *Ammirat. Hist. Flor. Lib. XX.*

que familiarum Florentinarum inde immensum locupletarentur, quod Tornabuoniorum, Benciorum, Portinariorum & Saffettorum familiæ, abunde fidem facere queant, post quos præterea ii, qui ab ipsius consiliis fortunisque pendebant, omnes adeò divitiis excrevêre, ut licèt in templorum, aliorumque ædificiorum structuras, atque eleemosynas, immensam auri vim indies erogaret, nihilominus aliquoties apud amicos quereretur, se nunquam eousque largiendo in Dei honorem progressum, ut Deum rationibus suis debitorem haberet.

Erat habitu corporis mediocri, colore fusco, aspectuque venerabili, Doctrina nulla imbutus, verum eloquentissimus atque uaturali scientia dotatus, eamque ob rem erga amicos officiosus, erga egenos misericors, in conversatione utilis, in consiliis cautus, in exsequendo promptus, in dictis atque responsionibus acutus pariter & gravis. Magna etiam benevolentia literatos doctosque prosequebatur, eamque ob rem Argiropolum, virum Græcum, eoque sæculo magno in precio habitum, conduxit, quo juventus Florentina Græcas litteras edoceretur. Alebat porro in ædibus suis Marsilium Ficinum, alterum Platonicæ Philosophiæ patrem: eumque summo amore prosequebatur, tandem quo is commodius studiis suis vacare, ipseque magis ex senteutia eo uti posset, eum amœnissimo prædio, quod ipsius ad Careggium contingebat, donavit. Atque hæc quidem viri prudentia, divitiæ, ratio vivendi, atque fortuna effecerunt, ut à civibus tam amaretur quam metueretur, atque porro à Principibus non modo Italiæ, verum etiam universæ Europæ, maxima in existimatione haberetur, unde quidem ipsius posteris licuit, non modo virtutem ipsius æquare, sed etiam fortunis eum anteire, eaque autoritate, qua Cosmus Florentiæ pollebat, non tantum in urbe, verùm etiam in orbe Christiano potiri.

PETRUS, Cosmi F. octo, quibus patri superstes fuit, annos inter civiles discordias morbosque peregit; civium tamen odia, quæ credita patris excutiendo & nomina exigendo contraxit, insidiasque ab inimicis conjuratis sibi structas declinavit & superavit; sicque vindicata pro virili dignitate & conservato civitatis principatu, ætatis anno LIII. è vivis excessit, duobus præstantissimæ indolis filiis post se relictis, *Laurentio & Juliano*, qui cùm cæteris rebus memorabiles fuere, tum singulari in eo fortuna, quod *uterque filium Pontificem Maximum* genuit. Propè vero est factum, ut Principatum à patre relictum amitterent: jam enim universa civitas ad Thomam Soderinum, qui inter primos reipublicæ moderatores eminebat, & summæ fama prudentiæ passim valebat, se convertere, eumque tanquam caput reipublicæ observare cæpit; at ille sua Mediceorumque conditione recta expensa trutina, quum saluti & tranquillitati patriæ magis conducere reputaret, Mediceos principatum tenere, quàm sese, dignitatem suam post incolumitatem reipublicæ ducens, autor civibus fuit, ut Petri Medicis filios quamvis juvenes observarent, Mediceæque autoritatem familiæ servatum irent. (p) Atque hujus suasu, & Laurentii Medicis modesta aptaque oratione, qua is Soderini sermonem excepit, permota civitas gubernacula reipublicæ in illum contulit. Fuit LAURENTIUS (*Antonii Mariæ Gratiani* verbis ex eleganti ejus *de Casibus Virorum Illustrium* Commentario excerptis laudes illius rerumque gestarum summa capita recensebo) avô quàm patri similior, nec eo ulla inferior laude, artes quoque ipsius, quæ in patre obsoleverant, „juvenis retulit. Tantumque illi sive industriæ, sive naturæ ad promerendam hominum „gratiam fuit, ut usurpans cum omnibus, etiam tenuioribus civibus, ex æquo officia, „& auctoritatem in summa comitate retineret, & potentiam sine invidia tueretur. „Et quidem nullæ ei civiles virtutes videntur defuisse. Literas non coluit modò, sed „viros ætatis ejus famâ eruditionis clarissimos penes se habuit, & Bibliothecam à „Cosmo avo institutam copia delectuque optimorum librorum locupletavit: quos „tota Græcia per idoneos homines magno sumptu studioque conquisitos Florentiam „comportandos, multosque eorum in Latinum à doctissimis hominibus vertendos, „edendosque publico bono curavit. Atque ipse cùm omnes attigit liberales doctrinas, „tum Græcæ Latinæque, & maximè Etruscæ linguæ, studio excelluit; in qua extant „ab eo scripta poëmata egregiè culta, plenaque acuminis & suavitatis. Et quanquam „domi quàm militiæ, in toga quàm in armis clarior sit habitus, tamen ne hujus „quidem expers gloriæ fuit. Ligustico bello cum ignavia atque inscitia Prætorum res „parum prosperè administrarentur, veniens ipse in castra, Petrosanctenses, qui cum Ligu-

(p) *Machiavell. Hist. Flor. Lib. VII.*

,, Liguribus sentiebant, egregiè perdomuit, & Sergianum permunitum oppidum de
,, Genuensibus recepit; & Volaterranos, qui occiso Florentinorum Prætore, atque
,, armis sumptis, superbe rebellarant, ducto ad obsidendam eorum urbem exercitu,
,, omnibus belli cladibus affectos expugnavit, punitisque severè auctoribus, multata-
,, que civitate, redire ad imperium subegit; & in conventu, qui propeomnium Ita-
,, liæ Principum, ad Venetorum reprimendam vim, Cremonæ est habitus, ita dici-
,, tur de tota ordiendi gerendique belli ratione scienter apteque disseruisse, ut à pe-
,, ritissimis Ducibus, qui in Consilio aderant, unus præcipuam bellicæ prudentiæ
,, laudem tulerit. Verùm magnâ ingenii atque omnium virtutum famâ florentem,
,, quæ rerum humanarum inconstantia est, fortuna gravi perculit vulnere, in summum-
,, que dignitatis ac vitæ discrimen adduxit; ut inde ereptus dominatum patriæ firmi-
,, ori suorum gratia stabiliret. Huic fortunæ duabus maximæ rebus ortæ causæ tra-
,, duntur. Altera quod Claricem ex Ursina familia, nobili Romæ & suis & factionis
,, opibus præpotente, uxorem duxit, quò fastidire civium suorum nuptias, ut im-
,, patium, & externis præsidiis munire sibi regnum visus, multorum animos offendit.
,, Altera, quod Sixtum IV. Pontificem Maximum in se magnopere irritavit, cùm in
,, petitione Cardinalatûs pro Juliano fratre summa ope contendens, repulsam passus,
,, Vitellios, Tiferratum tyrannide invadentes, atque ob id hostes à Pontifice judi-
,, catos, veluti in ultionem pecuniâ auxiliisque juvisset, atque omnibus inde Sixti
,, consiliis se objecisset. Hinc conjuratio in cædem ipsius fratrisque erupit, tantò cæ-
,, teris atrocior, quantò validiores auctores atque Duces est nacta. In qua non Prin-
,, cipes modò civitatis, Pactii, Salviati, Bandinique fuerunt, sed Hieronymus quo-
,, que Riarius, sororis filius Pontificis, qui cùm summâ esset apud avunculum gratiâ,
,, vim quoque ac pondus ipsius in partes trahere videbatur. Ad facinus, sua sponte sæ-
,, vum, addidere contemptum sacrorum, ipso in templo atque ante aras, cùm maxi-
,, mè res divina fieret, peragendæ rei delecto tempore, atque ipsa hostia, cùm po-
,, tissimum eam Sacerdos supra caput attollens adorandam populo præbet, signo ex-
,, surgendi aggrediendique juvenis constituto. Et Franciscus quidem Pactius, ac Ber-
,, nardus Bandinus, quibus Juliani cædes mandata fuerat, edito signo infestis sicis in-
,, tentum mysteriis, ac genibus nixum, adorti, celeriter confecerunt: Laurentius, vul-
,, nere in cervice accepto, protegentibus, & corpora sua objicientibus amicis, in pro-
,, ximum sacrarium evasit: quo incolumi nuntiato, pollutæ religionis scelus omne in
,, insidiatores recidit. Nam populus jacentis ac fœdè trucidati Juliani aspectu, contra
,, quam conjurati speraverant, misericordia atque ira concitatus, libertatis nomen
,, ingeminantes aspernatus est, eoque eventu pro Mediceis arma cepit, ut conjurati
,, omnes variè comprehensi ex templo injectis gulæ laqueis è curiæ fenestris suspensi,
,, turpissimo supplicio necati fuerint; eòque indignantium furor proveheretur, ut ne
,, ipsi quidem Francisco Salviato Pisanorum Archiepiscopo parcerent; quem, ut erat
,, in lintea sacerdotali veste, fractis cervicibus è fenestra suspenderunt. Tantaque sæ-
,, vientium, & sumere de sontibus pœnas festinantium, aviditas fuit, ut cùm non ca-
,, perent fenestræ ipsæ pendentium numerum, restes præciderent, præcipitarentque non-
,, dum exanimes in forum, quò locus aliorum suppliciis, qui subinde rapiebantur, foret;
,, ac decidentes excipiens vesana plebs laniaret, uncisque tractos in profluentem Arnum
,, projiceret. Unus evasit Bernardus Bandinus, Juliani interfector, qui cùm se iam advet-
,, sis partium rebus nusquam satis tutum existimaret, ad Turcas Constantinopolim pro-
,, fugerat: sed ne quid fanciendæ Mediceis dominationi, aut vindicandæ Juliani cædi deesf-
,, set, inde quoque retractus, iisdem fenestris pari supplicio est interfectus: sive eum
,, Turcæ dediderint, sive Florentinus mercator fraude intercepetit, quem ferunt, dedita
,, opera, per speciem ferendarum mercium eò appulisse, Bandinumque pro veteri amici-
,, tia benignè in navim invitatum elam cepisse, ac protinus solutis inde anchoris aspor-
,, tasse. Laurentius, post sedatum tumultum, obligato vulnere in forum atque curiam
,, progressus, magno populi clamore salutem illi gratulantis accipitur. Atque ipse accensa
,, in se hominum studia gravi aptaque oratione adeò inflammavit, de sua modestia
,, atque innocentia verè magnificeque prædicando, ac de insidiis & crudelitate inimi-
,, corum moderatè querendo, ut dubiis quoque civibus in partes traductis concilia-
,, tisque, potentiam firmissima omnium benevolentia sibi communicrit; bellumque
,, ipsum, quod inde sævum atque atrox est secutum, uno maximè memorabili faci-
,, nore in gloriam suam verterit, & civitatem ipsam singulari beneficio devinxerit.

Sixtus

„ Sixtus enim Pontifex ob violatum, atque indicta causa tetro supplicio affectum „ Archiepiscopum, Laurentio Florentinoque populo sacris interdixerat, & socio belli assumpto Ferdinando Neapolitanorum Rege, æquè Florentinis infenso, ac proferendi imperii cupido, eos armis prosequebatur. Qui improspero icti prœlio, pulsis fugatisque eorum Ducibus, hinc Sixti copiis, hinc Alfonso Ferdinandi filio, acerrimo juvene, cum infesto exercitu irrumpente, gravi & periculoso bello premebantur. Et Sixtus Ferdinandusque ad conflandam Laurentio apud cives invidiam, discordiamque serendam, non Rempubl. ab se, sed injustam unius dominationem oppugnari prædicabant, veroque in eum odio ferri videbantur. Laurentius omnibus simul difficultatibus circumveniebatur; & cùm adversum pugnæ casum passus, æquè & infestos foris hostes timeret, & domi civium constantiæ diffideret, consilium à necessitate anceps, & famam gratiamque ex eventu habiturum, cepit. Profectus Pisas conscendit naves, & Florentiam renuntiari Magistratibus jubet, quò omnibus constaret, incolumitatem civitatis sua sibi salute cariorem esse, iri se ad hostem, aut pacem domum relaturum, aut bellum suo unius capite redempturum. Perrexit inde duabus cum triremibus Neapolim, ac præmisso, qui fidem acciperet, tutò venturum, inopinatò Regem adiit: A quo primùm ut hostis, nequaquam placatè acceptus, tantâ dicitur gravitate atque eloquentia de statu Italiæ, de liberarum civitatum Regulorumque studiis, ac de Regis ipsius utilitatibus ex Florentinorum amicitia, orationem habuisse, ut Ferdinandus ab ira atque hostili animo in admirationem ingenii virtutisque ejus conversus, pacem fœdusque cum eo Florentinoque populo ex usu utriusque composuerit, statimque miserit, qui Alfonsum filium deducere ex Etruria exercitum juberet. Et Laurentius Florentiam rediens exoptatæ pacis auctor summis omnium studiis, pietatem ejus erga patriæ salutem, industriam virtutemque prædicantium, est acceptus: tantaque inde auctoritate atque opinione prudentiæ inter omnes Europæ Reges vixit, ut causam turbatæ in Italia pacis, adventusque Gallorum, ex quo orta bella, continuataque multos per annos non Italiam modò, sed orbem terrarum magnis cladibus involverunt, in mortem ejus conferant rerum Scriptores; adeò cura illius vigilantiaque in exæquandis Principum Italiæ viribus, ne quis supra cæteros sese efferret, enituit. Mortuus est tertium & quadragesimum agens annum magno nomine ac desiderio sui apud omnes relicto.

Ex tribus filiis, quos Laurentius Medices è Clarice Ursina suscepit, PETRUS ætate prior in Principatu successit, dissimillimus patri, quem etiam perspectis filii moribus, à civili æquabilitate ac majorum suorum modestia abhorrentibus, cum lacrymis inter suos dixisse ferunt, *eum aliquando sibi familiæque exitio futurum.* Et implevit Petrus fatale præsagium, ita ut inconsultè ac temere cuncta agendo non sibi tantum familiæque, sed universæ etiam Italiæ, Iliadem malorum attraxerit: namque civiles mores, studia civilia ipsi sordebant, curiam frequentare, magistratum obire, publicis fungi muneribus tædio ei erat, alloquia civium fastidiebat, inanibus ex adverso armorum ludis, venationibus, aucupiisque & matronarum amoribus sese occupabat; & cùm pater vim dominationis strenuè occupans, speciem invidiamque egregia moderatione declinare solitus esset, Petrus ostentare quàm habere regnum videbatur malle; spretisque optimaribus rempubl. domestico paucorum consilio administrabat, & nova ex horum instinctu suaque libidine fœdera inibat; at cùm Virginii Ursini, cognati sui, consiliis inductus, se totum ad amicitiam Aragoniorum Regum Neapolitanorum applicaret, & deinde Romæ, ubi Regum liberarumque civitatum Italiæ legati ad venerandum novum Pontificem Alexandrum VI. convenerant, vastum atque immoderatum, quem gerebat animum, nimium quantum apricarus esset, Ludovicum Sfortiam, qui Mediolanensem Principatum tunc usurpabat, & rei Italicæ arbitrium æque ac ille affectabat, tanta perstrixit diffidentia & suspicione, ut is ad præceps & calamitosum illud consilium delaberetur Gallos in Italiam evocandi, quod inde & ipsum Sfortiam & Petrum & Aragonios Reges continenti pervertit ruina. (q) Equidem usque dum Gallica ingruit tempestas, Petrus Medices summum autoritatis gradum Florentiæ utcunque tenuit; sed illa Etruriæ incumbente, cùm præpropera desperatione Regi Galliæ obviam profectus imperata, inconsulta civitate, fecisset, tanta rediens exceptus habitusque est contumelia, ut consilii inops protinus

(q) *Guicciard. Lib. I.*

nus fuga salutem quæreret, & facta principatus, patriæ, penatum bonorumque jactura, Bononiam se proriperet, quò mox fratres cum Julio patrueli, pari correpti timore, eum secuti sunt, Florentinis eos hostes publica proscriptione & capitum licitatione judicantibus, ædes eorum diripientibus, & libertatem arripientibus, die XV. Kal. Dec. an. 1494. Petrus inde in exilio decem erravit annos: cum enim præpropero Bononia Venetias discessu restitutioni suæ, à Carolo Rege jam decretæ, obsuisset, iterumque aliam, dum ista in urbe ageret, repetendæ patriæ occasionem elabi passus esset, omnia deinde tentanti molientique prosperè nihil successit, interiitque tandem ignobili mortis genere, submersus in Liri amne post cladem Gallis, quibus militabat, ab Hispanis illatam, & fluctibus haustus. Reliquit melioris aliquantò fortunæ hæredem LAURENTIUM filium. Hunc Leo Pontifex, ejus patruus, Juliano fratri in regimine reipublicæ Florentinæ surrogavit, postea Urbinatensi Ducatu, ejecto ob veterem offensam Francisco Maria Feltrio, donavit; quo ab isto exinopinato iterum exutus, cum eum non sine multo labore ac sumtu recuperasset, morbo lethali, ab juvenili intemperantia concepto, Florentiæ interiit, ducta paulò antè uxore è Gallia, Regiæ cognationis, quæ post decimum ferè mensem maritum ad vitæ exitum ultro festinantem quinque diebus antecessit, in supremo morbi impetu puellam enixa, quam in regium inductam torum secura vidit ætas.

JOHANNES *Medices*, Petri frater, prætexta nondum posita, annum ætatis decimum quartum agens, purpura ornatus & *Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica* creatus est ab Innocentio VIII. Pontifice, cujus gnato soror illius matrimonio juncta erat; ea dignitas adjumento ei fuit ad perditas familiæ suæ res restaurandas; magis tamen animus, quem magnum & erectum optimeque contra pertinacis fortunæ insultus paratum perpetim habuit, ita ut ea tandem vel defatigata, vel pudefacta, jam cum inopia colluctanti subvenerit. Factus enim est inexpectato Julii Papæ beneficio Bononiæ legatus, atque ei simul magnus exercitus, bello adversus Gallos gerendo, attributus. Quamvis verò eo ipso bello adversum iterum expertus sit casum, captus à Gallis in claro apud Ravennam prœlio, contigit tamen ut fortunæ beneficio duorumque virorum, *Rainaldi Zattii & Vismbardi*, opera, ad ipsas Alpium radices, jam jam in Galliam transportandus, & diuturno fortassis carceri mancipandus, viam elabendi reperiret. Cùm Romam rediisset, mox Bononiam, quæ mutata Gallorum fortuna, amotis Bentivoliis, sub imperium Pontificis Rom. reversa erat, se contulit, ut legatione sibi demandata ibi fungeretur, missoque Mantuam, ubi ad constituendam Italiæ pacem conventus agebatur, fratre suo Juliano, perfecit, ut ibi propensissima omnium voluntate de reducendis Florentiam Mediceis decerneretur; itaque licèt *Petrus Soderinus*, quem Florentini propter eximiam prudentiæ ejus opinionem è Vexillifero *Dictatorem perpetuum* an. 1502. constituerant, arte & argento obnixè omnia faceret, ut id averteret, attamen adnitente Julio Papa, quo iste ob patrocinium Pisano Concilio commodatum inimico utebatur, bellum in Etruriam Duce Cardona translatum, Pratoque capto ac direpto tantus Florentinis incussus est terror, ut illi, consilio deponendi magistratum Soderino insinuato, & isto eis obsequuto, curiaque & urbe egresso, Mediceos eodem die, qui XIV. Septembr. anni 1512. erat, lætis in eam introducerent acclamationibus, decimum octavum post annum, ex quo fuerant pulsi. Ita reduces facti ad demulcendos civium animos, virum popularem, *Joh. Bapt. Ridolfum*, Vexilliferum crearunt, sicque rempubl. ordinarunt, ut sub umbra libertatis & magistratuum autoritas & vis dominationis penes se familiamque ipsorum esset. Post tres menses conspiratione *Augusti Caponii & Petri Pauli Boscoli* contra Mediceos feliciter detecta, & illorum supplicio oppressa, audiraque eodem tempore Julii Papæ morte, Johannes Medices Romam, modicis ob abscessum, quo in ima sede laborabat, itineribus, abiit, & licèt postremus omnium Conclave ingressus esset, studiis tamen Cardinalium juniorum florente ipse ætate ad Pontificatum maximum evectus, & LEO X. appellatus, trigesimoque post creationem die, qui erat undecimus Aprilis an. 1513. ad Lateranum coronatus est, maxima pompa, qualem à Gothicis temporibus Romæ non esse visam *Jovius* tradit. Quæ ab eo in Pontificatu novem prope annorum acta sunt domi & foris, moresque ejus sacro, quo eminuit, munere dignos indignosque & omnem vitæ ejus rationem scriptor modo citatus *in Commentario de ipsius vita* scitè, graphicè & ingenuè expressit retulitque; hic verò scripturæ modus enarranda non recipit. Mortem in robore ætatis obiit, non sine suspicione veneni à *Barnabove Malaspina* pocillatore accepti;

fratribus tamen alteriusque ex iis filio unico superstes factus. *Guicciardinus*, cordatus autor, hoc de eo judicium historiæ suæ inseruit: *in eo principe multa laude, multa pariter vituperatione digna extiterunt: de se quoque expectationem, cum ad Pontificatum est assumptus, vehementer fefellit: major enim in illo prudentia, sed longe minor quàm ab omnibus censeretur probitas, apparuit.* (r)

JULIANUS *Medices*, Petri & Joannis frater, Laurentii Magnifici filius natu minimus, *à quodam omnium virtutum concentu mortalium*, Jovii elogio, *jucundissimus*, ordinata post reditum in patriam republica, *nihil sese*, ut ejusdem autoris verbis iterum utar, *ad principalem fortunam, cunctis una modestia gratissimus, extulit, & reipublicæ munera paterno exemplo sine satellite, innocentia fretus, obiit.* Fratre ad summum rerum humanarum apicem evecto, magno assensu & ambitione populi Romani, Romana civitate donatus, nec multò pòst in spem sobolis *Philiberta Caroli Sabaudiæ Ducis soror, Francisci Galliæ Regis amita*, matrimonio ei juncta est, quam demum uti sine dote expetiram, ultrò regiis exornatam muneribus, præmisso ad Nicæam insigni comitatu Romam accivit. Pontificii deinde exercitus contra Franciscum Galliæ Regem Imperator à fratre appellatus, & vexillo sceptroque accepto ab urbe in Galliam Cisalpinam maturare jussus, Florentiæ febre correptus, ejusque pertinacia extinctus est, nulla ex Philiberta uxore prole suscepta; (s) notho autem post se relicto, quem Urbini exul ex nobili vidua susceperat, atque à matre admissi stupri pudore impio necari jussum ancillæ misericordia servavit. HIPPOLYTUS, hoc puero nomen inditum, triennis cum nutrice Romam venit ad Leonem Pontificem patruum, ibique literis liberaliter institutus, ad Poëtices Musicæque studia se contulit, inque illa ingenii bonitate ita profecit, ut Virgilii secundum Æneidos librum in Etruscum sermonem lepidissimè verteret, & proloquia Hippocratis ab arte medica, in usum bellicæ disciplinæ, æmulatione festivissima transferret, quemadmodum *Jovius* memoriæ prodidit. (t) Sed ad secularem vitam magis quàm ad Ecclesiasticam affectum Clemens VII. Papa in sacrum legit senatum, & *Diaconum Cardinalem S. Praxedis* nominavit, octodecim annos natum, priore consilio, quo uxorem ei date intenderat, eamque in domo Ferrariensi quæsiverat, (v) mutato, nimirum ut Alexander Etruriæ Principatu solus potiretur. Verum *Hippolytus purpuræ honorem*, ut habent verba Jovii, *ita contempsit, ut Clemens eum, indignis sacro ordine studiis & voluptatibus deditum, graviter increparet, & decorantemque nihilo secius Senatoriæ amplitudinis dignitatem, importunæ insaniæ pœnas cito daturum divinaret.* Cumulatum tamen esse honoribus legimus; fuit enim, *Ciacconio* referente (x) *Avenionensis in Gallia & Montis Regalis in Sicilia Archiepiscopus, Umbriæque Legatus declaratus, Casalensis in Monferratensi Provincia & Lyccienfis Administrator S. R. E. Vicecancellarius, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaso, Abbatiæ Trium Fontium, S. Sabbæ de Urbe & Cryptæ ferratæ perpetuus Commendatarius.* Post Clementis mortem, cùm invidia & exulum Florentinorum impulsione depravatus, vitæ Alexandri, Medicis Florentiæ Principis, insidias struxisset, detecto autem scelere, pudore & pœnitentia perstrictus cum fratre in gratiam redire, & à Cæsare, in Africa tunc bellum gerente, pacis conditiones accipere cuperet, ad oppidum nomine *Iter Appiæ* non procul à Fundis subsistens, & navigium quod ipsi parabatur expectans, in mortiferam febrem incidit, paucissimisque diebus ex humanis est ereptus, *juvenis*, Jovii encomio, *longè omnium eruditi ingenii nobilitate, decore vultus, & illustris vitæ splendore florentissimus.* Gavisum esse inprimis, idem scriptor refert, quod barbari viginti amplius linguarum diversissimo sub cœlo nati, morumque etiam & studiorum diversissimorum, in ejus cœnaculis recenserentur. Nothum ex se genitum reliquit, HASDRUBALEM dictum, quem inter Equites militiæ Melitensis receptum, dum ea urbs acri à Turcis premebatur obsidione, vivis exemptum esse *Scipio Admiratus* memoriæ prodidit. (y)

JULIUS *de Medicis*, Juliani, qui in Pactiana conjuratione interfectus est, filius, furtim genitus, & post ipsius cædem in lucem editus, à Leone X. ex Equite Melitensi *Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica* creatus, & præmissis, sicut *Ciacconius* testatur, probationibus, ex legitimo natus matrimonio in Consistorio declaratus est. Archiepiscopatui Florentino, eodem prope tempore Cosmi Pactii morte vacuè facto, deindeque Vice-Cancellariatu S. Rom. Eccl. auctus, & Presbyteris Cardinalibus adscriptus,

(r) *Lib. XIV.* (s) *Jovius de vita Leon. Lib. II. & III.* (t) *Elog. Lib. VI.* (v) *Guicciard. Lib. XVII.*
(x) *Hist. Pontif. & Card. Tomo III.* (y) *Hist. Lib. XXXV.*

scriptus, post Hadriani Papæ, qui Leoni successerat, obitum *Summus Pontifex* renunciatus est, assumsitque CLEMENTIS VII. nomen. Ita continuata pæne in Medicea familia suprema Orbis Christiani dignitas eùm non stabilitura tantum, sed in immensum elatura crederetur ejus potentiam, parum absuit, quin inclementia fati, cum quo in Pontificatu suo colluctandum erat Clementi, à Columnis primùm, dein à militibus Cæsareanis acerbissimè afflicto, pessum iret: Florentini enim, simulac fama de Roma à Cæsareo exercitu expugnata, captoque Clemente ad eos pervenit, arrepta occasione se vindicarunt in libertatem, & dejectis Leonis & Clementis statuis, Mediceos acerbissimis proscripserunt decretis. At eluctatus ex his malis Clemens, atque in gratiam cum Carolo Imperatore Romæ reconciliatus, se pariter & agnatos in pristinum autoritatis potentiæque restituit locum; Florentia post diuturnam obsidionem domita & jugum subire coacta. Jam itaque dominatum non, ut antea, tectè, neque fictis nominibus, sed palàm veris appellationibus familiæ suæ firmavit; *Alexandro Medice* Duce cum summa potestate constituto, eique Margarita Cæsaris filia, stabiliendo Principatui, connubio juncta. Deinde eum Galliarum Rege Francisco affinitate quoque contracta, per matrimonium inter ejus gnatum Henricum & Catharinam Mediceam pactum, cum hanc ipsemet Marsiliam deduxisset, haud multò pòst *diuturno stomachi vitio labefactus*, ut habent Jovii verba, *decessit*, anno Pontificatus undecimo, ætatis verò quinquagesimo septimo. *Inerat ei*, testante eodem autore, *ab severo ore gestuque & sermone ipso gravitas naturalis, exculta per omnem ætatem civili æquitate, moderatione & patientia insigni. Sed deerat in eo generosi & liberalis animi vigor, dignus principe, &, uti volebat existimari, Medicea stirpe progenito. Ea siquidem erat natura ejus ingenii parsimonia & dissimulatione gaudentis, ut illiberalis & durus potius, quàm sævus & maleficus esse censeretur. Neminem enim planè oderat, quum neminem adamaret, præterquam ab occultiore causa conciliatos; his unis intemperanter favit. In eo verò enitebat, quod certè familiæ proprium fuit, rerum propè omnium præcellentiumque artium notitia atque censura singularis, eo admirabilior, quod nullis prope literis inniteretur, verùm ingenio ad infimas artes sumptuariasque rationes adeò demisso hærentique, ut opificum arcana subtilitatesque operum nimia & prope turpi solertia scrutaretur. Et certè is fuit, quem nemo unquam in parvis rebus fefellerit, ut obiter non sit mirum, si in magnis demum, quæ publicam salutem respicerent, sæpissimè fuerit deceptus.* (z)

ALEXANDRUM *Medicem, primum Florentinorum Ducem*, à Laurentio Duce Urbinatensi genitum fuisse, non exteri tantum scriptores, sed domesticorum etiam plerique constanter perhibuerunt, idemque publicæ loquuntur literæ tabulæque; dantur tamen, qui *Julio Medice*, Papa deinde, ceu modò dictum fuit, facto, ortum esse asserunt, quorum in numero est optimus ille vir & patriarum rerum peritissimus, cui Stemma Mediceum superius exhibitum acceptum me referre dixi; perductus in hanc sententiam tum aliis argumentis, tum autoritate *Scipionis Admirati*, gravissimi scriptoris, qui palmam in opusculis suis isti dederit opinioni. Referam Latine reddita quæ *Libro XXX. ejus Historiæ Florentinæ*, de Alexandri natalibus & educatione vulgari
„ leguntur idiomate: anno 1525. cùm Raphael Girolami Vexilliferatum obiret, Cle-
„ mens Papa alterum nepotem suum Alexandrum una cum sorore, Ducis Laurentii li-
„ beros, Florentiam misit, ut inde à prima juventa assuescerent moribus patriæ, in qua
„ vivendum & imperandum eis esset, recordatus, Laurentium Ducem civibus parum
„ gratum fuisse, hac sola de causa, quod mores ejus, quippe qui diu Florentia abfue-
„ rat, à patriis discordarent. Nolo præterire opinionem, quæ illa ætate de natalibus
„ Alexandri percrebuit, nimirum quod serva Mauta natus sit eo tempore, quo pater
„ patruique Florentiam redierunt; inde fortassis ortam, quia Alexander fusco colore,
„ labiis crassis & capillo crispo fuit. Sed ego Magnum Ducem Cosmum dicentem audivi,
„ cum ei res à me scriptas & familiam ipsius speciatim concernentes aliquando prælege-
„ rem; quòd Alexander Clementis fuerit filius, genitus è puella domestica, cùm pa-
„ ter Eques tantùm esset Hierosolymitanus. Utut sit, obtinuerat ille jam à Cæsare inde
„ à confœderatione cum Leone an. 1521. facta ditionem aliquam in regno Neapolita-
„ no, è qua annuatim decem scutatorum millia redibant, cum dignatione Ducis, fuit-
„ que ea *Ducatus Civitatis Pennæ*. Unde illa statim tempestate adolescens iste *Dux*
„ *Alexander* appellabatur, & educabatur ut plurimum sub disciplina Rossi Ridolfi in

(z) *Jovius Histor. Lib. XXXII.*

„ villa *Poggio* dicta, ne eodem cum Hippolyto agens loco alter alterius incrementis & „ magnitudini officeret. Hæc *Admiratus* illo quo dictum est loco; alibi porrò idem refert, (zz) Alexandro jam Principi Florentinorum ab inimicis exprobratum coram Carolo V. Imp. fuisse, cum matrem suam, quæ fœmina vilissimæ sortis & infimi ministerii apud Laurentium ejus patrem, dum exulabat, posteaque mulionis uxor fuerit, vita privasse, quod ejus ipsum puderet; sed replicasse patronum causæ Alexandri, id invidiæ ei conflandæ confictum esse, nec sibi constare ejus adversarios, sæpius dictitare solitos, *Alexandrum Clementis filium esse, non Laurentii.* Cæterum vigesimum secundum ætatis annum cum ageret Alexander, à Carolo V. Imp. qui Margaritam filiam suam naturalem ei desponderat, Florentinis longa obsidione perdomitis vetereque exutis libertate, collato *Principis* titulo præfectus est; cui negotio Cæsarei Legati titulo intervenit *Antonius Muscettola* JCtus & Patritius Neapolitanus, inciditque solemnis mandatorum Cæsareorum promulgatio Primatibus Florentinis ab illo facta in diem XXIX. Julii an. 1531. Post quadriennium, frustra eum accusantibus apud Cæsarem civibus nonnullis sponte exulantibus, quorum Dux erat Philippus Strozzius, quod contra præscriptum ab ipso ordinem remp. administraret, in Principatu confirmatus, & Margarita in matrimonium ei tradita est. Brevem verò dominatum & miserum exitum habuit: cum enim cuncta pro libidine ageret, totumque se voluptatibus Veneteis dederet, facilem sibi in necem aditum aperuit, *tanta* quidem, ut Jovii verbis utar, *socordia, ut post insidias, quas ei Hippolytus nefariè tetenderat, diligentissimè vitatas, in alterius propinqui, familiarissimique sodalis, inusitatam perfidiam incideret.* Is erat *Laurentius Medices*, qui incautum, tam improbo quam perfidioso promissi lenocinii nomine, in domum suam, suumque cubiculum & lectum perductum, atque intempesta nocte altè sterrentem gladio per costas adacto transfodit, propereque erectum & acceptum vulnus acri morsu vindicantem, admoventibus manum duobus servis, quos induxerat, quinque vulneribus confecit. Circumstantiam cædis omnem *Jovius Historiarum Libro* XXXVIII, & *Gratianus* in tractatu *de Casibus illustr. virorum* retulerunt. Prolem Alexander legitimam nullam suscepit, sed nothos utriusque sexus; mari *Julii* nomen in memoriam avi imposuisse creditur illis, qui eum Julio, sive Clemente Papa, natum esse arbitrantur. Vix triennem fuisse, cùm pater occisus est, *Admiratus* refert, qui hoc etiam literis prodidit, in Cosmum Medicem deinde falsum jactum esse crimen, cujus autor Cardinalis Cibo fuerit, ac si Julii vitæ insidias struxerit.(a)

AD TAB. VI.

LAURENTIUS *Medices*, Johannis filius, Cosmi patris patriæ frater, à quo Tabula VI. initium ducit, ob multas & præstantes animi dotes civibus, teste *Admirato*, valdè charus, cumque præmaturè vita caruisset, veris lacrymis deploratus, & magnificis exequiis supra privati viri sortem honestatus, laudatusque fuit à *Pogio* eruditorum sui ævi nulli secundo. PETRUS FRANCISCUS ejus filius, quem unicum parvulum sub tutela fratris reliquit, in numero legatorum fuit, per quos civitas Florentina Pio II. Pontificatum an. 1458. gratulata est. Hic gratos duos post se reliquit LAURENTIUM & JOHANNEM, quos inter & Petrum Medicem, Laurentii Magnifici filium, capitales ortæ sunt inimicitiæ, quarum primam causam hanc fuisse *Scipio Admiratus* retulit (b) quod *Johannes*, juvenum Florentinorum tunc formosissimus habitus, cùm aliquando vespertinæ virorum fœminarumque coronæ personatus interesset, à Petro Zelotypia percito contumelia affectus, dataque opera atramento perfusus fuerit; hac tum mussitata injuria, vel quod cognosci nollet, vel quod eam illo die illoque loco ulcisci intempestivum duceret, cùm in alio nocturno choro iterum larvatus in Petrum rivalem incidisset, huncque eædem intemperiæ corripuissent, ita ut Johannem aggressus, & manu ejus mento admota larvam ei detractum iret, iste stricto pugione Petrum petiit, cui lethale inflictus erat vulnus, nisi is lorica munitus fuisset. Postridiè cùm rem ad magistratum Petrus retulisset, & aliquid grave in Johannem fratremque statuendum esse decerneret, monitus ne in propinquos sæviret, consensit, ut in villas suas ad aliquod temporis spatium relegarentur; at illi inde ad Carolum Galliæ Regem profugerunt, eique Placentia abeunti obviam facti, multa criminando Regem proceres-que

(zz) *Lib. XXXI.* (a) *Hist. Lib. XXXI. & XXXII.* (b) *Lib. XXVI. ad an.* 1494.

que Gallos à Petro magnopere abalienarunt & instigarunt, ut recta cum exercitu versus Etruriam tenderet via, Petrumque principatu moveret. Regem ergò victorem secuti, postquàm Petrus cum suis urbe excessisset, per publicum in patriam pristinumque locum restituti sunt decretum, urque populi gratiam aucuparentur, non insignia tantum mutarunt, sed & Mediceum nomen, quod odiosum patriæ Petrus reddidisset, abdicarunt, & *Popolani* appellari voluerunt. Laurentius varias deinde reipublicæ nomine obiit legationes, avusque fuit LAURENTII illius, qui Alexandrum Ducem interfecisse dictus est: is post perpetratum facinus, consilii, quod de populo ad libertatem vocando antè ceperat, oblitus, occupante animum salutis cura, eadem adhuc nocte Bononiam, indeque Venetias effugit, ubi postquam accepit, in Cosmo continuari Principatum patriæ, seque publico Senatus judicio damnatum esse, haud satis tutum exilio locum Venetias ratus, mutatis sæpe sedibus saluti consulere studuit; itaque & ad Turcas Byzantium transfugit, & inde in Galliæ Regiam se recepit; postremò Venetias reversus *angusto in colle obiter*, Jovii verbo, sive, ut Gratianus tradit, *à Cosmi Centurione* trucidatus, parricidii pœnas dedit. (c)

JOHANNES *Medices*, Johannis de quo paulò antè dictum est filius, *Ludovicus* ex Christiano fonte appellatus fuerat, in honorem haud dubiè avunculi, Ludovici Sfortiæ; maluit tamen cum paterno illud commutare, licèt parvulus patrem amiserit. Florentiæ sub tutela Jacobi Salviati, quo posteà socero usus est, educatus, à prima juventa bellicæ laudis cupidine flagrare cœpit, cui etiam grandior factus ita satisfecit, ut sub vexillis Leonis X. Papæ militiæ tyrocinio in Umbrico bello posito, deinde apud Insubres strenui & impavidi spiritus laudem consequeretur, experientiaque & virtus in eo annos superarent, summis omnis ævi ducibus par futurus creditus, si fata vitam prorogassent; at eam in flore & robore ætatis amisit, è vulnere, quod ad vicum, cui *Burgofortio* nomen in agro Mantuano, levis armaturæ equitibus sub Francisco Maria Urbini Principe, fœderatorum exercitus Duce, præfecto, è tormento ab ulteriore Mincii ripa in incertum emisso in fœmore inflictum est; Mantuam enim perlatus post paucos dies animam efflavit, *maximo*, sicut *Guicciardinus* censuit, *cum belli detrimento, in quo nulla præter ipsius arma unquam hostibus terrori fuerunt.* Sepulto Mantuæ ad S. Dominici hoc positum est epitaphium: *Joannes Medices hic situs est, insitatæ virtutis Dux, qui ad Mincium tormento ictus, Italiæ fato potius, quàm suo, cecidit:* (d) quæ posteriora verba ita interpretatus est *Jovius*, ut scriberet, cum *non tam privato suo, quàm publico ruituræ mox urbis Romæ fato surreptum, quum nemo eo fortius atque felicius ab insitata virtute libertatem Italiæ adversus exteras gentes defensurus esse videretur.* (e)

COSMUS Medices, Johannis F. post Alexandri cædem *Dux Florentiæ* studio Cardinalis Ciboi & Francisci Vectorii è collegio XLI. virorum electus, Principatum octodecim annorum adolescens generosè capessivit, matre licèt dissuadente, & tanta felicitate gessit, ut plusne fortunæ an industriæ ipsius sit tribuendum, difficile sit dicere. Nam primo statim imperii anno exules, in spem recuperandæ libertatis erectos, bellumque exorsos, ad Montemurlum oppressit, & ferè simul omnes in suam potestatem redegit, traditosque rerum capitalium vindicibus & ad mortem damnatos supplicio affecit, videlicet Bartholomæum Valorium, cum duobus Philippis Valoriis, filio illius & agnato, Antonium Franciscum Albizium, Alex. Rondinellum, Ludovicum Rucellaium, Andream Gerardinum & Jo. Bapt. Jacominum; Sed Philippus Strozzius, vir ingenio, animo opibusque maximus, qui Laurentii Medicis Ducis Urbinatensis sororem in matrimonio habebat, incisa sibi gula occupavit liberum mortis arbitrium. Hoc metu liberatus Cosmus fide & obsequio ergà Carolum Cæsarem nihil habuit antiquius, ejusque signa perpetuo secutus est cultu, & postquam arcibus in suam potestatem redactis, armorumque arbitrio occupato, dominationem firmasset, bellum Senense & audacter suscepit, & pari felicitate confecit, Senensi ditione vel ab invito Philippo II. Hisp. Rege extorta, & Florentino imperio an. 1559 adjecta; qua tempestate ingentem quoque conspirationem, Pandolfo Pucio duce adversus se initam, detexit, & supplicio de illo complicibusque, quos inter *Laurentius Medices*, *Jacobi F.* Tabula III. dictus numerabatur, sumpto discussit. Anno 1561. *Ordinem Equitum* sub *regula S. Benedicti* instituit, dotavitque, à *S. Stephano Papa & martyre* cognomento indito, &

(c) *Jov. Elog. Lib. VI. & Gratian. Cas. Vir. Ill. de Alex. Medice.*
(d) *Maffei Annal. di Mantua Lib. XI. Cap. VII.*
(e) *Jov. de vita Pomp. Columnæ, p. 160.*

& renovata memoria victoriæ de exulibus apud Montemurlum ceu dictum est partæ die 11. Augusti, qui Stephano facer. Supremum Ordinis magisterium ipsemet suscepit, idque suis in Principatu Florentino successoribus perpetuum esse, nec alios quàm nobiles in eum recipi, aut si qui nobilitatis expertes id honoris ambiverint, ab his commendam, cujus reditus viro nobili alendo sufficiant, fundari jussit. Officium porrò castitatis conjugalis, charitatis erga proximum & obedientiæ adversus magistratum, ab Equitibus exegit, Pisisque & in Elva insula ædem sacram & palatium eis attribuit, ac multa à Pontifice Rom. privilegia impetravit: gestant pro insigni *Crucem Melitensi similem, sed rubram aureo cinctam limbo.* (f) Cæterum in Cosmo id præcipuè mirandum fuisse *Thuanus*, Scriptor gravissimus, censuit, quod quicquid ab inimicis & æ„ mulis in ejus perniciem machinatum est, in ipsius decus & fortunæ amplificationem „ verterit; sed ei postremò accidisse, quod ferè maximis viris usu venire solet, ut quos „ adversitates mergere non potuerunt, eos prosperitates frangant. Namque pace facta „ & constitutis novi imperii rebus, dum ætate temperanter diu & sobriè acta laxamen„ tum quærebat, & voluptaribus indulgebat, prudentissimo ac moderatissimo alioqui „ viro quædam reliquâ vitâ indigna exciderunt. Itaque unum & alterum etiam ex familiarissimis ob causas secretas & domesticas, ira impotenti abreptus, propria manu occidit, & post Leonoræ Toletanæ uxoris mortem, amori operam dedit vago; & primò *Eleonoræ*, *Ludovici Albizii Patritii Florentini filiæ*, adolescentulæ, inscio ejus patre, seductæ, corpori illusit, ita ut gnatum ex ea susceperit, *Johannem* dictum, qui cùm præclaris animi ingeniique dotibus, tum præcipuè gloria militari, in Flandria & Ungaria parta, illustratus est; atque propter istam Sfortiam Almenium, nobilem Perusianum, gratia apud se diu florentissimum, pugione confodit. Illa deinde derelicta & civi nobili nuptui data, *Camillam Martelliam* adamare cæpit, hancque tandem in „ uxorem duxit, qua re, *Thuano* censente, pietatis & religionis opinionem apud „ Pium V. Pontificem aucupari voluisse, eoque *Magni Hetruriæ Ducis* titulum, diu „ controversum, ac tandem à Cæsare confirmatum, meruisse creditus est. Id in laudibus „ Cosmi etiam à sæpe citato autore commemoratur, quod literatos tota Italia eximiè „ fovit, & celeberrimam Academiam Pisis instituit, pictorum, architectorum & sta„ tuariorum, sua ætate insignium, industriam juvit, in parvo imperio amplissimam Au„ gusti Cæsaris fortunam æmulatus, cujus & insigne *Capricorni* sibi sumsit, ac passim „ in ædificiis, à se regia magnificentia exstructis, insculpi curavit, ita ut de se dici vo„ luerit, urbem, quam lapideam acceperat, marmoream reliquisse; & ne qua non „ in parte cum Augusto conferretur, etiam perinde atque ille domesticis afflictatus est „ cladibus *Johannis* Cardinalis & *Garsiæ* filiorum, inter quos ex puerili æmulatione „ atrocia odia diu nutrita, tandem in exitium utrique verterunt; Johanne à Garsia in„ ter venandum, cum seorsim per devia alter in alterum incurrisset, trucidato, hocque „ vicissim à patre, qui tum ditionis suæ oram maritimam lustrans Grosseti erat, in „ Conclave, ubi cadaver defuncti clam collocari curaverat, sevocato, patricidiumque „ confesso, eodem, quo fratrem transverberaverat, pugione interfecto; sparsa tamen „ mox ab eo est fama, ex populari morbo alterum post alterum exrinctos, & exequiæ „ utrique magna pompa celebratæ sunt; quemadmodum *in secunda Historiæ Thuaneæ editione* legitur, cùm in prima id non extet: hinc rei veritas in dubio sita est, affirmantibus aliis scriptoribus, morbo utrumque periisse, quos inter *Jo. Bapt. Cinius* in Com„ mentario Italico *de Cosmi vita* mortem illorum ita retulit: Dux ob munitiones, qui„ bus Grossetum cingere constituerat, utque aliis rebus necessariis provideret, cum „ omni ferè aula Senensem & Pisanam regionem maritimam omnem percurrerat, unde „ cùm Liburnum viam affectaret, *Johannes* Cardinalis in subitaneum incidit morbum, „ & quartò die animam efflavit. Eum paulò pòst *Garsias*, eodem correptus morbo, ad „ plures secutus est. Hic non solum ob eximiam, qua præditus erat, formam, sed etiam „ ob præclaram, quam de se præbuit, spem, matri carissimus morte sua dolorem ei jam „ male se habenti attulit acerbissimum, quo & ipsa usque ad necessitatem mortis dedu„ cta fuit, filii nomen anhelatis inter supremas voces appellans verbis. Decimo ante obitum anno, qui seculi LXIV. fuit, Cosmus publicam imperii administrationem in Francisci filii natu grandioris manus resignavit, solemni abdicatione, Pisis magna pompa præsentibus Consiliariis & XL. virorum Senatu celebrata, titulos tamen ac dignitates sibi servans; denique ex diuturno morbo, quo amisso vocis usu laboraverat, anno ætatis LV. mortem obiit.

De

(f) *Adriani Hist. Florent. Lib. XXXV. Bern Justinian Hist. degli Ordini militari Cavallareschi Cap.* 80.

De FRANCISCO, Cosmi filio, *Magno Duce Etruriæ* II. ejusque uxoribus, nec non ISABELLA sorore & *Eleonora Toletana* fratria, singularia leguntur in *Thuano Restituto*, quæ huc transcribere non pigrabor: Anno 1578. Florentiæ detecta est conjura-„tio, quæ geminatis funeribus familiam principalem infestavit. Nam cum Helionora „Toletana, Garsiæ, quondam Siciliæ Proregis & Hispanorum triremium Præfecti, ante „biennium Neapoli mortui, filia, quæ Petro Francisci Etturiæ Ducis fratri nupserat, „& Isabella utriusque soror, quæ cum Paulo Jordano Ursino Bracciani Duce familiæ suæ „Principe matrimonio conjuncta erat; utræque à maritis perditæ vitæ ac luxus homini-„bus relictæ, solitudinem suam mœrentes, cum quibusdam illius aulæ nobilibus fami-„liarius consuescere crederentur; ex ea consuetudine suspicio Franciscum incessit, ama-„tores illos in se conspirare: is itaque ad privatum periculum discutiendum, ne propri-„as manus suorum sanguine commaculare necesse haberet, aliena ad id opera uti cupi-„ens, Petrum fratrem & Paulum Jordanum sororium evocat, & adulterii indicia ape-„rit, libertatemque utrique facit, ut privatas injurias ultum irent, simulque hoc dede-„cus & opprobrium ex illustrissima familia tollerent, quod & illi sedulo executi sunt, „ne haberent, quæ vicissim vitæ infamiam, cujus sibi uterque conscius erat, exprobra-„rent. Itaque Helionora & Isabella à viris eadem nocte fascia injecta præfocatæ sunt: fa-„ma nihilominus sparsa, quasi utraque ex angina, ex nimio bolethorum usu contracta, „periisset. Capti quidam ex amatoribus, nec non ex amorum parariis, qui in secretum „carcerem conjecti, citra judicis officium, ut in talibus casibus Florentiæ fieri amat, „exquisitis tormentis subjecti, ad extremum summo supplicio affecti sunt. Inter quos „unus fuit, Paccius nomine, juvenis magni animi & raræ fidei, qui veritus, ne tot-„tus confessione sua cuiquam amicorum periculum crearet, enchiridio, quod ad ma-„leficium semper secum in occulto gestabat, cum in carcerem duceretur, se ipsum in-„ter stipatorum manus interfecit. Troilus Ursinus, Pauli Jordani gentilis, qui in Gal-„lia sub Henrico II. inter nobiles domesticos puer educatus fuerat, & Etruriæ Ducibus „jam pridem suam operam addixerat, nuper in Poloniam à Francisco ad Regem salu-„tandum missus, cum Isabella incertos amores fovere creditus, sibi metuens, paulo „ante ad nos transfugerat. Sed nec misera Isabellæ mors, nec distantia locorum, aut „temporis longinquitas, ab ira seu Francisci, sive Pauli Jordani, defendere potuerunt, „quin à sacrifico Ravennate, cujusmodi plerosque sicarios Franciscus, ad tollendos sibi „suspectos, per omnes Christiani orbis partes ex domestico præcepto conductos habe-„bat: postea, dum se profunda jam nocte domum reciperet, Lutetiæ interficeretur: „quod ex alterius Sicarii, qui aliquo post tempore Franciscum Bernardinum Lutetiæ „itidem occidit, ob id supremo supplicio affecti, confessione judicibus constitit. Tunc „certe ad facti atrocitatem Joanna Austria Francisci uxor ita cohorruit, exemplum in „se, licèt ob diversam longe causam, verira, quippe quæ de insanis viri cum Blanca „Capella amoribus jam dudum cognovisset, ut ex vehementi doloris cogitatione con-„tractis vitalibus, inter gravissimos partus cruciatus expiraverit, filio, ex quo præ-„gnans erat, in utero, antequàm educeretur, suffocato: quod ad manifestum divinæ „iræ exemplum multi retulerunt, quæ suffocatas sorores optatissimi in spem tantæ suc-„cessionis filii, eodem mortis genere perempti, exitio mox ulta sit, adempta etiam „uxore lectissima fœmina, quâ sublatâ, nec multum desideratâ, Franciscus in infames „Blancæ amores statim effusus incertum reliquit, turpiusne fecerit cum eam postea in „matrimonium duceret, an cum antea, superstite Joanna, ejusdem contubernio se per „adulterium pollueret. Erat *Blanca Capella* patritio apud Venetos sanguine creta, cumque à Francisco in conjugem adscita fuisset, à Senatu Veneto adoptata, & maritum nono abhinc anno repentino obitu sublatum quinque post horis sive ex fato, sive ex mœtore præcipitata morte, secuta est.

FERDINANDUS *Medices*, Cosmi Magni Ducis filius sextogenitus, à Pio IV. Pontifice in locum Johannis fratris, *Diaconus Cardinalis* creatus est annum ætatis agens decimum & quartum, deinde à Francisco fratre virili prole legitima destituto hæres Principatus Etrusci relictus, abdicavit munus Cardinalitium, & galero Sixto V. Papæ per Nicol. Tornabonum, civitatis Burgi S. Sepulchri Episcopum, in publico Senatu pridie Id. Dec. an. 1588. reddito, sceptrum capessivit, ductaque uxore stirpem propagavit, IX. liberorum pater factus. Vita defunctus Principatum, egregiè firmatum, & præsidiis Hispanicis exoneratum, ad COSMUM II. filium suum natu maximum trausmisit, qui assiduè cum morbis conflictatus, qui ad magnas res gerendas ei

erant impedimento, FERDINANDUM II. successorem habuit. Hic Barberinos, cum Castrensi ditioni inhiantes bellum auspiciis Urbani VIII. Pontificis Romani Parmæ Duci intulissent, fœdere cum isto Mutinæque Duce & Venetis icto, in ordinem redegit. *Victoria Roborea*, Urbinatensis Ducis ultimi neptis, atque in allodialibus bonis hæres, cum qua torum partitus est, luculentas ei attulit opes, patremque fecit FRANCISCI, purpura ab Innocentio IX. Papa ornati, nec non COSMI III. qui hodiè in Etruria feliciter imperat, paceque perpetua usus opes accumulat, nuperque ab Imperatore Leopoldo titulo *Celsitudinis Regiæ* auctus est.

De *Petro Medice*, Cosmi I. Magni Ducis filio natu minimo, nec non *Carolo*, *Jo. Carolo* & *Leopoldo* Mediceis, *Cardinalibus*, nonnulla dicenda supersunt: PETRUS militari illustratus est gloria, cumque Philippo II. Regi Hispaniarum in expeditione Lusitanica strenuam navasset operam, torquo *Aurei Velleris* ornatus & Italico peditatui præfectus est; quo in officio omnium studia sibi conciliavit, ut in eo diligendo tum uterque Philippus Rex, tum Hispanum Italumque genus, acriter inter se certarint, quemadmodum *Jo. Bapt. Strozza* in *epistola de familia Medicea ad Belisarium Vintam scripta* memoravit. CAROLUS, Ferdinandi I. Magni Ducis F. *regiis animi dotibus*, ut habent verba Ciacconii (g) *à natura donatus*, & *eximiis excultus disciplinis*, à Paulo V. Papa purpura indutus & præfectus est Diaconiæ *S. Mariæ in Dominica*. Multorum cœnobiorum *Commendatarius*, *S. Galgani Senensis*, *Æsinæ*, *Claravallis* & *Insulanæ Abbatiæ*, splendidiora, aucto divino cultu, illa reddidit; *Pratensis* insignis *Ecclesiæ Præpositus* adlectus jura sustinuit & libertatem. Florentiæ templum D. Michaelis Archangeli miro artificio & eleganti structura pro Regularibus Clericis, quos Theatinos vocant, à fundamentis extruxit. Romæ *Protectoris Hispaniæ* munus exercuit. *Prior Diaconorum Cardinalium* Innocentium X. Pont. Max. sacra tiara insignivit, à quo *Presbyter* primò *Cardinalis* tituli *S. Sixti* renunciatus, deinde *Episcopus Sabinensis* declaratus d. 5. Mart. 1645. eoque die 25. Oct. ejusdem anni dimisso Sabinensi Tusculanum suscepit Episcopatum regendum, & an. 1652. d. 29. Aprilis relicta Tusculana Ecclesia absens Portuensem optavit, tandem d. 23. Sept. anno eodem factus est *Episcopus Ostiensis* & *Veliternensis*, *sacrique Senatus Decanus*. Obiit Florentiæ septuagenarius, Cardinalatus anno primo supra quinquagesimum. JO. CAROLUS, Caroli è fratre Magno Duce Cosmo II. nepos, *ab Innocentio X. ut suam in Mediceam familiam de se egregiè meritam refeude gratiæ voluntatem exprimeret* (Ciacconii iterum verba refero) *omnium primus sacra purpura ornatus*, & *Diaconis Cardinalibus adscriptus est*: sub Alexandro VII. Legati Apostolici munere, unà cum Federico de Hassia Cardinali, mactus, Christinæ Sueciæ Reginæ Romam appropinquanti obviam processit. LEOPOLDUS *scientiarum ferè omnium ornamentis præditus*, *scientiisque præstantium doctissimus Mæcenas* (quo encomio in sæpè laudata Pontificum Cardinaliumque Historia mactus legitur) *ex Abbate ad sacram purpuram à Clemente IX. promotus est*, & *Diaconiam S. S. Cosmi* & *Damiani obtinuit*, *quam cum illa ad S. Mariæ in Cosmedin progressu temporis commutavit. Roma post acceptum pileum Florentiam reversus*, *vixit in sacræ purpuræ ornamentum*, *atque in doctorum hominum commodum*, *quos supra alios*, *licèt genere dissimiles*, *persimiles sibi reddidit affectu*, *dum in illis scientias illas recognovit*, *quibus ipse ornatus incessit*. Huic etiam tenuitati tam felici esse licuit, Florentiam an. 1672. transeunti, ad conspectum colloquiumque Eminentissimi Principis, parario Viro officiosissimo pariter ac eruditissimo Ant. Magliabechio, ut admitterer, & sapientiæ ejus, doctrinæ atque humanitatis documentum mirabundus & quantò meruit suspectu caperem. Non tempero mihi quin subjungam, quæ de ejus εὐθανασίᾳ laudatus *Magliabechius* d. 17. Nov. an. 1675. huc perscripsit, sed Latinè, quod pace ejus fiat, reddita: Dn. Princeps Cardinalis Leo-
„ poldus de Medicis sicut summa semper integritate vixit, ita piissimam obiit mortem:
„ Jam per aliquot dies ægrotarat, sed leviter, ita ut die Martis præteritæ septimanæ
„ suapte manu literas omnes subscribere posset. Sequenti die pejus se habebat; hinc Jo-
„ vis die, cùm sæpius suos rogasset, ne quando de vita periclitaturus esset, dissimula-
„ tione uterentur, à Senatore Stufa, qui cubiculo ipsius præerat, factum ei est indi-
„ cium, dubitare medicos de ipsius salute, & vereri ut reconvalesceret. Ad hunc nun-
„ cium adeò non turbatus fuit, ut læto vultu ac ore Senatori Stufæ magnas egerit gra-
„ tias, & ministri probi officio eum functum esse dixerit, manus ipsi si passus fuisset
oscu-

(g) *Hist. Pontific. & Cardin. Tomo IV. p. 437.*

„ osculaturus. Paulò pôst ultimo usus est viatico, dumque domestici ejus & egomet „ istis ex longa consuetudine immixtus, lectum optimi heri circumstetimus lacrymantes & singultientes, ille intrepidè longum orsus est sermonem, quem hoc absolvit „ epilogo: sibi jam ob oculos versari Deum, cujus judicium paucas post horas experturus sit; ita verò sanctæ ejus sese submisisse voluntati, ut etiam in infernum descendere promtus sit, ubi sic ei placuerit. Atque ea pietate & constantia secuto die Veneris extremam accepit unctionem, & tandem die Solis animam creatori reddidit paulò post horam XXIII. anno ætatis octavo supra quinquagesimum expleto.

AD TAB. VII.

Perfuncti jam enarratione stirpis regnatricis in stemmate Mediceo, ad reliquos ejus progredimur ramos, minus negocii stylo nostro exhibituros; unicum Tabula VII. recenset, qui in Dominorum sive Priorum numerum, deindeque ad *Vexilliferi* dignitatem provectus est; is erat JULIANUS, Juvenci F. cujus in magistratu nihil prorsus actum est, quod memoria dignum Scipio Admiratus reputaverit. Ei è gnato Antonio nepos fuit GUIDO, Ecclesiastico insignis munere, de quo sequentia in *Ughelli Italia sacra Tomo III.* leguntur: *Guido Medices Florentinus, patre Antonio, matre Vaggia de Beccutis, ex Canonico Ecclesiæ Florentinæ in Episcopum Venusinum, mox ad Teatinam Ecclesiam translatus, anno 1528. d. 2. Ian. obiit Romæ, an. 1537, sepelitur in Ecclesia S. Mariæ Minervæ cum tali inscriptione: D. O. M. Guidoni Medici Patritio Florentino, Teatino Archiepiscopo, & sub Clemente VII. Pont. Max. Adrianæ molis Præfecto, fratres conventus Minervæ, tanquam de se bene merito poss. d. XX. Iun. 1537.*

AD TAB. VIII.

FRANCISCUS *Medices*, à quo Tabula VIII. initium ducit, summum Florentiæ magistratum gessit anno 1516. morte immatura Juliani Medicis, qui Leonis X. Pont. Max. frater fuit, & bello, quod Leo in gratiam Laurentii Medicis Urbinatensi Duci intulit, funestato. RAPHAEL, Francisci F. legatione reipubl. Florentinæ nomine in Hispania an. 1522. functus, aliquem in Caroli Cæsaris gratia locum nactus, Equesque S. Jacobi creatus esse ab *Admirato* memoratur. (h) Idem ineunte anno 1531. Vexilliferatum gessit, quo temporis spatio à Julio Papa Florentiam tres missi sunt Commissarii, auctoritate instructi amplissima, ut bona à sacerdotibus monachisque emta veteribus restitui curarent dominis. Hujus nepoti *cognomini*, Senatori Florentino & S. Stephani Equiti, Ferdinandus II. Magnus Etruriæ Dux *Castellinam* Marchionatus dignatione & lege beneficiaria an. 1628. d. 17. Mart. contulit; Eo satus est JOHANNES *Medices, Marchio S. Angeli* dictus, & militari gloria illustratus; triginta & duos omninò annos Regi Hispaniæ stipendia meruit, diciturque autor extitisse Bredanæ obsidionis ab Hispanis & susceptæ & confectæ feliciter, urbisque expugnatæ primum Isabellæ Archiducissæ attulisse nuncium. Frater ei erat JULIANUS, qui *sicut ille*, Ughello dicente (i) *apud exteros Reges armis inclaruit, sic domi forisque ob summam prudentiæ laudem evasit longè clarissimus*; post plures pro Magno Duce legationes præclarè obitas à Paulo V. Papa *Archiepiscopus Pisanus* electus est, qua in urbe supremum explevit diem, & in metropolitana sepultus, hocque epitaphio ornatus est: D. O. M. *Julianus Medices Florentinus, Archiepiscopus Pisanus, post legationes ad Rodulphum Cæsarem, Matthiam Ungarorum, Sigismundum Polonorum, Philippum Hispanorum Reges, prudentissimè obitas: post Ludovici Gallorum victoriosissimi Regis arma prudenti eloquentia ab Italia, cui domitis alpibus minabatur, feliciter depulsa; post operam reipubl. ex testamento Cosmi II. consilio navatam; post defensam opibus periculisque suis à pauperibus pestilitatem, paternamque in omnes ordines charitatem, virtutibus omnibus suæ par vigiliæ, quod mortale habuit hic deposuit. Obiit ætatis anno LXII, salutis MDCXXXVI. octavo Id. Januaris.*

S AD

(h) *Lib. XXIX. p.* 347. (i) *Ital. Sacr. Tomo III.*

AD TAB. IX.

BERNARDETTI *Medicis*, Antonii, à quo Tabulam ſtemmatis hujus ultimam orditi ſumus, filii, fides induſtriaque & dexteritas in multis iiſque graviſſimis reip. Florentinæ negotiis belli & pacis enituit; ad bella, quæ contra Philippum Vicecomitem Mediolani Ducem, deindeque cum Alfonſo Rege Neapolitano geſta ſunt, *Commiſſarius* à Florentinis miſſus, ita functus eſt officio viri ſtrenui & ſolertis, ut poſt victoriam, quam de Nic. Piccinino, copiarum Ducis Mediol. ductore, Florentinorum & Pontificis Rom. exercitus an. 1440. d. 29. Jun. ad radices Appennini reportavit, Equeſtris ei honos decretus, ſcitumque fuerit ſi eum, prout fecit, recuſaverit, ut donaretur *vexillo, equo inſtructo, clypeoque inſignibus populi Florentini ornato, & caſſide pretioſa.* Anno 1441. ad reducendum in concordiam Franciſcum Sfortiam & Nic. Piccininum delegatus, egregiè & ſupra expectationem patriæ ſatisfecit; alias deinde legationes Neapoli & Romæ magna obiit fama, & magnificentiæ quoque, tanquam virtutis Mediceis propriæ, dedit ſpecimen, cùm an. 1452. Fridericum Auſtriacum, ad Imperatorium provectum faſtigium, in itinere Romano Florentiam tranſeuntem, cum omni ejus aula ac comitatu ipſe nec non *Coſmus Medices* ſuis excepiſſent in ædibus. Itaque ſupremus ei magiſtratus iterata delatus eſt vice, cui ipſe magis quàm ille ſibi fuit ornamento. (*k*) Inter filios, quos genuit, AVERARDUM ſicut virtutis ita & dignitatum hæredem habuit, bis quoque Vexilliferatu functum. Hujus ex fratre nepos OCTAVIANUS ultimus è Medicea familia ſupremum illum patriæ magiſtratum geſſit, utpote animam jam agentem, & ſexto poſt menſe è medio ſublatum, poſtquam Alexander Medices perpetua Principis poteſtate ad clavum reipubl. admotus fuiſſet; locum verò nactus eſt Octavianus inter XLVIII. viros, qui ad reformandam & adminiſtrandam civitatem tanquam Conſiliarii & adminiſtri Principis anno 1532. creati fuerunt. (*l*) Felici præterea floruit propagine; ex filiis enim natu maximum BERNARDUM, ſatorem Principum *Ottaianæ* ditionis, haud procul ab ignivomo monte Veſuvio ſitæ, qui inter proceres regni Neapolitani eminent, alterum in ſummo rerum humanarum culmine locatum habuit.

Huic nomen erat ALEXANDRO; is initio, dum Coſmi Medicis conſobrini ſui aulam ſectatur, in ejuſdem gratiam militiæ S. Stephani nomen dedit, Equitiſque inſignibus indui voluit; mutata deinde vitæ ratione, ſtudiis literarum & religionis ſe dedit, miſſuſque eſt à Coſmo Orator ad Pium V. Pontificem, qua legatione XV. annorum ſpatio piè & prudenter perfunctus, *Piſtorienſis Epiſcopus*, mox *Florentinus Archiepiſcopus* creari meruit; poſtea à Papa Gregorio XIII. *Presbyter Cardinalis tit. S. Quirini & Julittæ* renuntiatus, poſtquam Sixti V, Urbani VII, Gregorii XIV, Innocentii IX. & Clementis VIII. comitiis interfuiſſet, à poſtremo in Galliam ad Regem Henricum IV, cum Rom. Eccleſia reconciliatum, *Legati à Latere* dignatione miſſus eſt, ibique toto biennio magna moderationis, & operæ in pace inter Galliæ Hiſpaniæque Reges conciliandа navatæ, laude egit. Reverſus in Italiam an. 1602. d. 17. Jun. inter *Epiſcopos Cardinales* provectus & *Præneſtinæ* Eccleſiæ præfectus eſt. Denique Clemente VIII. rebus humanis exemto, inter multas Hiſpanorum & Gallorum contentiones, illis Saulio, his Baronio faventibus, Jouſa Gallo autore *Pontifex Maximus* ſalutatus & creatus, LEO XI. dici voluit, *renovata*, ut Thuani verbis utar, *Leonis X, ex eadem familia, populo Romano gratiſſima ob liberalitatem ſummo Principe dignam memoria, ipſe, ſi diutiùs vixiſſet, eam imitaturus, erga pauperes munis, in omnes gratioſè magnificus.* Pronepotem *Octavium* ex Bernardeto fratre habebat, quem Cardinalem deſignare cùm vellet, brevitate vitæ impeditus eſt. Nam cùm Dominicæ Reſurrectionis die coronam ſumſiſſet, poſtridiè, qui B. Leoni ſacer, ad S. Johannis Baſilicam ſolemni pompa profectus eſt, ubi ceremoniarum inaugurationis fit confirmatio; inde cùm fatigatione itineris & pondere veſtimentorum ſacrorum prægravatus, cum febricula in Vaticanum rediiſſet, ingraveſcente morbo poſt XXV. Pontificatus diem abſumptus eſt, ſpe de ſe ingenti concepta ſimul extincta, cùm vixiſſet LXX. annos. (*m*)

(k) *Scip. Admir. Hiſt. Flor. Lib. XXI. & ſeqq.* (l) *Id. Lib. XXXI.*
(m) *Ciaccon. Hiſt. Pont. & Card. Tomo IV. Thuan. Hiſt. Lib. CXXXIV.*

STEMMA

STEMMA
COMITUM GUIDIORUM DE MUTILIANO DE BALNEO, DE BATTIFOLLE, DE PORCIANO, DE POPPI, COMIT: PALATIN: THUSCIÆ, MARCHION: DE MONTEBELLO.





DUobus ſcutis, quæ hic repræſentantur, Comites Guidii uti conſueverunt, ſed ſeparatim, neque quiſquam eorum ambo geſtaſſe reperitur: illud, quod à dextro conſpicitur latere de Balneo (*di Bagno*) cognominatis ſolenne fuit, hodieque eſt; altero, leone diſtincto, cæteri uſi ſunt.

COMITES GUIDII DE MUTI

I. GUIDO COMES, Tegrini Comitis Palatini ann. 1017. & 1029. Uxor, *Imilda.*

II. Guido Comes, fecit douat. monasterio S. Mariæ in

III. Guido Comes, vixit fide tabb. usque ad an. 1100. & circi

IV. Guido Guerra Comes Thusciæ, obiit ante au. 1131. Uxor, *Imilia*

V. Guido Guerra, Junior Comes bellum gessit cum Florenti

VI. Guido Guerra III. Comes vixit usque ad an. 1209. & ulterius. Ux. 1. *Agnes Wilhelmi M.*

VII.
- GUIDO' Comes Palatinus iu Thuscia. *Vid. Tab. II.*
- Tegrinus Comes Palatinus, Potestas Pisarum 1238. *Albiera.*
- Rugerius Comes.

VIII.
- Guido Comes de Modigliana, vix. an. 1282. *Adalasia.*
- Fridericus.

IX.
- Conradus Comes. *Bartolomea.*
- Bandinus.
- Gualtierius.
- Taucredus Comes *de Porciano.*
- Guido.
- Margarita, ux. *Bonifazii de M.*
- Tancia, ux. *Andreæ de Catelano.*
- Rugerius.
- Facius.

X.
- Amerigus.
- Guidalbertus *de Porciano. Margarita Tolomei.*
- Bandinus de Palagio.
- Wilhelmus. Beatrix.
- Albertus.
- Guido domesticus.
- Rugerius de Dovadola, Com. Palat. Thusciæ, Potestas Floreut. 1304. *Lisia.*

XI.
- Guido Zaffirus Comes, 1336.
- Fredericus.
- Taddeus, occ. an. 1359.
- Petrus Comes *de Porciano. Catharina de Montegronelli.*
- Taucredus.
- Matthæus.
- Jacobina, ux. *Manni Donati.*
- Valentinus.
- Johannes.
- Guido Franciscus. *Johanna de Battifolle, Guidonis Com. fil.*
- Florus.
- Marcovaldus. *Flisca Malespina.*

XII.
- Johanues Comes. Ux. 1 *Ursa de Panzi.* 2. *Catharina Ricasoli.*
- Deus.
- Sammaritana, ux. *Nicolai Ubertini.*
- Johannes.
- Nerius. *Francisca Cavalcanti.*
- Agnes, ux. *Comitis Johannis de Buscareto.*
- Guido.
- Antonius *de Palagio*, Hetruria excussus an. 1402.
- Catharina.

XIII.
- Petrus Franciscus. *Blonda de Portinari.*
- Guidalbertus C. *de Orbecho* ex Comit. Mutiliani.
- Guido *de Porciano.*
- Tancredus C. *de Porciano.*
- Jacobina, ux. *Johannis ex nobilibus de Montanto de Barbolani.*
- Agnes, uup. *Joh. Brancaleoni, Dom. de Piovico.*
- Ludovicus, *monachus Camaldulens.*

XIV.
- Joh. Antouius, † *sine lib.*
- Nerius, † *improl.*
- Michael Agnolus, † *improlis.*
- Constautia Com. de *Orbecho*, uup. *Mazzoni de Anghiari.*

LIANO, PORCIANO ET ROMENA.

in Thuscia & Gislæ F. vixit fide tabularum, I.

Acquebella an. 1068. Ux. *Hermellina Alberti f.* II.

-ter. Uxor ejus *incomperta* est. III.

Comitissa. Guido Boccatorta, *Episc. Aretin.* IV.

-nis an. 1146. V.

Montferrat. f. 2. *Gualdrada de Ravignani.* Rinaldus, *Episc. Pistor.* cr. 1168. VI.

VII.
Marcovaldus Comes Palat. *Beatrix ex Comit. de Caprata.*
Emilia, nup. *Petro Traversariæ Ravennatensi.*
Aginulfus Comes Palat. Potestas Aretin. 1237. *Agnes.*

VIII.
Guidoguerra IV. Comes, Potestas Lucensis 1267. *Agnesina.*
Rugerius Comes. *Alena.*
Guido Comes de Romena. *Maria Palavicina.*

IX.
Tegrinus. *Johanna, Friderici ex Com. Gud. de Modigl. f.* ☉
Guido Silvaticus Comes in Thuscia Palat. Potest. Senens. ☽
Guido Potest. Senens. 1283.
Aginulfus de Romena, Com. Pal. in Thusc. Potest. Sen. 1284. *Idaina.*
Aldobrandinus f. Bandinus, *Episc. Aret.* 1284.
Alexander Com. *de Romena.*

X.
Ceccus.
Taddeus.
Guido Com. *de Romena. Johanna.*
Ubertus. Margarita Malatesta, Pauli f. ♌
Alexander, Episc. Urbinat. 1317.
Maria, ux. Azzolini Com. de Moniecarello.
Albiera, ux. Galcotti, Com. de Modigliana.
Rugerius. Agnes de Dovadola.
Franciscus, Abbas de Pratoglia.

XI.
Carolus.
Franciscus. *Jacoba Ubaldini.*
Ricardus.
Petrus. *Gismanda de Toso.*
Rugerius.
Rubertus.
Bandinus *de Montegranelli.*
Johannes.
Arricus.

XII.
*Malatesta *de Dovadola. Jacoba.*
Guido.
Guelfus.
Godestildus.
Ubertus.
Johannes *de Raginopoli.* 1. *Gerardesca de Battifolle.* 2. *Soriana de Baldaccio.*
Nicolaus *de Monte di Sacco.*
Franciscus *de Romeaa.*
Antonius *de Montegranelli.*

XIII.
Johannes.
Franciscus.
Carolus.
Guelfus *de Dovadola*, proscriptus à Florentinis 1425.
1. Robertus *de Raginopoli. Neria.*
Actius.
Bandinus.
Alexander, † 1419. *Florimunda de Bandis.*
Carolus, fundator Ord. S. Hieron. † 1419.

XIV.
Johannes *de Raginopoli*, *Evangelista del Monte.*
Gerardesca, ux. *Gualterotti de Bardis.*
Antonius, † paulò post patrem.
Azzo, f. Actius, proscriptus à Florentinis an. 1425.

XV.
Robertus.
Helena.

COMITES GUIDII DE BALNEO MARCHIONES

VII. GUIDO Comes Palatinus in Thuscia, Guidonis

VIII. Guido cogn. *Novellus* de Modigliana & Casentino Comes Thusciæ Palat. 1263. *Novella, Comitis Ugolini de Gerardesca f.*

IX.
- Fredericus, † ante an. 1292.
- Manfredus.
- Wilhelmus *Spadalunga de Balneo*, Com. Palat. in Thuscia.
- N. uxor *Foresii Adimari.*

X.
- Guido Novellus *de Regginolo.*
- Johanna, ux. *Tegrini C. de Modigliana.*
- Galeottus. *Albiera de Romena.*
- Riccardus Comes *de Balneo.*
- Thomas.
- Bettus.

XI.
- Agnolinus dictus Guido.
- Marcus Comes. *Margarita Salimbeni.*
- Galassinus.
- Labe.
- Petrus Comes *de Balneo. Francisca de Battifolle.* ☉
- Guido Comes *de Balneo*, † *extorris.* ☽

XII.
- Galeottus.
- Bambus.
- ☉ Riccardus. Comes, † *exul Mantuæ.*
- ☾ Petrus Comes, † *sine prolis.*
- Francisca, ux. *Petri Com. de Bagno.*
- Antonia, nup. *Johanni de Bardii.*
- Hugo.
- Guido Novellus. *Antonia Piccolomini.*

XIII.
- Marcus.
- Petrus, Comes, † *Ferrariæ.*
- Carolus Comes.
- Guido Comes † *Mantuæ.*
- Robertus Comes, † *Mantuæ.*
- Galeottus Comes.

XIV.
- Guido *de Balneo* Comes. Ux. 1. *Philippa Gonzaga, Feltrini f.* 2. *Blanca Uberti.*
- Jo. Franciscus Comes *de Montebello. Ermellina Malatesta, Johannis f.* ☞
- Nicolaus.
- Guidoguerra.

XV.
- 1. Riccardus *de Balneo*, Comes. *Blanca Nogaroli.*
- 2. Ludovicus,
- Cæsar.
- Jo. Franciscus *de Balneo* Com. *Eques S. Steph.* cr. 1564. *Cornelia, Hieronymi ex Comit. de Turre f.*
- Guido.

XVI.
- ROGERIUS *Vid. Tab. seq. III.*
- Guido Novellus.
- Guidoguerra.
- Antonius.
- Leonardus.
- Joh. Franciscus.
- Petrus.
- Rugierius.
- Hieronymus.
- Camillus Comes, *Eques S. Stephani*, cr. 1572.

XVII. ☾
- Rinaldus.
- Jo. Franciscus.
- Guido, *Eques S. Stephani.*
- Vincentius.
- Ludovicus.

XVIII.
- Maximilianus.
- Ludovicus.
- Alfonsus.
- Joh. Franciscus ex Comit. Guidiis de Balneo, March. de Montebello, nat. m. Oct. 1578. *Episc. Reatinus & Rom. Eccl. Cardinalis*, cr. 1627. † 25. Jul. 1641.

XIX.
- Fabritius, † cælebs.
- Ludovicus Marchio *de Balneo & Montebello*, † *cælebs* an. 1664. postremus suæ lineæ.

BATTIFOLLE ET POPPI DE MONTEBELLO.

VII.

Guerræ F. † 1241. Uxor, *Johanna*.

VIII.

Simon, Comes, vixit adhuc 1274.

IX.

Guido *de Battifolle*, Comes Palat. Thusc. Poteſtas Seoenſ. 1287. Vicarius Roberti Regis in Florentiâ 1316.

X.

Carolus Poteſtas Senenſ. 1314. occ. in pugna ap. Montecatin. 1315.

Hugo, Poteſtas Senenſis 1319.

Simon II. *de Battifolle*, Comes, Poteſtas Florent. 1343.

N. uxor *Guidonis Comitis de Reggivolo.*

Bice, nop. *Simoni de Pazzis.*

Franciſca, ux. *Muſciatti de Franzeſis Dom. de Staggia.*

XI.

Guido Comes *de Battifolle.* *Idiana de Romena.*

Robertus *de Battifolle*, Comes, † 1374. *Bartolomea.*

Carolus *de Battifolle*, Comes *de Poppi*, Poteſtas Bononienſis 1370. ☾

Franciſcus Comes. *Andrea Acciaioli, Jacobi fil. Agnoli Cardinalis ſoror* 1365.

Gerardeſca.

Margarita.

XII.

Bernardus. *Maria Manfredi.*

Johanna, ux. *Guidonis Franciſci Com. de Palagio.*

Simoo III. Comes † 1390. ſ. pr.

Gnido Comes, † 1392. *ux. Selvagia Alberti* 1389.

Eliſabetha Com. *de Borgovallo*, ux. *Joh. de Gabrielis*, † 1448.

Johannes. † 1391. impr.

Gerardeſca, ux. *Ruberti Com. de Raginopoli.*

Robertus C. *de Poppi.* *Helena Cavalcanti.*

Franciſcus.

Johannes.

Simon.

Margarita, ux. *Aldobrandini Arioſti, Ferrarienſis.*

XIII.

Franciſcus.

Robertus.

Hugo.

Bernardus.

Franciſcus *de Battifolle* C. *de Poppi*, nat. 1390. † Bononiæ exul. *Magdalena, Luchini Vicecomitis f.*

Ludovica.

XIV.

Guidoguerra *de Battifolle* Comes *de Montone*, occiſus 1421. *Catharina Pitti, Franciſci fil.* † 1421.

Carolus. ⊙

Robertus.

Luchinus.

Gualdreda.

Ludovica, nup. *Nicolao Guerrieri.*

Anna, ux. *Pandolfi Malateſtæ* 1427.

XV.

Nicolaus Comes *de Montebello.* *Silvia de Somma, Fabritii & Paulæ Columnæ f.* ☾

Guidoguerra Com. *de Chiaggiolo.*

Rogerius.

Sebaſtianus.

XVI.

Marcus Antonius. N. *Ponzoni*, *Jo. Ludovici Com. de Caſtelletto f.* ☽

Fabritius.

Ippolitus.

Guidoguerra.

Jo. Franciſcus Marchio *de Montebello.* *Blanca Rangoni.*

Fabritius.

Franciſcus.

Carolus Comes.

Sebaſtianus.

XVII.

Fabritius Marchio *de Balneo & Montebello.* *Laura Columna, Pompeji Duc. Zagarolæ fil.*

Guido.

Alexander.

Gabriel.

Hercules.

Caſpar.

XVIII.

Pompejus.

Nicolaus Marchio *de Balneo & Montebello*, nat. 1584. poſt uxoris *Theodoræ Gonzagæ* obitum *Cardinalis* cr an. 1657. † 23. Aug. 1663.

Carolus.

Alexander.

XIX.

. . . . *monialis*, †

Portia oxor prima *Vincentii Gonzagæ Ducis Guaſtalæ.* †

T A-

TABU

COMITES ET MARCHIO

XVI.

ROGERIUS ex Comitibus Guidiis *de Constantia Ariosti.*

XVII.

Claudius ex Comit. Guid. de Balneo. *Livia Arrigonia.* — Julius.

XVIII.

Julius ex Com. Guid. de Balneo. *Barbara Gorna.* — Flaminius. — Hyppolitus. — Riccardus.

XIX.

Fabritius ex Comitibus Guidiis de Balneo. *Catharina de Fachinis.* — Claudius.

XX.

Julius ex Comit. Guidiis de Balneo, *Marchio* & Dominus *de Montebello*, aliorumque locorum in Statu Pontificio, ex hæreditate agnatorum lineæ Romanæ, vivebat anno 1698. *Claudia Arrigonia.* † an. 1692.

XXI.

Johannes Franciſcus Marchio, ex Comit. Guid. de Balneo. *Anna Delmati.* — Victoria. — Fabritius, *Abbas.*

XXII.

Ferdinandus. — Iſabella. — Ludovicus. — Camillus. — Leopoldus. — Clara. — Riccardus.

NES GUIDII DE BALNEO, vulgò DI BAGNO.

Balneo, Riccardi & Blancæ Nogaroliæ F. — XVI.

XVII.

Riccardus. | Theodosia & Blanca, *moniales*. | Isabella.

XVIII.

Rugierius. | Innocentia & Claridiana, *moniales*. | Octavia, uxor *Oddonis Pedocbe*.

XIX.

Rugierius.

XX.

XXI.

Scipio Comes *di Bagno* Cæsaris Cubicularius & Generalis. *Eleonora Com. de Wirbna, Stephani Com. de Wirbna & Mariæ Elisab. C. Chinskiæ filia.* | Nicolaus, *Theatinus*. | Claudius, *Sacerdos*. | Guido, *Capitaneus*. | Theresia.

XXII.

Filia unica.

EXEGESIS HISTORICA.

WIDIORUM sive GUIDIORUM Comitum, qui *Comites Palatini in Thuscia* olim appellabantur, familia non tantum laudibus ac decoribus abundat, sed etiam nobilissima effulget antiquitate; primam ejus originem & appellationem è Germania repetendam, atque à Guidone quodam, Ottoni I. Imperatori cognatione juncto, cumque eo in Italiam delato, & ejusdem beneficio Comitatu Mutilianensi in Æmilia aucto, ortam esse præstantissimi rerum & familiarum Italicarum scriptores, videlicet *Fr. Sansovinus, Leander Alberti, Jo. Villani, Nic. Malespini, Car. Sigonius, Crescentius* aliique tradiderunt. E contra è recentiorum auctorum numero *Sciptones Admirati*, pater ac filius, nec non *Eugenius Gamurrinius*, qui non nisi certa & veterum atque authenticarum tabularum chartarumque testimoniis fulta in medium protulisse videri volunt, Guidios Comites non peregrina stirpe, sed ex Hetruscis oriundos esse, ivere assertum. Equidem *Admirati* satis habuere duxisse initium genealogiæ Guidiorum à *Guidone Tegrini filio*, quem primis seculi XI. lustris vixisse chartæ testantur superstites; *Gamurrinius* verò ad Hetruscorum stirpem Marchionum originem eorum retulit, ab *Attalberto Magno Marchione Hetruriæ*, qui nono claruerit seculo, genealogiam orditus. (*a*) Huic gnatum tribuit *Guidonem*, quo satus *Attalbertus* genuerit *Walcherium*, patrem *Oberti* Marchionis Hetruriæ & *Guidonis*. De hoc sermonem fuisse ait *Hieron. Rubeo, Libro* V. *Hist. Ravenn.* ad ann. 923. sequentia referenti: *Circiter id temporis Englarata Comitissa, Ingelrada etiam vocata, Martini Ducis, civis Ravennatis filia, in oppido Mutiliano, quod erat suæ ditionis, insigni rerum magnificentia, aulæque splendore degebat. Multis autem oculos in eam conjicientibus, & ejus appetentibus nuptias, unus cæteris prælatus est Tigrinus Palatinus in Tuscia Comes, quem appellant aliqui Widonem; nobilitate juvenis, & opibus, atque adeo dignitate florentissimus. Is enim cum per speciem venationis se ad oppidum Mutilianum, quasi non sentientem, provectum simularet, oppidum ingressus, & ab Englarata, officii causa, humaniter acceptus, eam sibi benevolentiam conciliavit, ut haud multo deinde labore Englaratam uxorem habuerit, Mutiliano oppido potiretur. Inde cæpit Ravennam, uxoris patriam, frequentare.* Eo nati *Reinierius & Guido* dictus *Tigrinus* actionem movisse in hæreditatem Marchionum Etruscorum, ab Ugone Rege Italiæ in fiscum redactam, & Abbatiæ Aretinensi donatam, eidem dicuntur autori. Guido, Tigrinus appellatus, alium *Guidonem* aliumque *Reinerium* genuit, è quibus posterior, in veteri charta dictæ Abbatiæ *Rainerius filius Widonis, qui fuit Marchio*, nominatus, sator audit stirpis Marchionum *Collis*, qui deinde *Marchiones Montis S. Mariæ* appellati sunt, hodieque apud Hetruscos clarent. Guido autem ille est, à quo Admiratos Comitum Guidiorum genealogiam orditos esse dictum fuit, in Arbore & Historia separatim edita & recusa an. 1650. quam Illustrissimo Comiti Scipioni de Balneo acceptam me referre grata profiteor mente.

Guidios Comites bellicam laudem usque sectatos, atque etiam assecutos esse, vel *Guerræ* cognomen, quod aliquibus inditum fuit, significare videtur. Qui primus id gessit Faventinos insigni mactavit beneficio, quippe quos à Ravennatibus, in gratiam quorundam Faventinorum patria pulsorum acerrima pressos obsidione, extremo eripuisse discrimini *Rubeo* memoratur. (*b*) De uxoris ejus *Imiliæ* pietate & munificentia *Gamurrinius* è codice donationum eremo Camaldulensi factarum hæc recensuit: *Imilia olim Guidonis Comitis uxor fecit cænobium in Campo qui dicebatur. Ubi ven. Christi Ancillarum Collegium secundum habitum & consuetudinem Sacri Eremi instituit multarum nobilium Matronarum, quæ sine mora in lege Altissimi medituri summa religione ac sanctimonia cæperunt die ac nocte. Prima Abbatissa voluntate ipsius Imiliæ Sophia, gravissima ac nobilissima fœmina, instituta est, quæ non minus sanctitate vitæ, quàm bonis fortunæ sacrum cænobium honestavit, idque auxilio & opibus Imiliæ maximè, quæ quidem, ut exigua exordia majora indies caperent incrementa, ante omnia sylvam Palariæ cænobio donavit. Subinde verò ab Abbate Prataleæ jura patronatus Ecclesiæ S. Justi villæ Gricciani emit, eamque cum omni jure ac possessionibus eidem aggregavit 7. Idus Februar.* 1137. Guidonis & Imiliæ filio *Guerræ* cognomen æque ac patri fuisse Gamurrinius asserit; hunc in bellis civilibus, quibus anno 1100. & circiter omnis flagrabat Italia, gravia passum esse à Florentinis, agros ejus incendio & rapina depopulatis, *Otto Frisingensis* memoriæ prodidit. (*c*) De eodem hæc *Sigonius*: *Anno 1164. quarto Kalend. Octobris Fridericus* I. *Imp. Guidoni Guerræ Comiti in* He-

(a) *Hist. Gen. delle fam. Tosc. ed Umbre Vol. I. p.* 129. (b) *Hist. Ravenn. L. V. ad an.* 1103. (c) *Chron. L. VII. C.* 29.

Hetruria privilegium amplum concessit, non solum bona quæ possidebat affirmans, nempe castra Mutilianam, Tredotium, Dadulam, Battifollem & Regiolum, sed etiam omnia jura, quæ ipse habebat in eis (regalia illa vocat) ultro indulgens, bannum, placitum, districtum, telonium. pedagium, ripaticum, mercatus, molendinas, aquas, aquarumque decursus, piscationes, venationes, paludes, argentifodinas, ferrifodinas, & quicquid è terra ejus erui posset, Alpes, montes, valles, & omnia quæ ad se atque ad Imperium pertinerent. (d)

Guidonis Guerræ, Tertii hujus nominis, quinque filiis, in schemate recensitis, insigne ab Imperat. Friderico III. datum esse privilegium, Tertio Kal. Dec. ann. 1220. quibus plusquam CC. eis confirmaverit castra, Admiratus tradit; id licèt per ætatem vitium ceperit, legi tamen hinc inde adhuc posse Gamurrinius testatur, & sequentia ex illo excerpsit: *Dilectos Carissimos Principes nostros, viros Illustres, Guidonem, Tigrinum, Rogerium, Marcualdum & Aghinulphum, filios quondam Guidonis Guerræ, Thusciæ Comites Palatinos, pro magnifico & honorabili servitio, quod ipsi & progenitores eorum Progenitoribus nostris Regibus & Imperatoribus Romanorum fideliter exhibuerunt, sub nostra Imperiali protectione suscepimus.* Ex dictis fratribus ROGERIO cum Petro Traversaria, Prætore Ravennatensi, bellum fuit, de quo ita Rubeus: *Bonum habuit exitum Petri Traversariæ cum Rogerio, Comitis Guidi Guerræ filio, ob nonnullas possessiones, quas occupaverat Petrus, dissidium: nam licèt excitato Rogerius castello, quod appellavit de suo nomine Rogerium, Carpinetum obsedit, cepitque Petri oppidum, tandemque Ubertini Dusdei Ravennatis ope, insidiis circumventum, Petrum ipsum captivum duxit, tamen pace inter eos facta, Rogerius sororem Petro in matrimonio collocavit.* (e) Idem Rogerius solus inter fratres prole caruit, à reliquis quatuor totidem orti sunt rami, nominibus castrorum, quæ singuli tenuere Comites, distincti. Ab *Aginolfo*, natu minimo, orti, *de Romena, Montegranello & Raginopoli* cognominati fuerunt, apud Florentinos, Senenses & Pisanos, bellicis quibus functi sunt muneribus aliquandiu nobilitati; sed ad extremum cum à majorum institutis desciviissent, & cum hostibus Florentinorum se conjunxissent, acti in exilium & evoluti bonis. Aliqui ex illis pacis & religionis studia sectati, præclaram sui reliquere memoriam, videlicet ALDOBRANDINUS Episcopus Aretinus, ALEXANDER Urbinatensis Præsul, & CAROLUS, Antonii Comitis Montisgranelli F. qui Ordinem Eremiticum S. Hieronymi in Fæsulis montibus condidit, id quod inscriptio, lapidi in cella quadam cænobii illius insculpta, testatur, ita se habens: *Religio Mendicantium Divi Hieronymi à Beato Carolo Domini Antonii Comitis Montisgranelli filio Diœcesis Sarsinatensis Fæsulis hoc in loco instituta fuit, & initium sumpsit anno Domini* MCCCIV, *Innocentio* VII. *Summo Pontifice, atque à Gregorio* XII. *approbata & confirmata.*

Inter posteros Marcovaldi, qui Comitis Guidonis Guerræ III. & Gualdradæ gnatus penultimus fuit, clarum inprimis nomen consecutus est GUIDOGUERRA, hujus nominis IV. acerrimus Guelphicarum partium Dux, quo nomine anno 1256. à civitate Florentina, ubi ista tum prævalebat factio, turmæ D. equitum præfectus, atque Urbeveranis, quibus cum Viterbiensibus bellum erat, auxilio missus fuit. Hi eum fortè Aretium pervenissent, autor Guidus Guerra & adhortator Aretinis Guelphicarum partium fuit, ut equitatus sui præsentia freti raptis confestim armis diversæ factionis homines, qui Friderico II. imperante rempubl. gubernarant, urbe pellerent. Id licèt Florentinis non omninò gratum acciderit, eisque ob fœdus, quo Aretinis conjuncti erant, necessitatem attulerit rem corrigendi, aliisque copiis missis pulsos Aretio cives restituendi, eam tamen Comitis Guidonis habuere rationem, ut etiam summam XIIM. librarum, quam ille ab Aretinis, priusquam discederet, exegit, numerare, quàm eum offendere, maluerint. Aucta deinde est Florentinorum Guelphicæ sectæ erga Comitem æstimatio, cum, eò quòd consilio ipsius audientes non fuerunt, gravi à Gibellinis, Manfredi Regis præsentia corroboratis, clade affecti, & urbe pulsi essent. Hinc Carolo Andino viam in Italiam affectante, exules in novas erecti spes, & tum sua sponte, tum Pontificis hortatu arma induti, *Guidonem Guerram*, tanquam *virum consilio simul manuque præstantem*, ut habent verba Leon. Aretini secundo Histor. Florent. libro, *sibi Ducem præfecerunt, ac ubi primum regias copias appropinquare cognitum, obviam illis in agro Mantuano profecti, Gallos in admirationem decoris sui converterunt. Ornati siquidem armis, equisque & cæteris, quibus militares insigniuntur viri, etiam inter Gallos longè conspicui erant.* Suscepti igitur benignè, & una iter facere

(d) *Sigon. Hist. Ital. Lib. XIII.* (e) *Hist. Rav. Lib. VI. ad an.* 1216.

cere rogati, ubi in Saminium & ad manus cum Manfredo ventum est, ita eorum virtus enituit, ut insigne ad victoriam, quam Carolus reportavit, momentum attulisse celebrati fuerint. *Venit postea, anno 1267. in die Resurrectionis Domini, Comes Guido Guerra cum militia Gallicana Florentiam, & expulit inde omnes Gibellinos*, sicut è Ptolomeo Lucensi Admiratus & Gamurrinius retulerunt, *& tunc fuit factus Dominus Rex Carolus Potestas, sive Dominus ad sex annos, & eodem anno fuit factus Vicarius in Thuscia. Eodem anno Comes Guido prædictus fuit Potestas Lucensis, & tunc Lucenses resumserunt vires, & recesserunt à dominio Guidonis Novelli, auferentes eidem dominium Vallis Nebulæ & Vallis Arni.* Prolem legitimam nullam Guidoguerra IV. post se reliquit, sed nothum, dictum *Bastardum de Castiglione*, qui propaginem habuit, sed ingloriam. A Rugerio Comite verò, Guidonisguerræ fratre, genuina & clara orta est progenies, cui *de Dovadola* cognomen fuit, quod castrum Guido Silvaticus, Rugerii F. gnato suo Rugerio, cum eum ineunte anno 1301. emanciparet, tradidisse legitur. Iste apud Senenses Prætoris munere functus est; huic Florentini parem contulere dignitatem an. 1304. de qua re ita scriptum esse in fastis urbanis Admiratus refert: *Primores civitatis Kal. Augusti Syndicum constituerunt Ancontanum Nerium, civem Florentinum, ut iret ad Magnificum & Potentem virum, Rugierium de Dovadola, Comitem Palatinum Thusciæ, eidemque indicaret electionem, qua Potestas Florentiæ ad decem mensium & dimidii spatium creatus sit.* Eidem Robertus Comes Siciliæ & Hierosl. Comes Provinciæ & Rector Romandiolæ propter egregia sibi & Ecclesiæ præstita officia donavit an. 1314. *rationes omnes, quas Comes Manfredus de Modigliana rebellis habebat in castris & districtibus Tredotii & Mutilianæ, & casalibus Asseretæ & Lauretani de prædicta provincia Romandiolæ*, quemadmodum fide veteris membranæ Admiratus testatur. Postremus è Rogerii de Dovadola posteris GUELPHUS, intemperiis sua ætate familiæ Guidorum communibus agitatus, amicitiam à majoribus cum republ. Florentina cultam repudiavit, & Mediolanensium Duci, illius hosti, militavit, eaque propter unà cum agnato *Actio de Montegranello* proscriptione & ignominia notatus, exul extorrisque mansit.

A TEGRINO, filio Guidonis Guerræ III. secundogenito, orti sunt Comites *de Porciano*; uxor Tegrini *Albiera* Friderici Regis Siciliæ & Imperatoris gnata fuisse, illique Comitatus *Lezzo & Montescagliosо* dotis loco attulisse, Crescentio fertur; at Leander Alberti memoratas in Apulia Comitatus à Tigrino ferro acquisitas esse perhibet, cum is Honorii Pontificis militiæ adversus Tancredum Guiscardum præfectus esset; circa nomen etiam & genitorem Albieræ discordant scriptores, sunt enim, qui *Albinam*, alii, qui *Alcieram* vocant, & Tancredo Apuliæ Rege natam fuisse tradunt; sed *Albieræ* nomen verum illi fuisse fide veterum chartarum *Admiratus* asserit, genesin ejus in medio relinquens. Inter posteros Tegrini claruere inprimis TANCREDUS ejus nepos, hujusque filius GUIDALBERTUS, ille Ghibellinicas secutus partes Henrico VII. Imperatori strenuam navavit operam; hic Azzoni Vicecomiti, Mediolani Domino, egregia militavit laude, reduxque in patriam factus Gualterii Athenarum Ducis favorem sibi conciliavit, & literas ab eo impetravit de restituendis sibi bonis & speciatim medietate castri S. Babilli & totius montaneæ S. Gaudentii, quæ Gulielmo fratri ipsius, à Florentinis proscripto, ademta & in fiscum redacta fuerant: illas an. 1342. datas integras Admiratus recensuit; in quibus dictus Athenarum Dux civitatis Florentiæ & Jurisdictionum ejus Dominus generalis, *Guidalbertus* verò *egregius vir Comes de Mutigliana, egregii viri Tancredi Comitis F. de progenie Comitum Guidorum Dei gratia Palatinorum in Thuscia* nominatur. Filiis Guidalberti Carolus IV. Imperator investuram avitorum castrorum Senis an. 1355. contulit; ex eorum numero TADDEUS, vulgò *Dego* appellatus, cum Florentinis stipendia mereret, in conflictu quodam prope Bibbiennam mortem oppetiit. A fratre Guidalberti BANDINO illi prodiere, qui *de Palagio* cognominati fuerunt; inquieto istos ferè omnes ingenio fuisse, & continuas cum agnatis Porcianis, & republica Florentina, in cujus clientela hi erant, inimicitias & hostilitates exercuisse, Admiratus memoriæ prodidit; sed isthæc fortitudo ita in nervum erupit denique, ut ANTONIUS, Bandini nepos, castris & agris suis omnibus multatus, solum vertere coactus fuerit.

AD TAB. II.

GUIDONIS, qui Guidonis Guerræ III. filius natu maximus fuit, progenies secunda & tertia recensetur tabula: erat ille pater natorum duorum, *Guidonis*, qui *Novellus* dictus est, & *Simonis*. Hi Gibellinicis favebant partibus, exilio ea propter à Floren-

rentinis an. 1258. multati; sed SIMON his amicis uti consultius sibi fore ratus an. 1274. Guelphicæ se applicuit factioni unà cum GUIDONE gnato suo. Is à castro *Battifollano* cognomen fortitus, Senis *Potestatis* munere anno 1287. functus esse memoratur. Post aliquot lustra cum Florentini metu Henrici VII. Imperat. in clientelam Roberti Regis Neapolit. se tradidissent, rogatus is est ab illis an. 1316. ut in Comitem Guidonem Battifollanum autoritatem suam transferret, (f) cujus voti egregio civitatis commodo damnatos fuisse *Leon. Aretinus* memoriæ prodidit, *per hoc tempus*, inquiens, *gratia Roberti Regis ob varias incursationes Florentiæ vacillans, opera maximè unius Præfecti redintegrata est. Post indignationes enim superiori tempore coortas, Rex Guidonem Comitem urbi præfecit. Is quoniam finitimus ac penè civis, nec solum morbos civium sed causas etiam originesque cognorat, ad pacandam civitatem animum intendit. Supra quinquaginta capitales inimicitiæ familiarum ex nobilitate plebeque in civitate vigebant; quæ omnes per hujus providentiam, adjuvante Rep. sublatæ sunt, & quasi ex bello pax esset, arma deposita. Has privatas civium amicitias mox publica insuper consensio secuta est, cùm omnis antè dissensio in Rep. ex privatis simultatibus oriretur: itaque tranquilla omnia publicè privatimque hujus præcipuè diligentia effecit.* (g) Ex filiis Guidonis CAROLUS Prætor (*Podestà*) Senensis an. 1314. fuit, sed anno proximè secuto in acri apud Montecatinum oppidum prœlio, quo Guelphicis addicti partibus, & præcipuè Florentini, ab Uguccione Fagiolano, Gibellinicæ factionis Duce, gravi affecti sunt clade, occisus patris fatum prævertit. HUGO Senis spartam eamdem, quam frater ipsius Carolus ornavit, nactus est; multæ eidem, posterisque ejus, cum Florentinis intercesserunt lites, ob clientelam, in quam hi vassallos illorum susceperant. Postremus ex Hugonis posteris GUIDO GUERRA fuit, quem suimet subditi instinctu Albertaccii de Ricasolis, cujus gnatæ Catharinam Pittiam, civis Florentini filiam, prætulerat, apud Montevarchium trucidarunt, sed pœnam nefariæ cædis Florentinis dederunt, à quibus sicarii in castro Moncione, quò se receperant, obsessi, & ad deditionem adacti, suspendio necati sunt; (h) Catharinam ex ægritudine miseram mors brevi consecuta est.

SIMONIS, secundi hujus nominis, *de Battifolle Comitis Palatini in Thuscia*, illustris in annalibus Florentinis extat memoria, eo cum elogio conjuncta, quod nullius ex universa Comitum Guidiorum gente magis, quàm ipsius, fides erga rempubl. enituerit, cujus præcipuè documentum dederit, cum Prætor (*Podestà*) civitatis creatus esset difficillimo tempore, quo ob Gualterii Ducis Atheniensis tyrannidem cuncta ad seditionem spectabant: illius enim præcipuè autoritate eò redactus est tyrannus, ut munere abdicato urbe excesserit, & postquam fines Florentinorum egressus esset, apud Casentinos renunciationi ex pacto, licèt invitus, subscripserit; *neque fortasse*, ut habent verba Machiavelli, *fidem servasset, nisi verbis Simonis Comitis exterritus.* (i) ROBERTUS, filius Simonis II. natu major, paternam pressit orbitam, virtutemque suam pace & bello ita Florentinis probavit, ut in armis novi Mavortis, in toga novi Demosthenis, speciem præbuisse celebretur: in rebus ab eo gestis multa inprimis laude commemoratur San Miniati expugnatio, qua cladem à Bernab. Vicecomitis copiis Florentinis illatam ultus est, horumque res restituit, id quod in d. 9. Januar. an. 1370. incidit.

CAROLUS, Roberti Battifollensis frater, *Comes Poppii* fuit, quod *Pompilii forum* Machiavelli interpreti appellatur, & quamvis Bononiæ Prætoris munere functus esse legatur, in clientela tamen Florentinæ reipubl. permansit, æque ac gnatus ejus ROBERTUS, qui moriturus eandem in supremis rogavit tabulis, ut gnati sui unici FRANCISCI tutelam susciperent. Annuit ejus petito civitas, & Francisco sororique ejus quatuor constituit tutores; at iste, ubi sui juris factus est, ab avitis digressus institutis, graves cum dicta civitate, altrice sua, suscepit inimicitias, ortas, sicut *Admiratus* refert, ex offensa privata, quam cum Cosmo Medice contraxit: hunc enim inter & Comitem Franciscum verba intercesserant de futuro inter Petrum, Cosmi filium, & Gualdradam, Comitis gnatam, forma & ingenio præstantissimam, matrimonio; sed cùm id consilium Cosmus posteà repudiasset suasu Nerii Capponii, aliorumque, quibus illustres & extraneæ affinitates fastidio erant, iniquo id tulit animo Comes, & Rinaldi Albizii, qui familiam adversariorum Cosmi Medicis ducebat, partibus se applicuit, hocque ob motam seditionem urbe ejecto, palam à Florentinis defecit, & castra Ducis Mediolanensis secutus est, neque sive beneficiis, quibus eo in officio continendo ipsum adgressi sunt, sive periculis, ab amicitia Rinaldi & consilio fatali avelli poterat. Adversæ itaque ejusdem for-

(f) *Machiavellus Hist. Flor. Lib. II.* (g) *Aret. Hist. Flor. Lib. V.*
(h) *Amirat. Hist. Flor. Lib. XVIII.* (i) *Machiav. Hist. Flor. Lib. II.*

fortunæ & calamitati involutus, & Poppii à Florentinis obsessus, extremam necessitatem compositione prævenire statuit, qua in has potitus est leges, ut, salvis iis quæ auferri moverique possent, unà cum liberis abiret, & ditionem omnem Florentinis cederet; interea dum ea transigerentur, Comes in pontem, qui Arnum juxta arcem superat, Nerio Ginio Capponio, Florentinæ militiæ præfecto, obviam progressus, hunc, *Machiavello* referente, eum allocutus & obtestatus est in modum: Si ego prudenter meam for-,,tunam vestramque potentiam examinassem, mihi quidem modo liceret, amico vo-,,bis de victoria gratulari, non inimico supplicem esse, quo exitio minus gravi fortassis ,,opprimerer. Atque præsens mea conditio, quantum vobis ea honori atque lætitiæ, ita ,,mihi doloris miseriæque exordium est. Neque adeo mirum, qui hactenus equis, ar-,,mis, provinciis, subditis, atque divitiis floruerim, quod ea post me invito animo relin-,,quam. Quod si vero vos universæ Tusciæ imperium obtinere & cupitis, idque adipisci ,,potestis, necessum sane fuerit, ut nos vobis cedamus: atque ego quidem, nisi in hunc ,,errorem incidissem, tum neque fortunam meam explorare, nec liberalitatem vestram ,,agnoscere licuisset, quod si etenim me servare vobis libeat, ea sane clementia vestra u-,,niverso orbi exemplo esse queat. Superet ergo pietas vestra meum delictum, atque vel ,,solam hanc domum illi concedite, à cujus majoribus innumera beneficia in Rempubl. ,,profecta sunt. Ad ea *Ginius*. Quod nimium in eos recubuisset qui parum potuissent, ,,id vero, in Rempubl. Florentinam tantopere injurius ut fuerit, effecisse, ad quæ si tem-,,porum ratio accedat, necesse esse, ut omnem istam Provinciam, Florentinis vicinam, ,,eorum utpote hostis, cedat, quam ipsorum amicis obtinere noluerit: enimvero istius-,,modi ipsum testimonium de se exhibuisse, ut eo loci, quo in ipsius arbitrio situm sit in ,,omni fortunæ mutabilitate Florentinis nocumento esse, diutius ferri nequeat, siquidem ,,non tam ab ipsius persona, quàm à provincia sua periclitentur. Quod si verò in Ger-,,mania Principi ipsi esse liceat, non modo Florentinos id libenter habituros, verum etiam ,,ob ipsius majores, quorum modo mentionem fecerit, ipsi benevolentia non defuturos. Ad quæ Comes excandescens, *optandum sibi Florentinos longe remotius conspiciendos dari*; interrupto ergo amico sermone, postquam nihil aliud superesse animadverteret Comes, suas rationes Florentinis cessit, mœstusque una cum conjuge, liberis & facultatibus, eam Provinciam post se reliquit, quam avos suos nongentis annis obtinuisse perhibebat. (*k*) Bononiæ ætate peracta, gnatos in tabula enumeratos post se reliquit, quos inter Carolus *Sebastianum* genuit, patrem *Francisci*, *Caroli* & *Sebastiani posthumi*. Hic sub Troilo Sabello, claro Imperatore, stipendia merendo ætatem exegit, FRANCISCUS in aula Marchionis Mantuani juvenis decessit, CAROLUS Johannem Bentivolium Bononiæ Dominum aliquandiu sectarus, atque ob eo, fortunæ vicissitudinem experto, genero suo, Comiti Nicolao Rangonio, commendatus, cum isto Mutinam lares transtulit, nec caruit propagine.

Ad GUIDONEM, cui *Novello* cognomentum fuit, jam redit sermo, is Gibellinicæ constanter dediтus factioni, variam cum illa fortunam subiit; florentibus ejus in Etruria rebus, Potestas illi intra urbem Florentinam à Rege Manfredo an. 1261. demandata fuit; copiis deinde partium cum summo imperio præfectus, Luccenses an. 1265. imperata facere coëgit. Manfredo Rege à Carolo Andino vita & regno exuto, cum Guelphica factio Florentiæ rerum potita esset, urbe facessere coactus, Senas se recepit, ibidemque annua Potestate an. 1269. ornatus est. Vicennio abhinc patem Aretii nactus spartam, prœlio in Campaldino agro victus est, quo ipse urbis Episcopus, *Gulielmus de Vbertinis*, & Ghibellinicæ factionis plerique occubuisse memorantur. An. 1275. Faventiæ Potestarem tenuit, & victoriæ, quam Guido Feltrius de Bononiensibus obtinuit, magna pars fuit. Ab illo Comites Guidii de Balneo (*da Bagno*) cognominati, descenderunt, quorum stirps, ramis cæteris extinctis, perennat, licet hos quoque commune & atrox familiæ fatum avitis excusserit sedibus, & solum vertere, castraque & bona gentiliria omnia Florentinis relinquere coëgerit: istis enim, apud quos Guelphica ut plurimum prævalebat factio, in promtu semper erat materia collisionis cum Comitibus illis, Gibellinicas sectatis partes. Duo tamen ex eis MARCUS Comes, *Galeotti* F. & BETTUS ejus patruus, cum in summis res ipsorum essent angustiis, Florentinis supplices fieri, & castris bonisque suis, inter quæ *Socium*, ubi Marcus habitarat, præcipuum erat, reipublicæ venditis, civibus non primi ordinis, ad munera enim publica nullus eis patebat aditus, immisceri, quàm agnatorum exemplo alias fortunarum sedes, virtute Duce, quærere, maluerunt.

Inito anno 1398. fœdere inter Florentinos, Venetos, Bononienses, Atestinos Marchio-

(k) *Machiavell. Hist. Flor. Libro V.*

chiones, Mantuæ Pataviique Dominos, adversus Vicecomites Mediolani Duces, cum GUIDO Comes, Riccardi F. ejusque è fratre nepos RICCARDUS Vicecomitum castra secuti, arma adversus confœderatos tulissent, adeò indignè id tulere Florentini, ut nec post pacem an. 1400. factam, & amnistiam pactam, iræ, quas conceperant, deflagrarint, sed pessumdare & evertere Comites secum constituerint; & confecta res est ex reipublicæ sententia à Jacobo Salviato, cui in tanti meriti mercedem, triumphi loco, honos equestris decretus, & solemni pompa d. XII. Oct. an. 1404. collatus fuit. Omnibus itaque castris terrisque Comitum dictorum in fiscum redactis, Florentini Balneense dominium Johanni Gambacurtio an. 1407. tradiderunt, qui Pisas illis cesserat; sed Gerardi Gambacurtii, Johannis filii, rebellione nata eis an. 1453. est occasio illud suæ iterum ditioni adjungendi. Cæterùm Guido Comes bonis evolutus Pisas se contulisse, ibidemque anno 1405. in tumultu adversus Gabrielem Mariam Vicecomitem, qui urbi illa præerat tempestate, à civibus concitato, graviter vulneratus fuisse memoratur, cumque nulla ejus mentio post id temporis occurrat, ex plagis illis mortuum esse putant. Filius, quem post se reliquit, improlis decessit.

RICCARDUS Comes, de quo jam dictum est, ejusque filii Hetruria ejecti, in Lombardiam se receperunt, unde CAROLUS Ariminum ad Malatestas abiit, ROBERTUS Sfortianæ militiæ nomen dedit, PETRUS verò Ferrariæ, GUIDO Mantuæ, *Riccardus* ipse Mediolani à Principibus istarum urbium benignè suscepti sunt. Sed Guidone Mantuæ vita defuncto, *Riccardus* pater superstes eò quoque domicilium transtulit, quò *Robertus* etiam denique commigravit, ita ut jam Mantua Guidiis Comitibus patriæ instar esset. Alter tamen natorum Guidonis JO. FRANCISCUS sub vexillis Sixti IV. & Innocentii VIII. Pontificum Roman. stipendia merens in Flaminia, quam Romaniam vulgò vocant, fortunarum sedem reperit; namque ab Innocentio in præmium operæ Sedi Apostolicæ præstitæ accepit *Montebellum*, *Ginestretum*, *Montezissium* aliaque, & auctus per matrimonium cum Ermellina Malatesta *Giaggivolo*, *Castaneto*, *Bonalda*, *Petrella*, *Marcone* & *Valdipondo*, familiæ suæ in tenuem delapsæ conditionem pristinum resuscitavit decus, novamque ei affudit lucem. Eo natus NICOLAUS pro stipendiis quæ apud Leonem X. & Clementem VII. Pontifices meruit, *Gaiteam* & *Montescudulum* obtinuit; at viceversa JO. FRANCISCUS, *Nicolai F.* Rom. Pontificibus parum æquis usus est dominis: hic Caroli V. Imperat. castra aliquandiu secutus, eum deinde Cosmo M. Duci Etruriæ in Senensi militaret bello, & Gallis, qui Senensibus auxilia portabant, pecuniam in Cæsenate agro Pontificiæ ditionis ademisset, à Paulo IV. Pontifice tanquam vasallus Ecclesiæ Romanæ Romam citatus, cumque ad vadimonium non responderet, neque ad diem dictam compareret, proscriptus, & Montebello omnique bonorum, quæ Antonio Carafæ donata erant, possessione exutus est an. 1555. dissimulante tunc injuriam Cosmo; cujus tamen opera post Pauli excessum durante interregno cuncta recepit. Verum sub Pii IV. Pontificatu an. 1564. resuscitatâ ejus instinctu ab oratore regio Gallico controversiâ de pecunia prope Cæsenam intercepta, nec vel Cosmi, cui tunc in Germania operam Comes navabat, interventu averti potuit, quin quotundam castellorum amissione denuò multaretur, Romamque venire coactus, custodiæ traderetur. (1) Ea molestia extremis demum vitæ suæ annis solutus, & in ditionem suam restitutus, *Marchionis de Montebello* titulum sumsit, eò quod eodem Antonius Carafa, de quo dictum est, usus fuisset. Filius, quem post se reliquit, FABRITIUS *Balnei Marchio* appellatus est, eximiumque in aula Francisci M. Ducis Etruriæ honoris & ministerii locum tenuit; in matrimonium ibidem duxit Lauram Columnam, Prosperi, qui suprema rei militaris præfectura apud dictum Ducem fungebatur, neptem, è qua præstantissimæ sobolis pater factus est.

JO. FRANCISCUS, Fabritii Marchionis filius natu maximus, Ecclesiasticum vitæ genus, suo obsecutus genio, coluit, atque anno ætatis decimo octavo *Abbas* jam S. Mariæ Salernitanæ Diœcesis, & *Referendarius utriusque Signaturæ* fuit. Præsulati deinde indutus veste, Petro Cardinali Aldobrandino ad Henricum IV. Galliarum Regem Legato à latere comes honorarius à Clemente VIII. Papa datus est. Redux factus *Vicelegatus* Picenum, *Prætor* Firmum urbem veterem, Fanum, Campaniamque summa cum laude rexit, posteà à Paulo V. *Avenionensis Prolegatus* constitutus, eam septennii spatio ornavit spartam. Legationibus porrò in Gallia ac Belgio egregia defunctus laude, ab Urbano VIII. Cerviensi Episcopatu & sacra purpura donatus est an. 1627. sed anno

(1) *Thuan. Hist. Lib. XVI. & XXXV.*

anno 1629. demum evulgatus, Presbyterisque Cardinalibus adscriptus *S. Alexii* titulum in Aventino obtinuit, & Cerviæ Episcopatu dimisso Reatinum suscepit. Huic quoque anno 1638. ob loci insalubritatem nuncium remisit, & Romam repetiit jam sexagenarius, ubi ob præclarum multarum rerum usum inter Senatores præcipuorum cætuum, præsertim status & Sancti Officii, connumeratus, supremum explevit diem. Sepulchro ejus apud S. Alexium in Aventino, hoc adscriptum est Epitaphium:

Joannes Franciscus ex Comitibus Guidiis de Balneo, Fabritii Marchionis Montis Belli & Lauræ Columnæ ex Ducibus Zagarolæ filius, Tit. S. Alexii S. R. E. Presb. Card. Vivens sibi posuit. Qui cum aliquot Ditionis Ecclesiasticæ urbes & provincias CLEMENTE VIII, LEONE XI. & PAULO V. *Pontt. Maxx. administrasset.* A GREGORIO XV. *Extra Ordinem Legatus in Galliam, & paulò pôst ad Ordinariam Belgii Legationem; rursusque è Belgio ad idem munus ab* URBANO VIII. *in Galliam revocatus, ita ubique se gessit, ut eum idem* URBANUS *tanquam de Apost. Sede præclarè meritum Cardinalem creaverit. Eo in honore cum duodecim annos assiduam Reip. Christ. navasset operam, & Reatinam post Cerviensem Ecclesiam rexisset Episcopus, morte sublatus magnum urbi bonisque omnibus sui desiderium reliquit. Anno D.* MDCXLI, *Ætatis suæ* LXIII. (*m*)


NICOLAUS, Jo. Francisci Cardinalis frater natu minor, à puero studiis literarum & religionis, suasu Marci Antonii Columnæ Cardinalis, avunculi sui, se dedit; sed cum frater ejus natu maximus Ecclesiasticum vitæ genus amplexus esset, ipse jussu parentum ad rem uxoriam familiæque propagationem animum adjecit. Ducta in matrimonium *Theodora Gonzaga*, cum Philippo Columna Comestabili in Hispaniam profectus est, ubi Regi ita se probavit, ut annua scutorum mille pensione, è regno Neapolit. percipienda, ab hoc mactus fuerit. Romam reversus sub Gregorio XV. Papa militiæ Pontificiæ Dux Vallem-tellinam defendit, similique munere sub Urbano VIII. in Marchia Anconitana functus est. Posteà Torquato de Comitibus in militari præfectura Ferrariensi suffectus, hanc septem annorum spatio ornavit spartam. Uxore intereà nec non fratre Cardinali orbatus, sagum cum toga commutavit, & Abbatiam dictam *Mater Domini*, fratris morte vacuefactam, ab Urbano VIII. obtinuit, atque ab eodem in bello contra Principes Italiæ Confœderatos exercitus Pontificii curationem in Æmilia, Bonnonia ac Ferraria suscipere jussus est. Ad Magnum Hetruriæ Ducem *pacis Nuntius* dein missus, & paulò pôst *Athenarum Archiepiscopus* renunciatus, Gallica legatione honestatus est, quam provinciam cum toto decennio magna dignitate sustinuisset, tandem ab Alexandro VII. in prima Cardinalium creatione Presbyteris Cardinalibus tituli S. *Eusebii* adscriptus & Episcopus Senogalliensis constitutus est, cui tamen Ecclesiæ ætate jam provecta aliquandiu pôst nuncium remisit, & Romæ consenuit, vitaque ætatis anno octuagesimo defunctus. (*n*) Gnati duo, quos è Theodora Gonzaga suscepit, in flore ætatis, cælibes adhuc, vitam cum morte commutarunt, relictis bonorum suorum tam feudalium quàm allodialium hæredibus Comitibus Guidiis de Balneo, Mantuæ degentibus.

AD TAB. III.

HI à Guidone, Jo. Francisci, qui Montebellense castellum acquisivisse dictus est, fratre natu majore, sanguinem ducunt, filiorum aliquot ex iterato matrimonio patre; sed illorum qui ex posteriore orti sunt toro propago emarcuit; Riccardo, quem unicum è priore Guido genuit conjuge, natus est ROGERIUS, à quo Tertiæ initium tabulæ, abavus JULII. Hic anno 1698. in vivis supererat, Marchionis dignatione à Duce Mantuano mactus, & hæreditate agnatorum, Marchionum de Montebello, auctus; eidem florentissima est soboles, gnatæ duæ, filii sex; horum natu maximus JO. FRANCISCUS Marchio Supremi Præfecti Casalii & Monferrati munere, à Duce Mantuano, ipsi demandato, fungitur; proximus ab eo FABRITIUS Abbatis dignatione Romæ agit; tertius nativitatis ordine SCIPIO, in aula Cæsarea à prima eductus juventa, nobilioribus disciplinis animum excoluit: inde erecto ad majoris fortunæ spem animo, bellicæ laudis cupidine flagrans militiæ nomen dedit, magnisque eventis & periculis in bello Turcico Italicoque immixtus ita se gessit, ut virtutis ac fidei decoramentum præfecturam legionis peditum, titulosque insignes Generalis Excubiarum Præfecti primùm, dein Locumtenentis Campi Marescalli, tulerit. Uxorem etiam in aula Imperatoris se & genere suo dignam, perillustri stirpe Bohemica satam, accepit, è qua unica illi est proles fœminea. NICOLAUS, qui nascendi sorte Scipionem excepit, pietatis studio Patrum Theatinorum familiam ingressus est. CLAUDIUS etiam religionis studia secutus rebus divinis vacat; GUIDO denique natu minimus ad stipendia Cæsarea à fratre ductus in ejus legione cohorti præest.

(m) *Ciaccon. Hist. Pontif. & Cardin. Tomo IV. p.* 571. (n) *Ibid. p.* 729.

PICCOLOMINEÆ FAMILIÆ GENEALOGIA.



CRuce *cærulea* & lunulis *aureis*, quibus distinctam repræsentamus in area *argentea*, Piccolominei omnes in insignibus suis utuntur; sed à diversis diversa illi adduntur discernicula; Piccolominei *de Sticciano* scuto suo *cephalum* imponunt *aureum*, cui *aquila nigra alis cruribusque expansis* inscripta est; *Castellionis* Domini in scuti *quadripartiti*, secunda tertiaque areola crucem dictam, prima verò & quarta *castellum* sive *turrim* deferunt; Piccolominei, *de Aragonia* cognominati, etiam *quadripartito* utuntur scuto, sed primam extremamque areolam, *Neapolitanis Aragonicisque* insignibus implent.

TABU

PICCOLOMINEI

PICCO

I.

II. Guilielmus, *ramum condidit, qui seculo XVI. exaruit.* — Ingilbertus, *improlis.* — Alamannus, *improlis.* — Claromontius, *hujus posteritas in quarto defecit gradu.* — HUGO.

III. Bartolomæus. — Guilielmus, Consul & Poteftas Pratens. — Alamannus.

IV. GUILIELMUS dict. *Cencius, Vid. Tab. seqq. II.* — Salomon, emtor Modanellæ 1278. — Hu

V. Franci

VI. Bartolo

VII. Chriftophorus, Præfectus

VIII. Andreas. — B. Alfonfus, *Jesuatus.* — Francifcus, dictus *Veggia.*

IX. Bonfignorius. Ux. *Fazzina Capucciani.* — Piccolomo.

X. Nicolaus, ux. *Catharina Tolemei.* — Thomas, *Canon. Senens.* — Nicolaus.

XI. Johannes Baptifta, dictus Pittamo, Ux. *Angiolina Tolemei*, 1504.

XII. Nicolaus, 1574. *Lira de S. Martino.* — Ifiola, nupta *Casparo Saracini.* — Francifcus. *Catharina Lenzi.*

XIII. Johannes Baptifta, 1581. *Camilla Martinozzi.* — Tiberius, ux. 1. *Adriana Marretti*, 2. *Hippolyta Peca.* — Andreas. N. *Samuelli de Chucci.*

XIV. Nicolaus Piccolomini. *Adriana Massaini.* — Margarita, uxor *Silvii Martinozzi.* — Francifcus. *Laura Bonaventuri.*

XV. Johannes Baptifta, 1631. *Laura Attesi.* — Catharina, ux. *Fabiani Simoncelli.* — Hyacinthus, 1640. *Maria Manni.*

XVI. Hieronymus, 1658. *Maria Biogi.* — Maria Francifca, nup. 1. *Carolo Corti*, 2. *Carolo Borghesi.* — Antonius. — Laura.

XVII. Octavius Piccolomini, Gonfalonerius Senens, 1670. *Silvia Benassai.* — Silvius, *Jesuatus*, dict. *Fr. Bartolomæus.* — Francifcus. — Jofephus, *monachus.*

XVIII. Portia Hieronyma.

DE CASTELLO MUTIO.

LOMO. I.

II.

Bartolomæus, *improl.* RUSTICHINUS, *Vid. Tab. VII.* Aldigierius, *filios tres, sed nullos ex eis nepotes habuit.* Ultramontius, *hujus progenies in quarto emarcuit gradu.* Magalottus, *ejus posteritas ad sextam usque duravit generat.*

III.

Uxor, *Altisciana Ugurgieri.* Aldigierius, f. pr. Ingilbertus.

IV.

go. Alamannus, cujus posteritas in sexta defecit generatione. Minus.

V.

scus. B. Ambrosius, *secundus Abbas Gener. Olivitanorum.* 1319.

VI.

mæus.

VII.

militiæ reipubl. Senensis.

VIII.

Uxor, *Emilia.* Christophorus. Petrus. B. Bindus, *Jesuatus.*

IX.

Ux. *Apollonia Maconi.* Andreas. Bartolomæus.

X.

Ux. *incomperta.* Agnolus, ux. 1. *Alexandra Porcari*, 2. *Evangelista Cinughi.*

XI.

Petrus, ux. *Hieronyma Bulgarini*, 1506.

XII.

Fabius Piccolomini. *Blanca.*

XIII.

Petrus, 1568. *Emilia Santi.*

XIV.

Fabius Piccolomini. *Comitissa Santi.* Sulpitia, nup. *Ascanio Paccinelli.*

XV.

Claudius. Augustinus. Adrianus. Anna. Margarita, ux. *Johannis Berti.* Judith. Petrus.

XVI.

Franciscus Piccolomini. *Emilia Benassai.*

XVII.

Laura.

TABU

PICCOLOMINEI ADOPTIVI EX LOLIS

IV. GUILIELMUS PICCOLOMINI, cognom.

V. Guilielmus. — BARTHOLOMÆUS. *Vid. Tab. V.* — Petrus.

VI. Guilielminus.

VII. Cooradus, dictus Cooraduccius. *Mancinella.*

VIII. Encas Piccolomini. Ux. 1. *Bicia ex Abbatis Dom. Grofeti.* 2. *Johanna Bernarducci.* — Goilielminus.

IX. Silvios Piccolomioi. *Montanina Scali.* — Tengoccios. — Auguftious.

X. Bartholomæa uxor *Nicolai Loli.* — Odolina oopta *Ludovico Vitelli.* — Silvius Piccolomini, *pofthumus.* *Victoria Forteguerri.*

XI. Gregorius Loli, Secretarius Papæ Pii II. *adoptatus* ab eod. io famil. Piccolomineam. — Æneas Silvius Bartholomæus Piccolomini, nat. 19. Oct. 1405. vel 25. Aug. 1406. *Epifcop. Targeft. dein Senenfis* 1450. R. E. *Cardinalis* 1456. *Pontifex Rom.* dictus PIUS II. 19. Aug. 1458. † 16. Aug. 1464.

XII. Pius Piccolomioi Loli, vixit 1496. *Catharina Piccolomini.*

XIII. Julius, vixit 1534. *Calidonia Agazzari.* — Silvius Piccolomini. *Baptifta Placidi.*

XIV. Alexander, vix. 1560. *Volunia Spannochi.* — Evander.

XV. Hieronymus, Capitaneus populi Senenf. *Marietta Gori Pannelini.* — Francifcus, *Eques Hierofolym.*

XVI. Marcellus. *Lidia Piumi.* — Fabius, *Eques Hierof.* — Alexander, *Eques S. Steph.*

XVII. Hierooymus Piccolom. Loli. *Fauftina Piccolomini, Hieronymi f.* — Portia, ox. *Philippi Tolommei.* — Catharina. — Camilla, *monialis.* — Nicolaus. — Autooius. — Andromaca, *monial.* — Agnes, *monial.*

XVIII.

XIX. ÆNEAS, Prioceps S. Rom. Imperii, hæres Octavii propatrui fui, obiit cælebs. — Victoria, ox. *Metelli March. Bichi.* — Laudomia. — Violanta.

XX. Joannes Norbertus Jofephus Ignatius Petrus Piccolomini. — Ludomilla Maximiliana Anna Jofepha.

ET DOM. DE STICCIANO.

IV. Cencius, Bartholomæi F.

V. SALOMON. *Vid. Tab. VI.* — Conradus.

VI. Meuccius, Dn. de Castiglion d'Orcia. — Franciscus.

VII. Bernardinus. — Ambrosius.

VIII. Jacobus Piccolomini. *Nicoluccia Ubertini.* — Johanninus Piccolomini. *Cionella.*

IX. Andreas, *Episcopus Siracusanus*, 1464.

X.

XI. Petrus. — Laudomia, uxor *Nanni Todeschini, quem Pius II. in familiam Piccolomineam adoptavit; ejus posteros Vid. Tab. seq. III.* — Catharina, nup. *Bartholomæo Guglielmi.* — Victoria.

XII. Antonia Guglielmi nupta *Bartholomæo Pieri, Equiti, Dom. de Stecciano, in nomen familiamque Piccolom. adscito.*

XIII. Æneas Piccolomini Dn. de Sticciano, 1489. *Isabella Pecci.* — Victuria, uxor *Hieronymi Tolommei.* — Bartholumæa, nup. *Leonardo Marsili.*

XIV. Silvius Dn. de Sticciano, 1521. *Aurelia Tolommei.* — Andromaca, ux. *Julii Tolommei.* — Evander. *Leonora Piccolomini de Mandolo.*

XV. Æneas Dn. de Sticciano. *Victoria Piccolomini, Antonii Mariæ Dom. de Montemarciano f.* — Johannes Baptista.

XVI. Silvius Dn. de Sticciano, M. Prior Pis. Ferdinandi M. Duc. Etrur. supr. Cubicul. *Violanta Gerini.* — Ascanius, *Archiepisc. Senensis* 1588. † 1597. — Hippolyta, ux. *Scipionis Simoncelli Dom. de Veceno.* — Æneas, *posthumus.*

XVII. Æneas Piccol. de Aragonia, Comes & Dn. de Sticciano, Eq. S. Steph. *Catharina Aimari, Raphaelis f.* — Ascanius, *Archiepisc. Senensis* 1629. † — OCTAVIUS Piccolomini de Aragonia, Dux de Amalfi, PRINCEPS S. Rom. Imp. exercitus Cæsar. supr. Dux, Eques Aur. Vell. nat. 11. Nov. 1599. † 10. Aug. 1656. *Maria Benigna Francisca ex Duc. Sax. infer. Julii Henrici Ducis fil.* — Victoria, ux. *Nicolai Caprara, Com. de Pantano Senat. Bonon.*

XVIII. Silvius, Comes Piccolom. occ. in præl. ap. Norlingam Sept. 1634. — Franciscus Dux de Amalfi VII. Eques S. Jac. Cubicul. Cæs. *Æmilia Strozza, Laurentii Com. fil.* — Evander, *Eq. S. Steph.* — Violanta, ux. *Francisci Mariæ Malegonelle.*

XIX. LAURENTIUS, Prior Pis. Dux de Amalfi VIII, S.R. Imp. Princ. Dynasta in Nachodin. Bohem. *Anna Victoria Ludomilla Liebsteinskia Com. de Kolowrath, Comitis Leopoldi Ulrici filia.* — Elisabetha. — Maria Sidonia. — Catharina Angelica. — Cleria. — Octavia Benigna, nup. *Petro Antonio M. Guadagni.*

XX. Joannes Wenceslaus Carolus Josephus Octavius. — Maria Emilia Anna Cathar. Josepha. — Maria Margarita Anna Josepha Innocentia. — Octavius Æneas Josephus.

PICOLOMINEI TODESCHINI ET BANDINI, DOMINI DE

XI.

NANNES TODESCHINUS, Eques Senensis, a
Uxor, *Laudomia Piccolomini, Silvii filia,*

XII.

ANTONIUS, Dux primus de Amalfi, *Vid. Tab. seq. IV.*

Franciscus Todeschinus Piccolomini, n. 9. Maji 1449. *Archiepisc. Senens. & R. E. Cardinalis* 1460. *Papa Rom.* 22 Sept. 1503. † eod. an. d. 18. Oct. dictus PIUS III.

Jacobus Todeschini Piccolomini, Dn. de Montemarciano & Camporsevoli Eq. S Jacobi. Ux. 1. *Camilla Monaldeschi.* 2 *Christophora Columna.*

XIII.

Æneas Dn. de Montemarc. & Camporsevoli. *Magdalena Marescotti.*

Laudomia, ux. *Thomæ Thomasii.*

Alexandra, ux. *Johannis Franchi, Dom. de Montorio.*

Silvius, 1523. *Cinthia Paluzza Albertoni.*

Constantia, ux. *Petri S. Croce.*

XIV.

Antonius Maria Dn. de Montemarc. & Camporsev. 1541. *Helena Sforza.*

Franciscus.

Johannes Franciscus.

Piccolomo.

XV.

Jacobus Dn. de Montemarc. & Camporsev. *Isabella Ursina.*

Scipio, Prior Pis. Dn. de Camporsev. 1. *Camilla Serristori*, 2. *Magdalena Principstein.*

Victoria, ux. *Æneæ Piccolomini.*

Isabella, notha, ux. *Alcibiadis Tracerchi.*

Johannes Franciscus.
|
Piccolomo.

XVI.

Alfonsus Dn. de Montemarciano & Camporsev. † 1591. *Hippolyta Pico, Ludovici Com. Mirandulæ f.*

Fridericus.

Irene, nup. *Tiberio Baldeschi.*

Aloisia, ux. *Octavii Avogadri Com. de Sanguineto.*

Curia, ux. *Friderici Baglioni.*

XVII.

Victoria, uxor *Camilli Conti Dni de Carpinetto.*

MONTE MARCIANO, CAMPORSEVOLI & CASTIGLIONI.

XI.

doptatus in familiam Piccolomineam.
Æneæ Silvii, f. Pii II. Papæ soror.

XII.

Petrus Todeschini Piccolomini.	Andreas Todeschini Piccolomini, Du. de Castiglioni della Pescaria, & insulæ del Giglio, Capitan. populi Senenf. 1489. *Agnes Farnese, Gabrielis Francisci fil.*	Montanina, uxor *Laurentis Boninsegni.*

XIII.

Petrus Franciscus, Dn. de Castiglioni, Cap. pop. 1515. *Francisca Savelli.*	Johannes, n. 9. Oct. 1475. *Archiep. Sen.* 1503. *Cardinalis* 1517. † *Decanus S. Coll.* 21. Nov. 1537.	Alexander Dn. de Alma Cap. pop. 1528. *Francisca Conti.*	Bernardinus, *Episc. Teram. & Sess.*	Montanina, ux. *Salustii Bandini, Dom. de Castiglioncello*, adoptati in fam. Piccol.	Victoria, ux. *Borghesis Petrucci.*

XIV.

Alexander, à cujus notho *Ænea Piccolominei Veneti* descendunt.	Ascanius.	Silvia, nup. *Innico Piccolom. de Aragon. Duci IV. de Amalfi.*	Matthæus, 1532. 1. *Laura Palmieri*, 2. *Atalanta Tommasi.*	Orlandus.	Marius Bandinus Piccol. Cap. pop. 1526. *Frasia Agazza.*	Franciscus, *Archiepisc. Senens.* † 1588.	Bandinus, *Decanus Ecc. Metrop. Sen.*

XV.

Horatius, 1562. *Casandra Zati.*	Jacobus.	Ascanius.	Alexandra ux. *Juliani Gallerani.*	Mutius.	Hasdrubal.	Salustius. *Cecilia Bufalini.*	Germanicus, *Archiep. Corinth.*	Montanina, ux. 1. *March. Cerbone de Monte*, 2. *Americi Amerigi.*	Berenice, ux. *Alfonsi Bardi.*

XVI.

Alexander, Cap. pop. 1633. *Ernesta Petrucci.*	Vincentius, Cap. pop. 1649.	Mutius.	Laura.	Hijacintha.	Andreas.	Petrus.

XVII.

Jacobus, 1669. *Lucretia Piccolomini, Hieronymi ex Carol. fil.*	Petrus Franciscus.	Horatius, *Decanus Eccles. metropol. Sen.* 1668.	Lucretia.	Antonius, *Canonic. metropol. Sen.*	Zoroaster, *monachus Dominic.*

XVIII.

Alexander.	Eusta.	Francisca Maria.

TA-

DUCES DE AMALFI, COMITES DE CELA

XII.

ANTONIUS Todeſchini Piccolomini, Nannis Todeſchi à Ferdinando I. Rege Neapol. creatus, & in nomen fano, Comes de Celano, M. Juſtitiarius regni
Uxor, 1. *Maria de Aragonia, Ferdinandi I. R. Neapol.*

XIII.

(1) Maria, uxor *Jacobi Urſini, Duc. de Gravina.*

Johanna nup. 1. *Andreæ Matthæo Aquavivæ, Duci de Atri.* 2. *Alvaro Pizarro.*

(2) ALPHONSUS Dux II. de Amalfi M. Capiſtr. C. de Celano, M. Juſtitiar. regni.
Johanna de Aragonia, Arrici M. de Geraci f.

XIV.

Alphonſus Piccolomini de Aragonia Dux III. de Amalfi, M. Capiſtr. &c. Capit. pop. Sen. 1539.
Conſtantia Davalos, Inici M. del Vaſto f.

1. Eleonora, ux. *Pauli Antonii Poderico.*

XV.

INICUS, Dux IV. de Amalfi &c.
Silvia Piccolomini, Petri Franciſci Dom. de Caſtiglione f.

Pompejus, *Epiſc. Lanciani* 1556. *dein Torpeiæ*, 1560. † 1562.

Johannes, Baro de Scaffata.
Maria Davalos.

Antonius M. Capiſtrani.

Victoria, ux. *de Caretto.*

Beatrix.

XVI.

CONSTANTIA Duciſſa de Amalfi V. nup. *Alexandro Piccolomini M. d'Iliceto.*

Alfonſus Comes de Celano, Baro de Scaffata.
Lucretia Carafa, Octavii M. d'Anzi f.

Inicus.

XVII.

Johannes Piccolomini de Aragon, Comes de Celano.
Hieronyma Loffreda.

XVIII.

Alphonſus Comes de Celano Princeps de Valle Reale.
Leonora Loffreda Marci Antonii Pr. III. & ult. de Maida, Duc. de Laconia foror.

Ambroſius, *Abbas Olivit.* dein *Epiſc. Trivent.* denique *Archiepiſc. Hydrunt.*

Pius, *Teatinus.*

Carolus.

Emanuel.

Octavius.

XIX.

Johannes Dux de Laconia IV. cælebs.

Franciſcus, *occ. in obſid. Budæ* 13 *Jul.* 1686.

Joſephus Princeps II. de Valle Reale, Dux de Laconia V. C. de Celano.
Anna Columna & Barile, Pompeji Columnæ Romano & Victoriæ Barile f.

Æneas.

Ambroſius, *Abbas Olivit.*

XX.

Leonora.

Victoria.

Alphonſus Piccolomini de Aragon. nat. 1. Oct. 1695.

NO, PRINCIPES DE VALLE REALE.

ni & Laudomiæ Piccolomini F. DUX DE AMALFI primus miliamque regiam Aragoniam adſcitus, Marchio de Capiſtra- XII.

fil. natur. 1458. † 1460. 2. *Maria Marzana, Marini Duc. de Seſſa III. f.* 1461.

XIII.

Fridericus. — Johannes Baptiſta Marchio d'Ilicero. 1. *Conſtantia Caracciola, Leonardi C. S. Angeli f.* 2. *Maria Henriquez.* — Franciſcus, *Epiſc. Biſianenſ.* 1498. † 1530. — Leonora, ux. *Bernardini Sanſeverini Pr. Biſinian.* — Victoria, ux. *Jacobi Appiani Dom. de Piombino.*

XIV.

Antonius Piccol. de Arag. M. d'Iliceto. *Antonia Borgia.* — Joh. Baptiſta. *Lucretia Afflittia.* — Maria, ux. *Caſparis Toraldo, M. de Polignano.* — Alvira, ux. *Hugonis Sciſeara C. d'Avello.* — Vincentius Picc. d'Arag. *Diana de Cardines, Alphonſi M. U. de Laina f.*

XV.

Alphonſus Marchio d'Iliceto. *Beatrix Loffreda.* — Johanna, ux. *Joh. Antonii de Tolfa, Com. de Serino.* — Conſtantia, nup. *Paulo de Tufo.* — Ferrantes. *Fumia Loffreda.*

XVI.

ALEXANDER Dux de Amalfi V. per ux. *Conſtantiam Piccolomini, unici Ducis fil. unic.* — Johanna, ux. *Joh. Pauli Bartilotto Pr. de Caſtellaneta.* — Pompejus. *Diana Falangola.* — Antonius. — Silvius. — Vincentius. — Fabritius. — Hieronyma, ux. *Fabritii Lanario C. del Sacco.* — Cæſar.

XVII.

XVIII.

Andreas. — Berenice. — Catharina. — Iſabella. — Anna. — Thereſia.

XIX.

Dominicus, *Teatinus.* — Victoria. — Hieronyma.

TABU

PICCOLOMINEI

V. **BARTHOLOMÆUS** Piccolomi

VI. Comes Piccolomini

VII. Franciſcus, ux. *Nicola Incontri.* — Andreas. — Meus.

VIII. Andreas, ux. 1. *Rubba Tolommei*, 2. *Neroccia Cerretani.* — Rinaldus.

IX. Nicolaus, ux. *Nella Foſcherani.* — Andreas. — Antonius, ux.

X. Andreas, ux. *Griſſola Piccolomini.* — Rabba, nup. *Franciſco ex Com. Guid. de Balneo.*

XI. Nicolaus II. — Hieronymus. — Comes. — Blaſia, ux. *Chriſtophori Capacci.* — Nella.

XII. Andreas, Præf. milit. Sen. 1433—1464. *Baptiſta Sozzini.* — Johannes. *Andrea Ragnoni.* — Franciſcus. — Blaſius, *Viceenſtelalanus S. Angeli.*

XIII. Jacubus. — Alexander. — Marianus. — Fauſta, *virugo animoſa, & virilis an.*

XIV. Julius, 1571. *Iſiſilu Bandi.* — Scipio, vexillifer occ. 1589. — Cintia, nup. *Johanni Gabrielli.* — Tullia, uxor *Pandolphi Santi.* — Catharina.

XV. Franciſcus, 1597. 1. *Foliden Tancredi.* 2. *Honorata Vieri.* — Æmilius, *Signifer ſub cohorte Caroli Piccolom. in bello Hungar.* 1601. — Lutugarda *Abbat. ad S. Nicol.* — Dionyſia.

XVI. Franciſcus Piccolomini, Capit. Populi 1652. Comes S. Rom. Imperii. 1. *Victoria Perini Brancadori.* 2. *Penelope Bandinelli.* — Lidovinus Piccolomini, Comes S. Rom. Imperii, *Archiduci Sigiſmundi Supr. Cubiculur. Præpoſitus Tridentinus.* — Julius Piccolomini, *Profeſſor in Univerſitate Senenſi.*

XVII. Æneas Silvius Comes S R. Imp Cæſar. Cubicul. & Generalis Campi Mareſcalli Locumtenens. † 9. Nov. 1689. — Catharina. — Victoria, ux. *Julii de Vecchii.* — Antonius, Comes S. R. Imp. *Præpoſ. Eccl. Cathedr. Trident.* — Odolina. — Julia, ux. *Sigiſmundi Trapp. L. Bar. de Biſeyn.* 1669. — Nicolaus, Comes S. R. Imp. — Claudius. — Lucretia, nup. *Petro Boninſegni.* — Honorata, *monialis.*

L A V.

DE MODANELLA.

ni, Guglielmi cogn. Cencii F. V.

Dn. de Modanella. VI.

Tessa. Vanna, nup. *Philippo Scoti.* VII.

Minuccia, nup. *Meo Bartolotti.* Piccolomo, ux. *Lira.* VIII.

Faustina Piccolomini. Andreas. IX.

Andrea, uxor *Bertaccii Ubertini Com. de Chitignano.* Alexander, *Episc. Chiuciens.* 1434. X.

XI.

Marianus. *Mariana Accarigi.* — Antonius, *Archiepisc. Senens. primus* 1459. † eod. anno. — Franciscus. — Johannes. — Benuccius.

XII.

Bernardinus, 1490. Ux. 1. *Antonia Simoni*, 2. *Ipsila Bulgarini.* — Andreas, *Abbas S. Vigilii.* — Nella, ux. *Bonsignorii Bonsignori.* — Calidonia.

XIII.

Franciscus. *Catharina Agazzari.* — Marcellus. — Ludovicus. — Johannes. *Lira de S. Martino.*

XIV.

Mutius, Eques, triremium præfectus. *Lucretia Malaspina.* — Marius, 1572. *Virginia Accarigi.* — Æmilia, nup. *Julio Finetti.* — Ascanius. *Lucretia Auveduti.*

XV.

Franciscus, Rector Universitatis Senens. Capitan. populi 1648. *Alexandra Nini.* — Fulvius. *Cloride Vannocci.*

XVI.

Acritia. — Johannes Baptista Piccolomini. *Virginia Chigi, neptis Alexandri VII. Papæ Augusti fil.* — Catharina, monialis. — Livia, ux. *Johannis Chigi.* — Ascanius Piccolomini. 1. *Hortensia Vieri.* 2. *Aurelia Ghini Bandinelli.*

XVII.

Franciscus, J.U.D. 1. *Catharina Gaetana.* 2. *Maria Griffoli.* — Alexandra, nup. *Celso Bargagli.* — Bernardinus. — Augustus, *Eques Melit.* — Laura. — Mutius. — Marius. — Catharina, ux. *Patritii Bandini Dom. de Castiglioncello.* — Julius. — Tullia, ux. *Johannis Amidei.* — Fulvius. *Judith Billo.* — Berenice, ux. *Camilli Gerardi.*

XVIII.

Lælius. — Mutius. — Livia. — Sigismundus. — Virginius. — Æneas Pius. — Laura, nup. *Augustino Maria Salvi.*

PICCOLOMINEI

V.

SALOMON PICCOLOMINI, Dn. de

VI.
- Perrus, Eques & Capitan. bell. *Bartholomæa Arzocchi.*
- Spinellus Capitan. general. civit. Senens. *Evangelista Cinughi.*
- Francisca, ux. *Stephani Aldobrandeschi Com. S. Floræ.*

VII.
- Jacobus. *Gamuccia Malavolti.*
- Salomon.
- Nicolaus Dn. de Triana. *Mea Rossi.*
- Jacobus, *Consul. Senens.*
- Catharina, ux. *Ludovici Dn. de Orgiali.*
- Bartholomæa, ux. *Capelini Ubertini Com. de Chitignano.*
- Nannius, *clarus dux bell.*

VIII.
- Petrozzus. *Cia Vannicini.*
- Spinellus Dn. de Triana. *Margarita Incontri.*
- Bartholomæus.
- Marianus.
- Beatrix.

IX.
- Salomon. *Francisca Donati.*
- Spinellus, ex XIII. Consulibus. *Virginia Cinughi.*
- Johannes.
- Nicolaus Capit. de Maremma, 1403. *Francisca Piccolomini, Francisci de Mandolo fil.*

X.
- Petrozzius, Legatus reip. Sen. ad Pium II. 1458.
- Nicolaus. *Francisca.*
- Hieronymus, *Canon. Senens. Protonot. Apostol.*
- Julius, *Archiepisc. Rossan.*

XI.
- Spinellus, Capit. de Maremma. 1. *Mariana Incontri.* 2. *Margarita Mazzacorno.*
- Bartholomæus.
- Salomon, Senator Senens. 1459. *Bina Colombini.*
- Petrus.
- Catharina, ux. *Vannis Placidi.*

XII.
- Spinellus. *Francisca Mandoli.*
- Nannius.
- Petrus Franciscus.

XIII.
- Nicolaus, 1481. *Catharina Tolomei.*
- Julius.
- Aldellus.
- Bartholomæus, Eq.
- Hieronymus.
- Bernardinus.

XIV.
- Horatius. *Berenice Landucci.*
- Spinellus. *Virginia Cerretani.*
- Franciscus. *Julia Placidi.*
- Catharina.
- Volunius.
- Hieronymus. *Baptista Franceschoni.*

XV.
- Augustus. *Lucretia Balselli.*
- Nicolaus Dn. de Triana. *Lucretia Tuti.*
- Flaminius. *Sulpitia Chigi.*
- Lactantius.
- Camillus.
- Spinellus.
- Lælius, Capit. pop. 1604. *Agnes Piccolomini, Clementis ex Mandol. fil.*
- Volunius, *Fr. provincial. observant.*

XVI.
- Æmilius. *Bona Gavelli.*
- Horatius, Cap. pop. 1618. 1. *Elisabetha Ottieri.* 2. *Aurelia Petrucci.*
- Olympia, ux. *Orlandi Marescotti, Dn. de Monte Albano.*
- Artemisia, nup. *Vido Bandinelli.*
- Pyrrhus.
- Æmilius.
- Bernardinus, Legum Doctor. *Victoria Petrucci.*
- Franciscus, *Jesuita, & totius Ord. Generalis el.* 1649. † 17. Jun. 1651.

XVII.
- Augustus, dein *Fr. Pius inter mon. Observ. Superior monasterii Senens.*
- Spinellus, Dn. de Triana. *Agnes Piccolomini, Bernardini Condom. Trianæ f.*
- Frauleco-lus, *Eq. Melit. Commendat. Volaterr.*
- Catharina, ux. *Hieronymi Tolomei.*
- Carolus. *Maria Magdal. Gerardi.*
- Hieronymus Dn. de Triana. *Catharina Gori Pannelini.*

XVIII.
- Horatius Dn. de Triana. *Catharina Gori-Pannelini.*
- Elisabetha, ux. *Com. Caroli d'Elci.*
- Margarita, ux. *Victorii Nerli.*
- Horatius, M. Ducis Etrur. Cubicul. secr. 1669. *Virginia Accarigi.*

XIX.
- Hieronymus.
- Aurelia.
- Theresia.
- Lucretia.
- Dorothea.
- Victoria.
- Rosa.
- Bernardinus.
- Franciscus.
- Jn. Baptista.
- F. Sigismundus.
- Ricciardus.
- Volunius.
- Agnes.

DE TRIANA.

V. Bangnano, Guilielmi cogn. Cencii F.

VI.
Andreas, *Procurator Saxi fortis*, 1316.
Minus.
Thomas, dictus *Pretegrasso*, dux milit. insignis, Legatus ad Carolum IV. Imperat.

VII.
B. Bartholomæus, dictus Bartolo, *Jesuatus*.
Guccius, *Capitan*.
Salomon Dn. de Castiglion il Bosco.
Andreas, *Poëta*, dictus *il Ceferanna*.
Antonia, ux. *Comitis Guidi Novelli de Battifolle*.

VIII.
Salomon. *Julia Piccolomini*.
Antonius.
Fr. Angelus.

IX.
Nicolaus. *Taddea*.
Spinellus. *Calidonia de Bincio*.
Evangelista, uxor *Philippi Bonin, egni*.

X.
Spinellus, 1462. *Bina Colombini*
Bartholomæus, *Eques*.
Salomon. *Nicolæa Benvoglienti*.

XI.
Salomon, 1507. *Laura Benvoglienti*.
Bindus, Potestas Pientiæ. *Laura Capacci*. ☾
Aldellus, *Episcopus Sevan*. 1492. † 1510.
Bartholomæus, Eq.
Thomas.

XII.
Fabius. *Portia Tegliacci*.
Petrus Paulus, *monach*.
Agnolina, ux. *Petri Capucciani*.
Joh. Baptista.
Alexander.

XIII.
Salomon, 1567. *Urania Cerretani*.
Alexander.
Lepidus, Doctor, dein *Jesuita*.
Franciscus.

XIV.
Octavia, ux. *Curtii Patritii*.
Nicolaus, factus *Capucinus* sub nom. *P. Ambrosii*.
Æneas. *Dorothea Cinugi*.
Fabius, *Episc. Massæ & Populoniæ*, 1615. † 1629.

XV.
Hieronyma, ux. *Agnoli Ugurgieri*.
Margarita, ux. *Matthæi Biringucci*.
Fabius, 1656. *Margarita de Golia*.
Nicolaus, *Abbas, Canon. & Secretar. Memorialium Alexandri VIII. Clementis IX. & X. Pontif.*
Lælius, *Primicerius metropolitanæ Senens.* 1676.

XVI.
Hieronymus, *Jesuita*.
Voluniius, *Eq. Melit.*
Antonius.
Æneas Silvius.
Ascanius.
Marcellus.
Curtius.
Dorothea, ux. *Joh. Francisci Bellanti*.
Octavius.
Angiolus.
Laura.

XVII.
Agnes nup. *Spinello Piccolomini, Dom. Trianæ*.
Francisca, uxor secunda *Augusti Chigi, fratris P. Alex. VII.*

XVIII.

XIX.
Maria Magdalena.
Carolus Angelus.
Jo. Baptista.
Julius Cæsar.
Alexander.
Nicolaus.
Marcellus.
Flavius.

TABU
PICCOLOMINEI

II. **RUSTICINUS**, Piccolhominis

III. Ranierius

IV. Rinaldus, *Legatus Senensium ad Gregorium IX. Papam* 1227. — Fortarricus, *Legatus ad Frid. II. Imperat.* 1250. — Claromontesius.

V. Æneas, *Legatus ad Carolum Regem Neap. à fact. Guelph.* — Bernardinus. — Benuccius. — Gualtierius. — Turcius, *Consul Mercanæ.*

VI. Cinus. — Mea, ux. *Ludovici Rubei.* — Naddus, *Legatus ad P. Nicol. IV.* 1289. *Gemma Buonsignori.* — Ranierius, *Equitum ductor* 1275.

VII. Cinellus, Dn. de Castiglioni Barotti. *Johanna Gratiani.* — Fatius, Eques Cæsareus 1356. *Pia Cinugi.* — Gnaltierius. — Landoccius. *Catharina Capucciani.* — Nerocius. — Benuccius.

VIII. Bonsignorius. *Christophora Marescotti.* — Landoccius. *Itasia de Nannis.* — Toncus, *defensor libertatis*, 1361. *Tuccia Saracini.* — Æneas. *Andrea Rambaldi.* — Franciscus d. *Boccaccius.* N. *Vitallioni.* — Tomuccius. *Guccia ex Nobilibus Munisteri.*

IX. Pia, ux. *Horatii Capuccini Dom. de Stecciano.* — Margarita, ux. *Laurentii Piccolomini ex Mandol.* — Bartholomæus. — Andrea, ux. *Zenonis Lambardi.* — Thomas, Capit. Maremmæ 1409. *Jacoba de Stecciano.* — Fatius. *Cecca Vieri.* — Naddus. — Americus.

X. Archangelus de Bicchera 1434. *Nanna N.* — Johannes. — Pia, ux. *Fatii de Stecciano.* — Johannes.

XI. Franciscus. *Catharina Cinugi.* — Nicolaus, *Presbyter.* — Carolus. *Margarita Bargagli.* — Gemmina, ux. *Ildobrandini Pecci.* — Naddus. — Blasius. — Gabriel.

XII. Thomas. *Pia Auveduti.* — Archangelus. — Bernardinus. — Almericus, *Præpos. Eccl. Uratislav.* 1556.

XIII. Æneas, Cap. pop. 1563. *Frasia Sergardi.* — Carolus. *Dorothea Salvani.*

XIV. Thomas. *Catharina Mignanelli.* — Franciscus. — Hannibal. — Hadrianus. — Julius. — Carolus. — Valerius. *Æmylia Benvoglielli.* — Pius.

XV. Rinierius. *Ersilia Petrucci.* — Frasia, ux. *Hannibalis Tolommei.* — Æneas. — Honorata, ux. *Bartholomæi Pecci.* — Mutius. — Ferdinandus. *Sulpitia Petrucci.* — Virginia, nup. 1. *Hieronymo Piccolomini de Mandolo*, 2. *Carolo Cinugi.* — Carolus *Eq. Melit.* — Pia.

XVI. Hadrianus, 1665. *Ersilia Marsilii.* — Pia. — Septimia, ux. *Caroli Cinugi Doctoris.* — Catharina. — Lucretia, ux. *Damasi Dei.*

XVII. Ranierius. — Maria Catharina. — Dorothea. — Maria Septimia.

L A VII.
RUSTICINIADÆ.

F. Eques & Consul. vix. an. 1170. — II.

Piccolomini. — III.

Conraducius. | Rusticiuus. — IV.

Rustici- nus. | Melaganus. | Ranierius, *Legatus ad Alex. IV. Pap.* | Ptolomæus. | Gabriel. | B. Jovaccinus. — V.

Ganus. *Antonia Marsili.* | Gabriel, milit. Senens. Præf. *Tessa Tondi.* | Turcuzza, nup. *Bindo Ricasoli Dom. de Brolio.* — VI.

Mocatinus. *Vanna Piccolomini.* | Mocada, *milit. Senens. Dux, Gubernator Orvieti & Todi.* | Carolus. *Adriana f. Margarita Patritii.* — VII.

Nicolaus. *Nicoluccia Bartoli.* | Franciscus. *Nicoluccia Orlandini.* | Bandinus. *Jotta de Pepo Sansedoni.* | Covarus. *Nicolao de Albertuccio.* | Regulinus. *Pierla* N. | BLASIUS. *Vid. Tab. IX.* — VIII.

Carolus, à quo *Carolidarum* nomen posteris ejus natum. *Dea Ugurgieri.* | Agnolus Piccolomini. *Angela Tancredi.* — IX.

Bartholomæus. *Cecca Ugurgieri.* | Isotta, ux. 1. *Joh. Thomasi*, 2. *Bandini Patritii.* | Bandinus. *Tora Salimbeni.* | Catharina, ux. *Bartholomæi Bellarmati.* — X.

PETRUS, *Vid. Tab. seq. VIII.* | Pompouius, *Peditum ductor.* | Carolus. *Andrea Sozzini.* | Agnolus. | Petrus. *Angiolina Tondi.* — XI.

Petrus. | Alexander. *Margarita Piccolomini Laurentii de Mandolo f.* | Abbundia *Abbatissa in S. Abbundio.* | Cassandra, ux. *Andromaci ex Com. d'Elci Pannochieschi.* | Francisca, ux. *Antonii Ciungi.* — XII.

Agnolus Piccolomini. *Margarita Santi.* — XIII.

Hannibal. *Violanta ex Nobilibus de Lisentio.* | Alexander, *Archiepisc. Patrar. Coadjutor Senens.* 1574. † 1578. | Angelus. *Æmylia de Germonia.* | Joh. Baptista. 1. *Portia Borgesi.* 2. *Aurelia Sermini.* | Lactantius. *Catharina Pecci.* | Deiphœbus, *Archipresbyter Sen.* | Marius. *Johanna Lenzi.* — XIV.

Portius, *vir eruditus.* | Isabella, ux. *Fabii Saputi.* | Piccolhomo, *Eq. S. Steph. Julia Tommassi.* | Franciscus, *Eq. Melit. Prior Barlett.* | Salustius. | Alexander. | Æmylius. *Camilla Chigi.* | Lactantius, *Eq. S. Steph. Segretea Cacciaguerri.* | Camillus. — XV.

Johannes Baptista, Cap. pop. 1628. *Petra Piccolomini, Petri de Mandolo f.* | Catharina. | Angelus, *Eq. Melit.* | Salustius. | Marius, Cap. pop. 1620. *Margarita Venturi.* | Portius. *Prudentiana Venturi.* — XVI.

Piccolhomo, 1660. *Honesta Victoria Ugurgieri.* | Alexander, *Philosophiæ Doctor.* | Franciscus, *Canonicus metrop. Senens.* | Julia, ux. *Petri Hieronymi Cerretani.* | Hieronyma, ux. *Jo. Baptistæ Lapavelli.* | Carolus, *Primicerius Senens.* | Catharina, ux. *Rutilii Bichi.* | Alexander. | Alexandra, nup. 1. N *Salvini*, 2. *Julio Cittadini*, 3. *Flaminio Forteguerri.* — XVII.

Hugo. | Johannes Baptista. | Petra. | Violanta. | Margarita. — XVIII.

PICCOLOMI

XI.

PETRUS PICCOLOMINI, Bartholomæi F. Caroli N. vixit anno 1459.

XII.
- Bartholomæus. *Alexandra Tommasi.*
- Alexander. *Compagna Agazzari.*
- Julius.
- Hieronymus, *ductor militum strenuus.*

XIII.
- Carolus, accuratissimus Dialecticus. *Hieronyma Bellanti.*
- Petrus, Cap. pop. *Hieronyma Chigi.*
- Ludovicus. *Bartholomæa Pecci.*
- Hieronymus. 1. *Hieronyma Borgesi.* 2. *Lucretia Tolomei.*

XIV.
- Pomponius, *bellator fortis, pro patria egregia morte defunctus* an. 1554.
- Bartholomæus. *Hieronyma Tommasi.*
- Julia, ux. *Alexandri Com. d'Elci Pannocchieschi.*
- Hieronymus. *Faustina Bulgarini.*

XV.
- Æmylius, Cap. pop. 1590. 1. *Flaminia Pannelini.* 2. *Virginia Bichi.*
- Sulpitia, ux. *Marcelli Austini Dom. de Caldana.*
- Livia, ux. *Francisci Patritii.*
- Flavia, ux. *Fausti Bellanti.*
- Celius. *Olinda Tancredi.*
- Fabius. *Tradita Tancredi.*

XVI.
- Petrus, *ductor peditum in Belgio, dein Capucinus.*
- Bartholomæus. *Faustina Capranica.*
- Hieronyma, nup. *Fabio Piccolomini de Mandolo.*
- Pomponius, *Eques Melit.*
- Olimpia, ux. *Augustini Chigi.*
- Carolus, Castellanus Pistoriens. *Elisabetha Vinta.*
- Faustina, ux. *Vincentii Bichi, mater Alexandri Cardinalis Bichi.*
- Alexander. *Lucretia Ugurgieri.*
- Hortensia, ux. *Patritii Venturi.*
- Julia, ux. *Claudii Simonii.*
- Augustus. *Catharina Palmieri.*

XVII.
- Petrus Franciscus. 1. *Flaminia Agazzari.* 2. *Urania Martini.*
- Flaminia, ux. *Scipionis Chigi.*
- Æmylius, *Eq. S. Steph.* Cap. pop. 1642. 1. *Aloisia Contini.* 2. *Lucretia Pannelini.*
- Hieronyma, ux. *Galgani March. Bichi.*
- Maria, ux. *Jo. Bapt. Tommasi.*
- Belisarius.
- Celius, *Cardinalis Rom. Eccl.* cr. 1664. *Archiepisc. Senens.* 1671. † 24. Maji 1681.
- Hieronymus. *Virginia de Ciaja.*
- Carolus.

XVIII.
- Cammilla, ux. *Petri Francesconi.*
- Faustina, nup. *Julio Blanco.*
- Æmylius. *Laura Spannochi.*
- Alexandra, ux. *Hieronymi Bargagli.*
- Lælius. *Fulvia Bianchi.*
- Elisabetha, ux. *Francisci Accarigi.*
- Carolus.

XIX.
- Francisca.
- Johannes Carolus.
- Bernardinus.
- Lucretia Maria.
- Bartholomæa.
- Carolus.
- Catharina.
- Agrigelia.
- Thomasa.
- Aloisia, *monialis.*

NEI CAROLINIDÆ.

XI.

Uxor, 1. *Francisca Pecci.*
2. *Gannoccia Saracini.*

XII.

Johan. Antonius. *Virginia Ugurgieri.*	Ludovicus. *Catharina Sozzini.*	Antonia, ux. *Laurentii Piccolomini de Mandolo.*	Carolus.

XIII.

Johan. Antonius, Eq. S. Jac. Castellanus S. Angeli. *Theresia de Mendoza.*	Nicolaus, Cap. pop. 1529. *Æmilia Saracini.*	Thomas.	Johannes.	Petrus.

XIV.

Hieronymus, Capit. Populi 1564. *Portia Beccafumi.*	Hannibal.	Aurelia.	Florius.	Franciscus Philosophus clariss. Capit. pop. 1599. *Fulvia Placidi.*	Nicolaus, *posthumus.*

XV.

Hyppolitus. *Judith Ugurgieri.*	Hieronymus. *Albina Auvedutti.*	Silvia, ux. 1. *Curtii Turamini*, 2. *Antonii Salamandri.*	Alfonsus.	Cammilla, nup. 1. *Thomæ Guglielmi*, 2. *Andrea Trecerdis.*	Alexander, Cap. pop. 1628. 1. *Portia Sergardi.* 2. *Laura de Golia.*	Nicolaus.	Catharina, ux. *Paridis Beringucci.*

XVI.

Scipio, Eques S. Steph. Capit. pop. 1644. 1. *Johanna Com. Gonzaga.* 2. *Dorothea Ugurgieri.*	Hieronymus, *Legum Doctor.* *Margarita Alberti.*	Nicolaus, *Philosophus.*	Franciscus. *Maria March. Bibboni.*	Petrus, Capit. pop. 1663. 1. *Magdalena Misoni.* 2. *Ursula Ghezzi Borghesi.*	Aurelia, ux. *Johannis Cerboni Dom. de Saloch in Moravia.*	Fulvia, nup. 1. *Lelio Griffoli.* 2. *Lactantio Bulgarini.*	Æneas, Eq. S. Steph. *Urania Agazzari.*

XVII.

Hyppolita, nup. 1. *Cæsari Mirtini, Equiti*, 2. *Johanni Patritio Columbini.*	Antonius.	Hieronymus.	Alexander.	Portia, ux. *Patricii Venturi.*

XVIII.

Lucretia, ux. *Jacobi Piccolomini, ex Dom. Castilion.*	Bartholomæus, Eq. S. Steph. 1674. *Eleonora Gori Pannelini.*	Faustina, ux. *Hieronymi Loli Piccolomini.*	Alexander.	Olinda, ux. *Ferdinandi van den Einden M. de Castelnovo.*

XIX.

Celius.	Lucretia.	Julia Theresia Maria.	Ferdinandus.

TABU

PICCOLOMINEI

VIII. **BLASIUS PICCOLOMINEUS**, Caro

IX.

- Franciscus, dictus *Mandolo*, unde stirpi suæ id agnominis ortum, fuit ex Consulibus an. 1363. Ux. *Jacobina Bargagli.*

X.

- Laurentius, Potestas Montalcini 1379. *Margarita Piccolomini, Landocci & Rusticin. f.*
- Francisca, ux. *Nicolai Piccolomini de Triana.*
- Baptista, ux. *Hieronymi de Sozza Tolomei.*
- Nicolaus. *Dianora Borgesi.*

XI.

- Mandolus, *Senator & Conservator Rom.* 1456.
- Nicolaus, *Archiepisc. Benevent.* 1464. † 21. Sept. 1467.
- Thomas, *Canonicus Senens.*
- Gemmina, ux. *Laurentii Bandinelli.*
- Johannes. *Agata Landi.*

XII.

- Laurentius. 1. *Lucretia Bensi.* 2. *Antonia Tolomei.*
- Franciscus. 1. *Francisca Turamini*, 2. *Magdalena Agazzari.*
- Nicolaus *Auditor Rotæ Rom.*
- Laura, ux. *Johannis Pecci.*
- Johannes.
- Antonius. *Baptista Turamini.*

XIII.

- Nicolaus. *Dianora Borgesi.*
- Margarita, uxor *Alexandri Piccolomini.* † 1503.
- Alexandra, nup. *Casparo Verdelli.*
- —a— Benedictus. *Portia Pontani.*
  - Aurora, nup. 1. *Pompilio Luti*, 2. *Hieronymo Accarigi.*
  - Flavia, ux. *Polybii Finetti.*
  - Cinthia, ux. *Fabritii Rocchi.*
- —b— Hieronymus. d
- Antonius. *Francisca de Golia.*
- Andreas, ob. 1496.

XIV.

- Hieronymus. *Cammilla Bandini.*
- Franciscus, *Legum Doctor*, ob. 1569.
- Laurentius. *Margarita Piccolomini.*
- Leonora, nup. 1. *Evandro Piccolomini.* 2. *Hieron. Benvoglienti.*
- —d— Portia, ux. *Æmylii Tommasii.*
- Guido. e
- Salustius. *Contessa Borgesi.* f

XV.

- Salustius, Legatus Ducis Florent. Venetiis, † 1552. *Hieronyma Tantucci.*
- Theodorus.
- Leonora, ux. *Augusti Chigi.*
- Nicolaus, Cap. pop. 1561. *Hyppolita Pannelini.* l
- —e— Alexander. *Cassandra Martinozzi.* k
- —f— Mutius, *adoptavit Attilium & Salustium Spanoccios.*
- —g— Octavius. *Penelope Bandini.* l
- —h— Lucius, *Canonic. Senens.*
- Armonius. *Silvagia Beltramini.* m

XVI.

- Hieronymus. *Hieronyma Pannelini.*
- Fabius. *Hieronyma Piccolomini, Æmylii ex Carol. f.*
- Flaminia.
- Antonius. *Clementia Bonsignori.*
- —i— Hieronymus. *Virginia Piccolomini, Valerii f.*
- Hieronyma, ux. *Alexandri Auvedduti.*
- Aurelia, ux. *Scipionis Zondodari.*
- Julius. *Honesta Placidi.* p
- —k— Cammillus. *Hortensia Megliorini.*

XVII.

- Franciscus. *Catharina Guglielmi.*
- Julius.
- Æmylius.
- Petrus. *Margarita Perini.*
- Hieronymus. *Aurelia Piccolomini.* q
- —p— Franciscus *Episc. Grossetan.*
- Silvia, ux. *Ingirani Ingirani.*
- Hieronymus. *Cammilla Luci de Colle.*
- Salustius. *Lucretia Tolomei.* r

XVIII.

- Hieronymus. *Judith Amerigi.*
- Johannes Baptista.
- Petra, ux. *Francisci Mariæ Piccolomini ex Mandol.*
- Hieronymus.
- Hieronyma, nup. *Eduardo Cerini.*
- —q— Carolus. *Catharina Chigi.*
- Alexander, *Primicerius Senens. Episc.*
- Margarita, ux. *Petri Forteguerri.*

XIX.

- Horatius.
- Nicolaus.
- Catharina.
- Aloisia.
- Franciscus Ignatius.
- Agnes.
- Francisca.
- Julius.

MANDOLIDÆ.

VIII.

li F. Vid. Tab. VII. Uxor, *Gemina Saracini.*

IX.

- Guido, ex officialibus Mercaturæ 1399. *Andrea Petroni.*
- Carolus. 1. *Deca Tondi.* 2. *Catharina Cerchi.*

X.

- Carolus, ductor armorum. 1. *Nicolea Rossi.* 2. *Margarita Mignanelli.*
- Guido, *Potestas Clusiens.*
- Blasius. *Johanna Martinozzi.*

XI.

- Jacobus, Legatus ad Ferdin. Reg. Neap. 1479. N. *Malevolti.*
- Guido.
- Guidantius, Legatus ad Pium II. Papam 1462. *Honesta Benzi.*
- Margarita, ux. *Johannis Dom. de Sticciano.*

XII.

- Johannes, Capit. *Populi Sen.* b
- Cammilla, ux. *Bandini Bandini.*
- Blasius, Signifer equitum reip. *Constantina Ammannati.* c
- Christophorus, Gubernator Orvict. Cap. pop. 1516. *Agnes Bonizzi.*
- Bonsignorius, Dn. de Castiglioncello. *Virginia Arigieri.*

XIII.

—c—

- Æneas. N. *Lotterenghi.*
- Jacobus.
- Carolus.
- Silvius.
- Gentilea, ux. *Laurentii Borgesio*
- Nicolaus, *Poëta.*
- Dominicus.
- Joh. Baptista Cap. pop. 1524. *Aurelia Sermini.*
- Hieronymus, *Episc. Pientiæ & Mont. Ilcin.* 1510. † 1535.
- Guido Antonius, Cap. pop. 1551. *Hyppolita Biringucci.*

XIV.

- Fabius. *Aurelia Beringucci.* g
- Marcus Antonius. *Calidonia Pecci.*
- Scipio. *Catharina Boninsegni.* h
- Dominicus. *Magdalena Vannicini.*
- Gerundius. *Livia Ugurgieri.*
- Alexander, *Episc. Pientiæ & Mont. Ilcin.* 1528. † 1563.
- Clemens. *Cinthia Sozzini.*
- Franciscus Maria, *Episc. Montis Ilcin.* 1554. † 1599.

XV.

- Fabius. *Artemisia Cinuzzi.* n
- Augustus.
- Ascanius. *Celia Cinuzzi.* o
- Carolus, *Eq. Melit.*
- Octavius.
- Agnes, ux. *Lelii Piccolomini Dom. de Triana.*
- Livia, ux. *Thomæ Com. d'Elci.*
- Franciscus Maria. *Petra de Mandolo Piccolomini.* ☾
- Joh. Baptista, *Episc. Salamin. & Clusin.* 1633. † m. Jul. 1637.

XVI.

—l—

- Fabius, *Legum Doctor. Leonora Palmieri.*
- Alexander.
- Catharina, nup. *Michaeli Angelo Vanni.*
- Andreas.
- Johan. Baptista.

—m—

- Nicolaus.
- Scipio.
- Cammilla, ux. *Hieronymi Constanti.*

—o—

- Ferdinandus. *Æmylia Gratiani.*

—n—

- Dominicus.

—☽—

- Josephus.

XVII.

- Cæsar. *Laura Beringucci.* s
- Elisabetha.
- Catharina.
- Octavius.
- Livia, nup. 1. *Ludovico Nacci*, 2. *Bernardino Boninsegni.*
- Julia, ux. *Vincentii Bonsarti.*
- Celia.
- Franciscus.
- Ascanius.
- Virgilius.
- Margarita.
- Flaminia.
- Johannes Baptista.
- Antonius.

XVIII.

—r—

- Jacobus. 1. *Hieronyma Cioli.* 2. *Judith Saracini.*

—s—

- Leonora, *monialis.*

EXEGESIS HISTORICA.

PICCOLOMINEÆ familiæ genealogiam, superioribus exhibitam tabulis, ipsa gens illustrissima edidit, exscriptam scalpro elegantissimè in mappa ingenti & splendida, in qua primariò sub adspectum venit arbor procera, patulis diffusa ramis, multaque fronde & innumeris vestita foliis, quibus nomina personarum utriusque sexus ex stirpe hac prognatarum inque eam adscitarum, nec non indices documentorum, quorum fide singula traduntur, inscripta sunt; occurrunt etiam oculis sparsæ passim effigies illorum, qui illustri aliqua laude floruerunt, nec non insignia, singulis familiaria lineis; cernuntur præterea in regione imæ stipiti utrinque circumfusa castella, oppidaque & urbes, in quibus Piccolominei vel habitarunt, vel imperitarunt, vel memoriam sui condiderunt; & denique contemplari licet in limbo, quadratam mappam ambiente, insignia familiarum CCCXXXIV, cum quibus cognationem affinitatemque Piccolominea contraxit, ordine repræsentata alphabetico. In suprema parte tituli instar hæc leguntur: DESCENDENZE TRATTE DALL' ARBORE DELLA FAMEGLIA PICCOLOMINEA RISTRETTE ALLI SOLI STIPITI DEI VIVENTI NELL' ANº. MDCLXXXIII. In calce narratur familiam Piccolomineam Senis oriundam, prima cunabula Romæ habuisse; Orlandum Malevoltium libro III. Historiarum suarum originem eorum à quodam *Bacco Piccolomo* derivasse, strenuo antiquissimis seculis bellatore; aliis aliter visum esse, sed destitui illorum opiniones probationibus, eaque propter insuper haberi, atque hoc magis iri demonstratum stirpem hanc cum antiquam, tum multo magis claram esse ob eximios, quos produxit, viros; *antiquam & nobilissimam* S. Antonino P. II. Hist. Tit. XXII, Cap. 17, antiquissimam, *maximè illustrem & celebrem* Malevoltio Libro III. Hist. *Notiorem & illustriorem multis aliis, nobilem & potentem* Cardinali Papiensi in Epistolis suis, *progeniem insignem* à secundo Lancellotto in Hist. Olivit. appellari; in censu non tantum Senensium, sed etiam Italicarum familiarum præcipuarum, habitam fuisse ab Imperat. Ferdinando III, sicut constat ex Privilegio ejus Linzii an. 1648. dato, in quo aliquàm multi ista ex stirpe enumerentur, qui Augustissimæ Austriacæ familiæ stipendia meruerunt; Anno 1354. & circiter primatum Piccolomineos obtinuisse inter proceres Senenses ad recuperandos publicos honores; potentiam eorum tantam fuisse, ut sæpè multis familiis superiores evaserint; atque an. 1325. suo ære turmam equitum conduxerint in auxilium Florentinorum, denique stabilita Senensium republica Consulatu frequenter honestatos, feudisque auctos fuisse. Quanta de cætero etiam fœcunditas stirpis hujus fuerit, vel ex Tabulis nostris, ramisque, quos in iis recensuimus, patet: iis dignoscendis cognomina vel à conditoribus vel à possessionibus assumserunt, ita ut aliqui appellarentur Piccolominei *Rusticini*, alii *Salomonesei*, alii *de Castello Mutio*, alii *de Modanello*, alii *de Triano*, alii *Carli*, *del Mandoli*, alii aliter; nec sua genti suffecit numerositas, quin alias etiam familias in suum adoptarent nomen: namque Æneas Silvius Piccolomineus, qui Papa factus Pii secundi nomen sibi indidit, non tantùm *Lolios*, *Todeschinos & Pierios Stictiani regulos*, ex amita sororibusque suis prognatos, suæ insevit stirpi, sed etiam alios, nulla sibi, nisi fallimur, cognatione junctos, videlicet *Ammannatos*, *Spannochios*, *Cæsarios*, *Mirobaltos* & *del Testa* cognominatos, quorum propagines partim adhuc germinant, partim emarcuerunt; ex postremis superfuit haud ita pridem *Germanus Octavius de Testa Piccolomineus*, Comitis S. Rom. Imperii dignatione mactus. Pii II. exemplo Pius tertius, illius è sorore nepos & in Piccolomineam familiam adscitus, *Silverios* & *Lucentinos* in eandem aggregavit; sed nobis primorum solummodo habere rationem consilium fuit, cæteris suo relictis loco.

AD TAB. II.

ÆNEAS SILVIUS Piccolomineus, jam nobis memoratus, familiæ suæ columen ac sidus jure meritoque dicendus est: fuit tota Europa summo propter ingenium honore & nomine, atque ad summum rerum ac dignitatum humanarum culmen bonis artibus & recta via pertigit. De vita ejus benè multi scripserunt, *Joh. Persona Gobelinus*, qui illi ab epistolis fuit, & *Jo. Anton. Campanus* Episcopus Teramensis, ex professo, nec minore cura *Platina* & *Ciacconius* hujusque continuator *Oldoinus*;

atque

atque ex hoc non pigrabor referre, quæ de illius natalibus & prisco familiæ statu commemoravit: *familia Piccolomineorum Roma Senas translata, inter vetustiores & nobiliores illius civitatis habita, dum optimates Reipublicæ præfuerant, & literis & armis claruit, ac plures arces & Castella obtinuit. Sed à nobilibus in plebem derivato regimine, sicut & ceteræ nobilium, sic & Piccolominea domus Senis ejecta. Superfuit tamen Æneæ Silvio non tenue patrimonium, ex quo potuit vitam honestam ducere; sed juvenis immatura morte decessit, relicta Montaniana uxore prægnante, ex qua natus est Silvius posthumus, quo pupillo bona ejus sub tutoribus & actoribus dissipata sunt. Hic tamen educatus ingenuè, literis edifcendis traditus est, qui liberalibus artibus eruditus, ubi adolevit, in militiam profectus, ac variis casibus actus, domum tandem rediit, ac vendicata patrimonii tenui portione, Victoriam ex domo Forteguerrarum, quamvis nobilem virginem, attamen pauperem, duxit in uxorem; quæ adeò fœcunda fuit, ut sæpè gemellos pepererit. Ex ea Silvius duodeviginti liberos sustulit, non tamen ultra decem simul aggregavit, quos urgente inopia Corsiniani enutrivit, sed omnes tamen iniqua lues extinxit, duabus tantùm sororibus* Laudomia & Catharina cum Ænea, *qui post Pius II. Papa, superstitibus.* Corsinianum deinde à Pio Papa *Pientia* appellata & civitas facta est, in qua templum etiam testudineum & ornatissimas ædes extruxit; sepulchrum marmoreum, paternis maternisque ossibus Senis in templo beati Francisci suo jussu conditum, hoc disticho notavit:

Sylvius hic jaceo, conjunx Victoria mecum est:
Filius hoc clausit marmore Papa Pius. (a)

Vitæ ejus rationem, honores & res in Pontificatu supremo gestas, Onuphrii & epitaphii, quod illi conditum fuit, verbis, iisque paucis trademus: *Æneas Silvius Piccolomineus per omnium Romanæ curiæ dignitatum gradus ad munus Apostolicum ascendit. Litteris humanioribus instructus, eloquentia, dexteritate & prudentia multum valuit. Primùm Cardinalium Capranici & Albergati scriba, deinde in Concilio Basileensi cæremoniarum præfectus, & pro eo multis legationibus egregiè functus, posteà Friderici tertii, Felicis V. Eugenii IV. & Nicolai V. epistolarum magister, & à Secretis fuit. Ad Eugenium* IV, *pro natione Germanica Legatus, obedientiam, sublata neutralitate, eidem præstitit. A Nicolao quinto episcopus Tergestinus, & Senensis, à Calisto tertio, Diaconus primo sancti Eustachii, mox Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ creatus est. Quo mortuo Romæ in palatio Vaticano,* XVII. *Cardinalium suffragiis, Romanus Pontifex, decimoquarto Kalend. Septembris an. Domini* MCDLVIII. *denunciatus, & tertia Nonas Septembris coronatus, Imperatore Cæsare Friderico tertio Augusto: sedit annos quinque, menses undecim, dies viginti septem. Ordinationibus tribus habitis,* XIII. *Cardinales creavit. Obiit Anconæ in Piceno, dum bellum in Turcas adornaret. Vacavit sedes dies* XVI. Corpus Romam relatum in basilica sancti Petri marmoreo tumulo cum hoc elogio in Sacello sancti Andreæ sepultum est: *Pius secundus Pontifex maximus, natione Tuscus, patria Senensis, gente Piccolhominea, sedit annos sex. Brevis Pontificatus ingens fuit gloria. Conventum Christianorum Mantuæ pro fide habuit. Oppugnatoribus Romanæ sedis intra atque extra Italiam restitit. Catharinam Senensem inter sanctas Christi retulit. Pragmaticam in Gallia abrogavit. Ferdinandum Arragonensem in Regnum Siciliæ cis Fretum restituit: rem Ecclesiæ auxit. Fodinas inventi tum primùm aluminis apud Tolfam instituit. Cultor justitiæ & religionis. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, Anconæ decessit: ibi & classem paratam, & Ducem Venetorum cum suo Senatu commilitones Christi habuit. Relatus in urbem est Patrum decreto, & hic conditus: ubi caput Andreæ Apostoli ad se ex Peloponeso advectum collocari jusserat. Vixit annos* LIX. *menses* IX. *dies* XXVII. *Franciscus Cardinalis Senensis avunculo sanctissimo fecit, Anno Domini* 1464.

Pium II. Pontificem Romanum ortos ex sororibus suis in familiam Piccolomineam adoptasse jam diximus; isti igitur avita nomina sensim reliquerunt, & Piccolomineos se salutari passi sunt; inter illos, qui *Sticcianum*, nobile in agro Senensi castrum, tenuerunt, ÆNEAS Piccolomineus, Silvii F. nomen aliquod famamque sibi peperit studio, quo Senenses, ab Hispanis primum, dein à Gallis afflictos, in libertatem vindicare nisus est, quemadmodum *Thuanus* (b) *Ammiratus* (c) & *Adrianus* (d) memo-

 ria

(a) *Platina de vita Pii II, p. m.* 310. (b) *Histor. Lib. X.* (c) *Hist. Florent. Lib XXXIII.* (d) *Histor. Lib. IX.*

riæ prodiderunt. Pater is fuit SILVII, ASCANII & ÆNEÆ, ex quibus medius Ecclesiasticæ vitæ se addixit, & primò Archiepiscopi Rhodiensis titulo mactus, posteà Senensi Ecclesiæ præfectus est; cæteri duo militari laude floruerunt, & Silvii inprimis virtutem ac fidem Ferdinandus Etruriæ Dux in pretio habuit, eumque ad primaria aulæ suæ munia evexit. Huic quoque triga fuit filiorum egregiorum, qui patris patruorumque vestigiis institerunt: namque ætatibus eorum medius interjectus ASCANIUS sumta toga patruo cognomini in Archiepiscopatu Senensi surrogari meruit, ÆNEAS militarem vitam sectatus Eques S. Stephani à dicto Magno Duce Etruriæ creatus est; OCTAVIUS pari bellicæ laudis cupidine tactus, postquam apud Insubres belli tyrocinium fecisset, turmam equitum regendam suscepit, in cohorte, quam *regimentum* vocant, Imperatori Ferdinando II, ab Etruriæ M. Duce auxilio adversus Bohemos missa; egregia exinde stipendia laudato Cæsari, filioque ejus Ferdinando III. meruit in Germania pariter ac Belgio, & per omnes honorum militarium gradus præclarè versatus, summo tandem exercitus Cæsarei imperio, Principisque dignatione mactus est. Et ne pacis artibus minus clARESCERET, Cæsaris vice Concilio Norimbergæ an 1649. adesse jussus, quo post pactionem Westphalicam ad exequendam stabiliendamque pacem etiam Galli, Succi atque Ordinum Imperii Legati coierant; & meruisse his visus est, cujus virtutem, fidem, industriam, bello paceque cognitam, Germania decoraret; quare in Collegium Principum Imperii receptus, & ne inanis honor esset, Senatus quoque frequentandi dicendæque pro rep. sententiæ facultate auctus est, in Comitiis an. 1654. Ratisbonæ habitis, d. 28. Febr. solemni more introductus; quoniam verò leges Curia prohibebant nullis possessionibus immediatis præditum, ita temperata fuit res, ut Senatus Octavius tantùm particeps fieret: filii aut quoscunque dignitatis successores ille habiturus esset, suffragii jure, non prius ac legibus satisfecissent, gauderent. Cæterum à Rege Hispaniæ Philippo IV. ob navatam in Belgio egregiam operam torque Ordinis *Aurei Velleris* decoratus, & Ducatu Amalphitano in regno Neapolitano, qui jam olim in familia Piccolomineorum, ceu ad Tab. IV. dicetur, fuerat, donatus est; quæ tamen donatio effectu caruit. Demum uxore ex vetustissima & maximè illustri Germaniæ domo ducta, vix in quietis otiique portum delatus, gravi morbo oppressus fato concessit, scripto propter orbitatem suam hærede nepote suo ex fratre FRANCISCO, hujusque filio ÆNEA, ex quibus ille Ducis Amalfitani, hic autem Principis S. Rom. Imperii titulos sumserunt; utrique successit (*Æneas* enim cælebs vita defunctus est, cum in duello, quo cum Comite Guerrierio in castris Cæsareis an. 1673. conflixit, vulnus accepisset, idque negligentius curatum esset) LAURENTIUS, natu minor Francisci filius Æneæque frater.

AD TAB. III.

EX *Laudomia*, Pii II. sorore, & *Nanne Todeschino* natos in familiam Piccolomineam, non minus atque è Catharina ortos, ab illo adscitos fuisse dictum jam fuit; ex istis FRANCISCUS non agnomen tantum & insignia avunculi accepit, sed summas etiam dignitates, quibus ille eminuit, consecutus est; postquàm enim humaniorum literarum, & Juris utriusque studiis probè excultus, ab ipso avunculo Pio II. Senensi Ecclesiæ præfectus, & *Protonotarius Apostolicus*, moxque in prima Patrum enunciatione *Diaconus Cardinalis S. Eustachii ad Pantheon* creatus fuisset, ita excellenter in legationibus sibi demandatis, Germanica præsertim, se gessit, ut post Alexandri VI. excessum *Pontifex maximus* omnium Patrum suffragiis electus, & Pii III. nomine assumpto VIII. Id. Oct. an 1503. coronatus fuerit. Qua in solemnitate cùm facem stupeam colluccentem more majorum vidisset, audivisserque vocem illam: *Sanctissime Pater, sic transit gloria mundi*, flevisse, & humanam sortem brevi perituram ingemuisse dicitur; implevitque mox triste præsagium: nam & senectæ vitiis, & mortifero cruris ulcere vehementer affectus, intra sextum & vigesimum Pontificatus diem, non sine veneni suspicione, Pandulfi Petruccii Senensis tyranni consilio à chirurgo illiti, in palatio Vaticano animam reddidit, atque in basilica S. Petri prope avunculum humatus est; additâ sepulcro inscriptione sequenti, qua præcipuæ res ejus gestæ continentur:

PIUS III. PONT. MAX.

A Pio II. Avunculo Duos & XX. annos natus in Cardinalium Collegium accitus Urbis ac Piceni Legatione integerrime functus

A Paulo II. ad Fredericum III. missus ut Germanorum arma in Turcas concitaret

Con-

Conventum frequentissimum Pontificis morte dissolutum habuit
Sub Innocentio VIII. *Umbros dissidentes pacavit*
Carolo Gallorum Rege in Italiam irrumpente
Ab Alexandro VI. *sero admodum obviam missus*
Eo mortuo
Duo de quadraginta Patrum suffragiis Pontifex creatus
Dum de restituenda in pristinam majestatem Christiana Repub. ac urbe agit
Viginti sexta die ex tanta expectatione rerum publico omnium luctu decessit
Eloquio, Prudentia, Religione, Innocentia & Gravitate domi forisque
Insignis, in dicendis in Senatu sententiis liber & gravissimus.
Vixit annos LXIV. *menses* V. *dies* X.
Obiit Anno Salutis Christi MDIII. XV. *Kalend. Novembris.*
Jacobus & Andreas fratri Sanctissimo posuere. (*c*)

JOHANNI Piccolomineo, Andreæ, cui Ferdinandus Rex Neapol. in gratiam avunculi *Castelleonum* piscariæ oppidum in Etruria, Senensium finibus proximum, ab Alphonso Rege, primo quod cum Florentinis gesserat bello, occupatum, donavit, (*d*) filio, Archiepiscopatum Senensem patruus, Pius III, sacram dein purpuram Leo X. contulit. Hanc ille viginti annorum spatio ornavit, & usque ad Decanatum S. Senatus pertigit. Virum *ingenio gravem & summa consilii autoritate præstantem*, *peculiari virtutum omnium stemmate clarum* prædicat Stephanus Joanninensis, eumque vocat *literatorum hominum præsidium*, *& omni prorsus studiorum genere consummatissimum*, *& Clementis* VII. *præcipuum consiliarum.* (*e*)

Ex Montis Martiani Dominorum stirpe inclaruit non virtute, sed flagitiis, postremus eorum ALPHONSUS; is diu, tota Europa vagus, initio bellorum civilium in Gallia operam suam Guisio Duci addixit, deinde in Italiam ad Montem Marcianum arcem suam, Piceni nobilem, reversus, grassatoribus manum præbuit, & sub Pontificatu Gregorii XIII. multis molestiis damnisque Ecclesiæ subjectos attrivit, cumque insolentiam ejus frangere & coercere Gregorius nequivisset, in Francisci Medicei Hetruriæ Ducis gratiam præterita illi delicta condonavit. At ille assuetum vivendi genus posteà repetens, ingenti denuò terrore Ecclesiasticos fines replevit, cumque an. 1589. in ditiones Venetas se contulisset, ita in urbe atque extra se gessit, ut Decemvirûm decreto reipublicæ finibus statim exire, neque absque eorum permissu regredi, gravissimis propositis pœnis, juberetur; attamen magistratus imperio neglecto, denuò cum armatis facinorosisque hominibus in ditiones Venetas illatus, vi, rapinis agere, homicidia perpetrare, itineraque infesta reddere cæpit; quapropter à Decemvirûm collegio perpetuo exilio, capitali pœna adjecta, est mulctatus, & præmia iis, qui vel vivum traderent, vel intra fines interficerent, decem aureorum millia decreta; ille tamen in Picenum incolumis delarus est: ubi cum post Sixti V. Pontificis Rom. mortem copias cogeret, sed à Præside provinciæ prohiberetur, ita sibi interregni tempore à gubernatoribus præceptum causante, datis ad Collegium Cardinalium literis graviter conquestus est, & cùm nullum ab iis responsum ferret, tandem in Aprutinam regni Neapolitani proximam provinciam concessit, conjunctisque cum Marco Sciarra extorrium duce viribus, cum DCC. circiter in utrumque paratis hominibus in Latium descendit, & maxima intemperie sub portas usque urbis diu grassatus est, donec Virginius Ursinus, Lamentani Marchionis F. delectos adversus eum eduxit, cui se Jo. Franciscus Balnei Comes, à Magno Hetruriæ Duce Romam comitiorum tempore ad procuranda negotia sua missus, conjunxit; datum & ab eodem negotium Camillo Montano Marchioni, supremo Etruscæ militiæ Duci, ut cum DCCC. peditibus & CC. equitibus Piccolomineum, incendio ferroque passim sævientem, ad internecionem persequeretur. Ursinus dum ad Montanum properat, quo communem hostem conjunctis copiis invaderent, ab indice, à Piccolomineo fraudulenter summisso, deceptus, pæne in insidias juxta Stortam præcipitavit; deinde Oligati Sciarra ab utroque obsesso, cum Piccolomineus suppetias obsessis ferens supervenisset, acriter pugnatum fuit, Montano ipso sauciato; Piccolomineo verò, cùm circiter centum è suis amisisset, fuga elapso; id actum paucis diebus antequam Gregorius XIV. Pontifex in Urbani VII, duodecendialis Papæ locum, creatus esset, qui mox proposito edicto Piccolomineum citavit, & cum non compareret, in pœnam incidisse pronunciavit, & Montem Marcianum Herculi Sfondrato, fratris filio,

(c) *Platina & Ciacc. Hist. Pont.* (d) *Summonta rer. gest. Fr. Sfort. Lib. XXVIII.* (e) *Ciacc. Tomo III p.* 347.

lio, tanquam ad se, propter illius contumaciam, devolutum, adjudicavit; cumque à Piccolomineo se alienassent, ut est latronum infida societas, Sciarra ac reliqui exules, homo miser, undique cinctus & à cunctis desertus, ex Latio per Narniam & Fulginium Umbriæ urbes in proximum Piceni littus confugit, si forte naviculam nancisci posset, qua se in Hadriaticum daret; verùm effugio non reperto, per Cæsennatem agrum aliquandiu vagus, postremo in Bisaccionis Tribuni, qui M. Etruriæ Duci militabat, manus incidit, ab eoque per Cornelii forum Florentiam perducitur, ubi initio anni 1591. indignam familiæ tam insignis nomine pœnam subiit, tanquam latro strangulatus, & unco ad spectaculum appensus. (f)

AD TAB. IV.

ANTONIUM, Nannetis Todeschini & Laudomiæ Piccolomineæ filium natu maximum, Pius II. Papa, quo avunculo usus est, castello S. Angeli præfecit, Ferdinandus Rex Neapol. cùm à dicto Pontifice in regno Neapolitano confirmarus, & copiis, quas Antonius adduxit, adjutus fuisset, generum sibi per spuriam filiam adscivit, & Sessæ Ducem primò creavit, dein *Amalfitano* ducatu & *Celani* comitatu donavit, prætereaque officium *magni Justitiarii*, quod inter septemprimaria regni supremum est, ei contulit. Opera deinde Antonii idem Rex usus est haud improsperè in bello, quo cum Johanne Andino de regno decertavit, debuitque ei expugnationem arcium duarum insignium, videlicet Castellimarini ad Vulturnum, & Scafati ad Sarnum; quare mortua filia notha, Antonii uxore, nova affinitate sibi virum devincire studuit, filiamque sororis suæ, è Marino Martiano Suessæ Duce natam, ei in matrimonium tradidit. Priori monumentum conditum fuit Neapoli in æde montis Oliveti, in quo sequens legitur inscriptio: *Quis legis hæc submissus legas, ne dormientem excites. Rege Ferdinando orta Maria Aragonea hic clausa est: nupsit Antonio Piccolomineo, Amalfæ Duci strenuo; cui reliquit tres filias, pignus amoris mutui. Puellam quiescere credibile est, quæ mori digna non fuit. Vixit annos* XX. *Anno Domini* MCCCCLX. Subjungit *Summontius*, qui id recensuit epitaphium, ex filiabus tribus, quas ab illa relictas esse ibi traditur, videri sibi duas uno partu editas fuisse, eò quod duos tantum cum marito vixerit annos. (g) Post quinquaginta paginas idem autor, prorsus sui & anteà dictorum oblitus, inter res anno 1461. gestas, refert à Ferdinando Rege eo demum anno nuptias filiæ Mariæ cum Antonio Piccolomineo peractas fuisse; id quod ad posterius Antonii matrimonium magis quadrare quis dubitet?

Postquàm stirps Antonii Piccolominei, Amalfitani Ducis, primogenita emarcuisset, ad Marchiones *Ilicetanos*, ex natu minore illius filio ortos, Ducatus delatus est, per matrimonium CONSTANTIÆ, Inici quarti Amalfitani Ducis gnatæ unicæ, cum ALEXANDRO Piccolomineo Ilicetano; illa autem sine prole vivis exempta in fiscum redactus est; Celanensi tamen Comitatu ALFONSO Piccolomineo, Constantiæ patrueli, permisso. Hujus nepos cognominis Principis *de Vallereale* titulo auctus est, egregiamque prolem post se reliquit; ex ea natu maximus JOHANNES Dux *Laconiæ* materno salutatur jure; is amore cælibatus primogenituræ renuntiavit, eamque fratri suo natu proximo FRANCISCO cessit, hic verò antequam ad conjugium animum appelleret, ad bellum Hungaricum, ea tempestate disciplinæ militaris palæstram, voluntarius profectus, cùm in oppugnatione Budæ nobili fato concidisset, ad tertiogenitum JOSEPHUM rei familiaris cura; stirpisque propagatio rediit; cui ita incumbit, ut viti patrisque fortunati famam tueatur.

AD TAB. V.

A Piccolomineis insitis & adoptivis ad genuinos sermo redit, quos inter Mutinellæ dominos quinta exhibet tabula; ex eis ortus est ANTONIUS, Andreæ F. quem ex monacho & Abbate S. Vigilii Ordinis Camaldulensis Pius II. successorem suum in *Senensi* Episcopatu fecit d. XVIII. Sept. an 1458, & sequenti anno d. XIX. April. *primum Archiepiscopum* ejusdem Ecclesiæ salutavit, cui dignitati ille haud diu superfuit.

Ex eadem familia prodierunt, qui S. Rom. Imperii Comitum dignatione macti sunt, quosque inter ÆNEAS SILVIUS nostra ætate bellica illustratus est virtute: is diu sub signis Leopoldi Imperatoris militavit, ac postremo sævissimo adversus Turcas bello sum-

(f) *Mauroc. Hist. Venet. Libro XIV. Thuanus Histor. Lib. C. Campana Hist. del mondo Vol. II. Libro XI. & XII.* (g) *Dell' hist. di Napoli Libro V. p.* 313. *Conf. p.* 365.

summa quæque discrimina in præliis & obsidionibus acerrimis obeundo excelsi animi & invicti roboris non unum specimen dedit, cumque post felicem apud Triventziam in Bosnia pugnam, quæ d. 4. Sept. 1688. contigit, à Cæsare *Generalis Campi Marescalli Locumtenentis* dignatione mactus, & absente supremo Duce, qui tunc Ludovicus Wilhelmus Badensis Marchio erat, vices ejus obire, & summo exercitus regimine fungi jussus fuisset, providi atque impigri Ducis famam consecutus est, ingensque sui desiderium reliquit, cùm sequenti anno, re ad Nissam in Servia præclarè gesta, illi regioni præfectus, & in Albaniam penetraturus, febri correptus, ejusque vi oppressus Pristinæ fato concessisset.

AD TAB. VI.

INter Piccolomineos Trianæ Dominos eruditionis famam adepti sunt LEPIDUS, Johannis Baptistæ F. & FRANCISCUS, Lælii F. Hic omnem propè ætatem in Jesuitarum societate exegit, & Philosophiam Theologiamque magna docuit fama; primariis etiam maximique momenti officiis Ordinis sui admotus, cùm catum ac solertem se dedisset, tandem *Generalis* universæ Societatis Præpositi dignatione mactus est, in locum Vincentii Carafæ electus d. 2. Dec an. 1649. sed decimo octavo abhinc mense naturæ concessit, LXIX. annos natus. LEPIDI ingenium summum, mores candidos, à nævis tamen haud immunes, eximiamque in jure civili scientiam *Janus Nicius Erythræus in Pinacotheca altera* expressit, retulitque, illum, cùm in Johannis Baptistæ Cardinalis Castaneæ, eruditione ejus atque doctrina mirificè delectati, domo aliquandiu egisset, aliquo religionis œstro percitum, Jesuitarum societati nomen dedisse; sed pœnitentia tactum esse, cùm dictus Cardinalis ad Pontificatum Maximum evectus fuisset, à spe, quam dimiserat, oborta, mox tamen celeri Pontificis morte sedata. Molestia deinde quadam affectus, *parùm abfuit, quin ex iracundia societatem desereret; quantumvis in ea*, verbis jam utor laudati autoris, *ob excellentem doctrinam fieret ab omnibus plurimi, & moralem Theologiam in ipsorum gymnasio docendi munus accepisset, ac tum præsertim magno esset apud omnes in honore, quod, cum de Archiepiscopo Senensi in demortui locum subrogando ageretur, ipse à Ferdinando, Magno Etruriæ Duce, inprimis expeteretur. Sed à me, quem patria caritate complectebatur, rationibus victus, atque ad se reversus, sententia destitit, ac provinciam, sibi mandatam, laudabiliter, usque ad vitæ exitum, gessit. Qui exitus, celerius illi multo, quàm ætas posceret, contigit, nondum enim ad quinquagesimum vitæ suæ annum pervenerat, ob inexplebilem discendi cupiditatem, cùm nullum sibi tempus à literarum studiis vacuum daret.*

AD TAB. VII.

IN Piccolomineorum à *Rusticino* ortorum & Tabula VII. enumeratorum gloriam vixit ALEXANDER *Patrarum Archiepiscopus*, Agnoli sive Angeli F. quo etiam ita se efferunt, ut ramum, cujus ille eximius palmes fuit, *Archiepiscopi Patrarum lineam* appellent. Non pigrabor recensere quæ *Thuanus* de eo memoriæ prodidit: *Alexander*, inquit, *Piccolomineus, Æneæ Silvii, qui Pontifex Pius* II. *dici voluit, gentilis Angelo Patre, & Hippolyta* (Margarita aliis dicta) *Sanctia matre Senis natus est; cujus civitatis, cùm jam Patrarum Archiepiscopus audiret, virtute sua meruit, ut designaretur etiam Archiepiscopus;* (nempè Francisco Bandino Coadjutor datus, cui tamen præmortuus est) *In eo erat præter suavitatem morum, cum seria gravitate conjunctam, rara & exacta omnium laudandarum disciplinarum cognitio, quas & scriptis multiplicibus ferè vernaculis illustravit, Aristoteli præcipuè addictus, ad cujus perspicuam intelligentiam propriâ industriâ multum contulit, tandemque anno* 1578. 4. *Idus Mart. septuagenarius decessit, in majore patriæ urbis templo sepultus & honorifico à Jo. Baptista æditu o, Deiphobo Archipresbytero, aliisque fratribus elogio ornatus.* Hæc Thuanus Libro LXV. Historiarum retulit, sequentia verò Libro I. Commentariorum de Vita sua: *Dum Senis esset Foxius Alexandrum Piccolomineum, veneranda canicie senem, in ædibus suis invisit, quem culcitræ incumbentem, & Aristoteli suo, h. e. à se diversis explicationibus illustrato, recognoscendo vacantem improvisus invenit. Nam solus erat, & famuli huc illuc per festum diem diversi abierant. Quod ille summâ anxietate excusavit, & gratias Foxio pro tam honorifica salutatione egit. Tum sedere jussis, qui cum Foxio aderant in iisque*

Thuano, multa de studiis suis disseruit, eorumque se demum in ea ætate dulcissimum fructum capere dixit, aliis oblectamentis deficientibus, quibus aliæ ætates innocenter & citra offensionem gaudere possunt. Quod cùm dicebat, non tàm senectuti solatium quærere videbatur, quàm adolescentes, qui aderant, quâ humanitate erat, ad desidiam vitandam & Philosophiæ studia capessenda exemplo suo cohortari. Uberius dotes animi ingeniique Alexandri Piccolominei posteritati commendavit *Johannes Imperialis* in *Musæo Historico*, ubi vultum quoque ejus conspiciendum exhibuit (*h*)

AD TAB. VIII.

PIccolomineorum *Carolidarum*, qui à Carolo progenitore suo, Tabula VII. dicto, id cognominis obtinuerunt, ramus summum quoque edidit *Philosophum*, Alexandro agnato sicut coævum, ita haud inferiorem, imò, Jac. Phil. Thomasini judicio, *numeris omnibus absolutum*, Oratoremque insignem, FRANCISCUM videlicet. Hic Senis, Nicolao Piccolomineo, qui Capitaneus populi in urbe patria an. 1529. fuit, & Æmilia Saracinia natus, ingenio tam felici præditus fuit, ut, *Joh. Imperiali* dicente, *prius prope docentis, quàm discentis munere fungi cœperit:* in Gymnasio enim patrio adhuc adolescens Logicam ingenti cum admiratione civium interpretatus, indeque Maceratam profectus propensis statim animis inter ejus Academiæ proceres ad Philosophiam primo loco tradendam cooptatus est, mox verò Perusiam vocatus in eo Lyceo per decennium Spartam eandem ornavit. Patavium deinde accitus, *sapientia*, ut laudati scriptoris verbis iterum utar, *se non tam verbo, quàm re ipsa Professorem gessit, infracto animo, inculpato genio, Socratico verè candore semper eminuit. Hinc tantus juventutis plausus erga ipsum, tam profusa exterorum benevolentia, ut ceu terrestre aliquod numen, sibi divinitus datum, nulla unquam vetustate delendum, revererentur.* Hæc egregia per annos XXII. Venetis opera navata, quam illi ad extremum stipendio millium quadringentorum florenorum, *Thomasino* referente, remunerati sunt, patriam sibi tandem repetendam censuit, in qua extremos etiam spiritus hausit; ac interim pluribus ad Magnum Etruriæ Ducem legationibus perfunctus, plurimisque honoribus auctus, Philosophiæ Platonicæ vacare cœpit, quam etiam commentariis exornandam susceperat, dicere namque solitus erat, *Platonis & Aristotelis Philosophiam duos quasi oculos humani aciem intellectus dirigere, quorum alterutro, si quis careat, Cyclopis instar in hac rerum universitate labatur necesse est.* Extrema ætate variis sollicitudinibus, & præsertim filiorum simultatibus ac inertiis agitatus, fato cessit octuagesimo quarto ætatis anno, relicto posteris cum amplissima nominis sui memoria patrimonio ingenti. Vivens varia scripsit & edidit; sepultus est in æde D. Francisci, ibique hoc epitaphium sculptum conspicitur: D. O. M. *Franciscus Piccolomineus, Philosophus, ejusque hæredes, donec lux postrema refulgeat, in his tenebris requiescent. Fides dirigit, spes elevat, charitas cum Deo nectit.* MDCIIII. (*i*)

Eadem stirpe, quæ Franciscum protulit, CÆLIUS satus est, quem Cardinalitia insignem dignitate nostra suspexit ætas, nostri viderunt oculi; is ingenuis studiis inde à pueritia deditus atque imbutus, in patria à Jurisprudentum Collegio Doctoratus lauream promeruit. Cùm deinde Romam, quò illum & sua indoles & majorum imagines invitabant, venisset, doctrinam fidemque suam urbi universæ, dexteritatem verò, & in rebus gerendis solertiam, Urbano VIII. Papæ egregiè probavit; nam & suffectus in locum alterius ex Prælatis, quos *Cameræ Apostolicæ Auditoris Locumtenentes civiles* vocant, juridicundo magna cum laude præfuit, & ab Urbano ablegatus ad Alexandrum Cardinalem Bichium consanguineum suum, è Gallia in Italiam venientem, ad pacem inter Papam & plerosque Italiæ principes, quos Castri occupatio in illum armaverat, Regis Galliæ nomine componendam, operæ præclarè navatæ famam obtinuit, atque ad Regem Galliæ Ludovicum XIV, Regisque matrem, quæ impubere filio regnum administrabat, à Cardinali missus est, ut de omnibus, quæ gesta fuerant, referret. Pace partà ad urbem se recepit, ubi paulò pòst Urbano mortuo ad priora rediit studia, & defendendis causis forensibus se exercuit quamdiu vixit Innocentius X. At Alexander VII. Cælium illicò ad se vocatum, *Cubicularium intimum de numero Participantium*, & *Supplicum libellorum Magistrum* creavit, nec multò pòst Basilicæ Vaticanæ Canonicum, & alios super alios cumulando honores, *Cæsareæ Archiepiscopum* renunciavit, & in Galliam misit *extra ordinem Nuncium Apostolicum*, ut paci inter Galliæ Hispaniæque Regem conciliandæ omni ope atque officio adniteretur. Mansit deinde in Gallia Nuncius Ordinarius integrum ferè septennium, difficillimis temporibus, enituitque maximè ejus prudentia illa in tempestate, quam contentio Romæ inter Ducis Crequii Legati Regis Galliæ & Corsos, milites Pontificis prætorianos, orta, excitavit, ita quippe illo in negotio versatus est, ut gratiam tum apud Pontificem tum apud Regem singularem iniret, atque à priore in quarta Creatione, d. 14. Januar. an. 1664. facta, purpuratis Patribus cum titulo Presbyterali *S. Petri in Monte aureo*, adscriberetur, prætereaque legatione Romandiolæ & Exarchatus Ravennæ mactaretur. Hoc trienni spatio egregia prudentiæ & justitiæ laude defunctus, Romam rediit, interfuitque comitiis Clementis IX, ejusque successoris Clementis X, sub quo Archiepiscopatum Senensem consecutus est, ad cujus regimen statim se contulit, ibique anno suo climacterico magno mortem obiit, semel tantum Romam ad Innocentij XI. comitia reversus. (*k*)


STEMMA

(h) *pag.* 81. (i) *Thomasin. Elog. Illustr. Vir. p.* 208. *& seqq. Imperial. Mus. Histor. p.* 114. *&* 115.
(k) *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tomo IV, p.* 752.

STEMMA SALVIATINUM

quo orti funt

Signiferi & Senatores Florentini, Rom. Eccl. Cardinales, Duces Juliani, & Marchiones Monterii.



SAlviatorum gens infignium loco uti confuevit *fafciis tribus diagonalibus, utrinque pinnatis, & campo argenteo inductis.*

GOTTI

I.

II. Uguccio, 1198. — Foresi

III. Cambius. — Gugliel

IV. Magister Salvi

V.
- Jacobus Salviati.
  - Gulielmus, 1343.
- Lottus Salviati JCtus, *ex Dominus resp. Florent.* 1302. & 1304.

VI.
- Salvius Salviati. *Francisca Dossi de Pulcis f.*
- Marcus.
- FRANCISCUS Salviati. *Vid. Tab. III.*
- Lottus Salviati. Ux. 1. *Angiola, Guidi Guglis f.* 1349. 2. *Francisca* . . . 3. *Petra Simonis Baldovini f.*
- Johannes, *ex Dom.* 1350. 1360. GONFALON. 1356. & 1379. *Johanna, Geri de Albizziis f.*

VII.
- Onuphrius.
- Stephanus.
- Nicolaus.
- Christophorus. *Jacoba Marci Bencini f.* 1367.
- Ubertus. ⊙
- Nastagius.
- Gottifredus.
- Foresius, *Eques* cr. 1378. GONFALON. 1391, 96. & 99. *Bartolomaea Biliotti.*

VIII.
- Bertus.
- Foresius.
- Lucas, *ex Dom.* 1382.
- Johannes, *ex Dom.* 1406. 11. & 15. GONFALON. 1426. & 33. Ux. 1. *Jacoba, Noferi de Strozzis f.* 1393. 2. *Valentia, Veri de Medicis f.* 1403.
- Marcus. *Catharina Vettori.*

IX.
- Verus, *ex Dom.* 1452. *Magdalena Zati.*
- Lucas.
- MARCUS, *Vid. Tab. II.* A.
- Laurentius.
- Lottus, *ex Dom.* 1446. *Alexandra Masini.*
- Foresius. *Matthaea Cei.* ⊙
- Bartholomaeus. *Antonia Strozza.*
- Leonardus.
- Janotius.

X.
- Johannes, *ex Dom.* 1487, 1505. †1513. *Catharina de Pazzis.*
- Alberius.
- Americus.
- Carolus.
- Lucas.
- Petrus.
- Laurentius, *ex Dom.* 1486. 96. GONFALON. 1501. Capit. Pistor. 1521. quo anno obiit.
- Johannes.
- Matthias.
- Franciscus.
- Philippus.

XI.
- Arricus.
- Verus.
- Lottus, *Senator* 1564. *Francisca Rondinellia,* 1558.
- Bartholomaeus.
- Averardus.
- Bernardus. ux. *genere Galla.*
- Joh. Baptista. ☾

XII.
- Laurentius, *Eques Melit.* 1597.
- Antonius.
- Jacobus.
- Johannes, Dn. *de Talcy & du Paol David in Gallia. Jacobina Malon, Nicolai Dom. de Bercy f.*
- Franciscus, nat. 1528. *Eques Melit.* 1546. & *Magn. Magister Ord. S. Lazari in Gallia* cr. 1571. † post an. 1585.

XIII.
- Foresius Salviati Du. *de Talcy, Eques Ord. S. Lazari.* N. . . . . *Sardini, Scipionis Vicecom. de Busanci fil.*

XIV.
- Isabella Salviati Domina *de Talcy, amica Ludovici de Marca, March. de Mansay, Eq. Ord. Reg.*

FREDUS. I.

us 1183. — Guglielmus. II.

mus. — Thomas. III.

us, *Medicus.* IV.

V.

Silvester Salviati. *Taddea, Manni di Giunta f.* — M. Cambius Salviati, Medicus, ex Dominis 1306 1338. GONFALONERIUS 1335.

VI.

Lottus Salviati, *ex Dom.* 1343. & 1352. — Bartolomæus. — Matthæus. — Simon. — Nicolaus, *ex Dom.* 1361, 1367. † 1380. *Lucia, Jacobi de Vannis f.* 1352. — Bettus. — Salvius. *Paula Bartoli Angiolieri f.*

VII.

Ludovicus, *ex. Dom.* 1392. — Simon, *ex Dom.* 1394. *Francisca Bonacursia.* — Aotooius. — Cambius, *ex Dom.* 1432. *Philippa de Giuntis.* — Jacobus. *Letta Cresta* 1341. — Guglielmus. — Silvester. — Christophorus, *ex Dom.* 1387. — Bernardus.

VIII.

Jacobus. *Diana Mangioni.* — Bernardus. — Bernardus, *ex Dom.* 1437. *Alexandra Gondi*, 1435. — Johannes. — Silvester.

IX.

Bernardus, GONFAL. 1469. Ux. 1. *Margarita Sacchetti.* 2. *Lucretia Cattani.* — Lodovicus. — Marcus. — RUBERTUS. *Vid. Tab. II.* B. — Johannes. — Nastagius. — Thomas, *ex Dom.* 1481. *Saracina Zati.* — Franciscus. — Cambius. — Petrus.

X.

Johannozzius, *ex Dom.* 1515. † 1524. Ux. 1. *Cammilla Bondelmontia.* 2. *Catharina Cioni.* — Marcus. — Robertus, *ex Dom.* 1488. † 1521. — Johannes, *nothus.* — Rubertus. — Petrus, *ex Dom* 1510. † 1517. *Diamanta Melochi.* — Johannes Baptista. — Cambius. *Catharina Corsini.* — Diamantes.

XI.

Diamantes. — Nicolaos. — Bernardus, in Cypro. — Thomas. Ux 1. *Hippolyta de Bardis.* 2. *Felice Cortigiani.*

XII.

Johannutius. — Angelos. — Hippolytus. — Cambios. — Petrus. *Cinthia Franchi.* — Cammillus. — Virgilius.

XIII.

Philippus. *Julia Alberti.* — Caspar.

A.

IX.

MARCUS SALVIATI, Johannis Gonfalonerii F.
ex Dominis an. 1450.
Uxor, 1. *Nicolosa Nicolai Chellini f.* 1448.
2. *Andrea Johannis Parenti f.* 1450.

X.
2. Gerardus Salviati. *Francisca, Jacobi Tanagli f.* 1474. — Ludovicus. — Johannes.

XI.
Johannes Salviati. Ux. 1. *Elisabetta Pazzi.* 2. *Francisca Marsuppini.* — Marcus, *monachus.* — Hieronymus.

XII.
Gerardus Salviati. *Francisca Nerli.* — Marcus. — Ludovicus. — Laurentius *Senator*, 1575. *Oretta Orlandini.*

XIII.
Alamannus. *Alexandra Gimignani* 1614. — Foresius. — Petrus. — Johannes. *Nannina. Becchi* 1601. — Laurentius. — Averardus.

XIV.
Johannes Gerardus Salviati. *Maria Bozzaghi* 1635.

XV.
Dominicus Salviati. *Maria Magdalena Verzoni, Bartholomaei f.*

B.

IX.

ROBERTUS SALVIATI, Marci F.
Uxor, *Helena, Simonis fil.*

X.

- Leonardus, *ex Dom.* 1472. *Polyxena Ambrogini.*
- Anastasius, *Eq. Melit.*
- Diamantes. *Maria Scolari.*
- Johauuutius.
- Alexander.
- Lucas.
- Hieronymus, *Eq. in Cypro.*

XI.

- Joh. Baptista. 1. *Ginevra Corbinelli.* 2. *Leonarda Federigi.*
- Diamantes.
- Petrus ex Dom. 1521. *Cassandra Altoviti.*
- Johannottus.
- Robertus.

XII.

- Julianus. *Ginevra Altoviti.*
- Silvester.
- Leonardus, *Eq. S. Steph.* † 1589.
- Robertus.
- Leonardus. *Maria Bernardi di Sommaja f.*
- Franciscus.
- Diamantes. *Petra de Magnale.*
- Jo. Franciscus. *Ludovica Johannutii Salviati f.*

XIII.

- Fabius.
- Johannutius. *Ginevra de Bardis.*

XIV.

- Laurentius Salviati, *Senator* 1625. Ux. 1. *Laura, Thomæ de Medicis f.* 2. *Francisca Calderini.*
- Diamantes, *Eques Melit. & S. Steph.* 1585.
- Foresius.

XV.

- Foresius Salviati. *Maria Attavanti* 1640.
- Thomas Salviati, *Episc. Collensis*, 1634. *Aretin.* 1638. † 15. Oct. 1671.
- Johannottus, *Eq. Melit.*
- Diamantes.

XVI.

- Laorentius Salviati. *Octavia Maria Magdalena Marzichi* 1685.
- Bernardinus.
- Thomas Philippus *Canonicus* 1676.

TA-

VI.

FRANCISCUS SALVIATI
1322. 36. 40. & 45. GONFALO

VII.

Andreas, *Eques ex Dom.* 1372. 76. GONFALONER. 1378. *Angiola Tolosini* 1385. — Antonius. — Nicolaus. *Catharina Bonacorsi* 1351.

VIII.

Bernardus Salviati. *Catharina Davanzati*, 1392. — Alamannus Salviati. — Philippus Salviati. — Bernardus.

IX.

Bernardus Salviati. *Elisabetha Borromea Borromei Com. de Arque & Vallis de Taro f.* 1425. — Alamannus Salviati, *ex Dom.* 1422. 1434. GONFALON. 1439. & 1448. *Catharina*, *Averardi de Medicis f.*

X.

Jacobus, *ex Dom.* 1458. Borromeus. — Franciscus, *Archiepisc. Pisan.* 1474. suspendio necatus 27. Apr. 1478. — Philippus. — Franciscus, *ex Dom.* 1442. & 56. GONFALON. 1463. *Elisabetha Gingni.*

suspensus unà cum fratre Archiepiscopo, 27. Apr. 1478. *Nanna Popt.*

XI.

Bernardus. — Antonius. — Petrus. — Julianus, *ex Dom.* 1478. GONFALON. 1493. & 1497. *Contessina de Pazzis.*

XII.

Franciscus Salviati. *Laudomina*, *Laurentii de Medicis f.* — Laurentius, Dom. Castelli S. Johannis in territorio Parmensi. *Constantia*, *Jo. Baptistæ de Comitibus Rom. f.* — Petrus, Eques Melit. & Prior Romæ 1517. 1. *Constantia Romana, ex Comit. de Signa & Vallis de Montone.* 2. *Cathar. Pallavicini.* — Johannes, nat. 24. Mart. 1490. *Cardinalis* cr. 1. Apr. 1517. † 28. Oct. 1553.

XIII.

Julianus. 1. *Cammilla*, *Augustini Chigi f.* 1530. 2. *Maria*, *Bernardini Lanti f.* 1556. — Joh. Baptista *Dom. de Giuliano. Portia de Maximis, Romana.* — Antonius Maria, n. 21. Jan. 1537. *Cardinalis* cr. 12. Dec. 1583. † 18. Mart. 1602.

XIV.

Laudomina, ux. *Ferdinandi Sassiris.* — Franciscus Dn. de Grotta Marozza, Eq. S. Steph. 1589. *Renata Pica*, *Ludovici Dom. Mirandulæ f.*

XV.

Constantia, nup. 1. *Francisco Mariæ Sanseverino M. de San Vitale*, 2. *Francisco Farnesio.* — Fulvia, ux. *Bartholomæi de Borbone M. Montis S. Mariæ.*

XVI.

Franciscus Maria Salviati, DUX *de Juliano*, † 3. Sept. 1698. æt. 70. *Catharina Sfortia*, *Pauli March. f.*

XVII.

Antonius Maria Salviati, *Dux de Juliano*, † 2. Jan. 1704. æt. 39. *Maria Lucretia Rospigliosia*, *Johannis Baptistæ Ducis Zagarolæ fil.* 24. Oct. 1700. — Eleonora, nup. *Francisco Mariæ Sfortiæ March. de Caravagio.* 3. Jun. 1696. — Victoria, ux. *Francisci Mariæ Columnæ*, *Pr. de Carboniano.*

XVIII.

Catharina Theresia Salviati, filia unica, nata an. 1701.

VI.

Lotti F. *ex Dominis Florent.*
NERIUS 1331.

VII.

Jacobus. *Petra, Johannis de Bello f.* 1361.	Alamannus, Prætor Todensis. *Comitissa Bonfiglioli* 1358.

VIII.

Jacobus Salviati, Eques, Capitan. Gener. Florent. Ux. 1. *AlbieraGucci*, 1388. 2. *Dianora Petriboni*, 1404.	Salviatus Salviati. *Margarita* . . . .

IX.

Philippus.	Calvanus.	Jacobus Salviati. 1. *Maria Vettori*, 1433. 2. *Helena Pazzi*, 1436.	Franciscus Salviati.

X.

Petrus, *ex Dom.* 1440.	Alamannus.	Johannes, *ex Dom.* 1461. GONFAL. 1471. *Helena, Simonis Gondi f.*	AVERARDUS. *Vid. Tab. IV.*	Jacobus. *Brigita de Bardis.*	Jacobus, suspensus die conjurat. Pazzianæ 27. Apr. 1478.

XI.

Jacobus, *ex Dom.* 1499. & 1518. GONFALON. 1514. *Lucretia, Laurentii cogn. Magnifici de Medicis f.*	Julius, *nothus.*

XII.

Bernardus, *Eq. Hierosol. & Prior Rom.* dein *Cardinalis* cr. 1561. 26. Febr. † 6. Maji 1568.	Alamannus. *Constantia Serristori.*	Jo. Baptista. *Constantia de Bardis.*	Maria, ux. *Johannis de Medicis.*	Francisca, nup. *Octaviano de Medicis.*	Luisa, ux. *Sigismundi de Luna Duc. de Bibbona.*	Helena, nup. 1. *Pallavicino March. Pallavicini*, 2. *Jacobo Appiano, V. Dom. Piumbini.*

XIII.

Ginevra, ux. *Astorii Baglioni, Perusini.*	Jacobus Dn. de Grotta Marozza in Sabinis. *Isabella, Philippi Salviati f.*

XIV.

Laurentius, MARCHIO *de Juliano, de Rocca Maxima, de Colle de Ferro & Dn. de Grotta Marozza.*
Magdalena Strozzia, Laurentii f. 1598.

XV.

Jacobus DUX *de Juliano.* *Veronica Cibo, Caroli Pr. Massæ & Carrar. f.* 1627. † 1691.	Antonius Maria.	Isabella, ux. *Friderici Cesi Duc. de Aquasparta* 1616.

XVI.

Laurentius Salviati, *Clericus Cameræ.* †	Cosmus.

T A B. IV.

X.

AVERARDUS SALVIATI, Alamanni Gonfalonerii F. *ex Dominis* 1466. **GONFALONERIUS** 1479. & 85.
Uxor, *Magdalena Neroni.*

XI.

Alamannus, *ex Dom.* 1494. & 1502.
Lucretia Capponi.

XII.

Averardus, *Senator*, 1534. 1. *Maria de Bardis.* 2. *Nannina Alamanni.*	Petrus, *Senator*, 1553. 1. *Ginevra Bartolini.* 2. *Magdalena Vettori.*

XIII.

Alamannus. *Laudomina, Petri Francisci de Medicis f.*	Philippus, *Senator* 1571. *Maria Gualterotti.*	Alamannus.	Alexander, *rebellis.*	Magdalena, ux. *Petri Ridolfi.*

XIV.

Averardus, *Senator* 1588. *Alexandra de Nerlis,* 1573.	Antonius. 1. *Lucretia de Gagliano*, 1578. 2. *Cassandra Guadagni*, 1595.	Catharina, ux. *Johannis Niccolini.*	Isabella, nup. *Jacobo Salviato, Dom. de Grotta Marozza.*	Lucretia, ux. *Alfonsi Strozzi.*	Leonora, ux. *Octavii de Bardis.*

XV.

Philippus. *Hortensia Guadagni.*	Vincentius, *Senator*, 1622. *Marchio de Montieri* cr. 1621. *Francisca Rucellai* 1616.	Philippus, *Praepos. Prat.* dein *Episc. Burgi à S. Sepulchro*, 1619. † 1634.	Alamannus.	Franciscus.	Lucretia, ux. *Joh. Corsi M. de Cajazzo.*	Maria, nup. 1. *Hugonis de Comit. de Gerardesca*, 2. *Laurentio de Medicis, Marchioni.*

XVI.

Antonius Salviati, *Marchio de Montieri & Boccheggiano.*
Catharina Strozzia, Jo. Baptistae M. de Forano f.

XVII.

Johannes Vincentius Salviati, *March. de Montieri*, n. 1640. † 26. Nov. 1693.
Laura, Johannis March. Corsi f. 1657.

XVIII.

Antonius Maria, *March. de Montieri, & de Boccheggiano*, jam etiam *Dux de Juliano.* *Catharina, Philippi Com. de Elci f.* 1686.	Johannes, *Praelatus*, † Romae 1705.	Philippus. †	Averardus, *Eques S. Steph.* 1672. *Legatus in Gallia* 1699. † Lutet. Paris. 7. Jul. 1707.	Alamannus, *Nuncius Extraordinar. in Gallia*, an. 1708.	Francisca, uxor *Joannis Vincentii March. Capponi.*

XIX.

Laura.	Francisca.	Vincentius, †	Philippus, †	Virginia.	Joan. Vincentius.	Rosa.	Theresia.	Franciscus.	Lucretia.

moniales.

EXE-

EXEGESIS HISTORICA.

SALVIATORUM familiam, inter Florentinas à multis seculis claram & pollentem, à Caposaccis Fesulanis, Dominis Castelli *di Poggio Croci & Luccule*, oriundam esse vetus & domestica fert traditio, quam *Verrinus* Poëta his expressit versibus:

Salviatûm soboles Caposacca ex stirpe creata est,
Utatur quamvis signo Magalottus eodem.

Sed non indigere decoribus ex alia domo mendicatis familiam nobilissimam, propriisque ornamentis redundantem, *Scipio Admiratus* censuit, genealogiam ejus orditus à SALVIO, Guglielmi filio, Gottifredi, à quo nostra initium ducit, pronepote. Salvium medicinam Florentiæ professum esse, ex inscriptione sepulchri ejus liquet, quod ita se habere *Admiratus* testatur: S. *Magistri Salvi Medici, quondam S. Guglielmi del Forese & filiorum.* Ab ejus gnatis *Lotto* & *Cambio* duæ ortæ sunt lineæ: CAMBIUS cum artis medicæ peritia non inferior esset, quàm pater, ad eam laudem civilis prudentiæ gloriam adjecit, reique publicæ operam dando ad honores & supremum denique Magistratum Florentiæ, quem Vexilliferatum Justitiæ appellabant, provectus est; eo autore an. 1335. officium Custodis pacis publicæ (*di Capitano di Guardia e Conservadore della pace e dello stato della città*) institutum fuisse *Admiratus* refert. (a) LOTTUS & NICOLAUS ejus filii Priorum sive Dominorum dignatione iterata singuli vice macti sunt; posterioris tumulo in æde S. Crucis hoc additum est epitaphium: *Hoc sepulchrum Nicolaus Salviatus, Magistri Cambii, medicinæ peritissimi, filius, sibi suisque omnibus faciendum curavit, Anno* MCCCLXXX. *è vita migravit.* Posteritas ejus, è qua subinde aliqui inter Dominos cooptati sunt, seculo decimo sexto defecit.

LOTTUS, Cambii Vexilliferi frater, juris civilis disciplinam singulari exercuit studio, atque ad gubernacula reipubl. inter Dominos bis sedit. Hujus propago in complures diducta est ramos, inter quos à JOHANNE filio illius natu minimo fati, quinque viros, supremo in patria magistratu difficillimis ferè temporibus egregiè functos; produxerunt; ex eis JOHANNES quem diximus, nepósque ejus cognominis, dignitatem illam bis, FORESIUS verò prioris gnatus, & posterioris pater, ter, exemplo rarissimo, gesserunt. Foresio præter Johannem Signiferum duo adhuc fuere gnari, *Lucas* videlicet & *Marcus*, quorum iste progenie caruit, à Marco autem non secus atque à Johanne propago orta est, hodieque Florentiæ florens.

Ex Marci pronepotibus BERNARDUS Salviatus uxore in Gallia ducta fortunarum sedem illic reperit, gnatosque post se reliquit, honoribus opibusque auctos: FRANCISCUS, eorum natu minor, cùm Melitensi militiæ nomen dedisset, tandem Ordini S. Lazari, *magni Magistri* dignatione, præfectus est. Eodem Margarita Valesia, Navarræ Regina, arbitro negotiorum suorum aliquando usa est. JOHANNES, Francisci frater, domui Ducissæ Lotharingiæ præfuit, & propagationi familiæ suæ operam dedit; eo quippe natus est FORESIUS, Talcii dominus & Ordinis S. Lazari Eques, qui unicam, eamque sequioris sexus, prolem genuit, *Isabellam*, quæ maluit amatore gaudere, quàm matrimonii vinculo obstringi; haud tamen infœcunda fuit ejus cum Ludovico Marcano consuetudo, cui sanguine quoque juncta fuit; mater enim Isabellæ & Marcanus communem partiebantur avum maternum, Ægydium Turrium Dominum de *Limeuil.*

Inter posteros Marci Tabula II. enumeratos doctrinæ & ingenii gloria seculo claruit decimo sexto LEONARDUS Salviatus, Johannis Baptistæ filius, Eques in militia S. Stephani, cujus variæ exstant compositiones, vulgari scriptæ idiomate, quarum in numero sunt *Avertimenti della lingua Toscana sopra il Decamerone del Boccacio*, *Comedia intitolata il Granchio*, *Libri delle Orationi*, *Cinque lettioni*, *Oratione nella morte di D. Garzia de Medici* aliæque; Ludovico Atestino Cardinali etiam parentavit, quod Thuanus memoriæ prodidit, his Historiarum Libro LXXXIV. usus verbis: *In hujus dicti nempe Cardinalis funere duo celeberrimi tota Italia viri ingenii vim exercuerunt*, *Baptista Guarinus &* LEONAR-

(a) *Hist. Florent. Lib. VIII.*

DUS SALVIATUS, *quorum alter Latina, alter Italica Oratione virum omni gloria dignissimum laudavit.* Supremum Leonardus obiit diem Florentiæ in monasterio Angelorum anno ætatis LVI. in re tenui, quippe qui suum prodigere consueverat; laudatus est in Academia publica à Petro Francisco Cambio.

THOMAS Salviatus, Laurentii Senatoris F. à teneris, quod ajunt, unguiculis ad pietatis vitæque severioris studium sub disciplina *Alexandræ Salviatæ*, amitæ suæ, nec non *Georgii Ciari*, Autoris Societatis S. Caroli, assuefactus, atque in adolescentia Pisis juris utriusque scientia imbutus, dubium virili auctus ætate fecit, utrum claritudine studiorum an morum innocentia & vitæ sanctitate illustrior esset. In familiam Francisci Cardinalis Barbarini an. 1623. adscitus, cum eo, Legati à latere dignatione à patruo Pontifice macto, in Galliam Hispaniamque profectus est, reduxque factus Clericali sumta toga *Archipresbyter S. Eustachii*, atque an. 1633. *Episcopus Collensis*, & quadriennio elapso *Aretinus* creatus est; *insigni vitæ tranquillitate, procul ab ambitu & fortunæ blandientis insidiis in altitudinem sapientiæ conditus.* Aretii Seminarium condidit, morumque suavitate, humilitate, & eleganti senecta venerabilis, vivus pariter & mortuus Sancti appellationem sibi peperit. Vitam ejus, tanquam veri Ideam Episcopi, *Joh. Bapt. Cappallius* stylo posteritatis commendavit suo. (*b*)

A D T A B. III. & IV.

FRANCISCI Salviati, à quo Tabula III. initium ducit, extollitur integritas atque industria, qua in administratione reipublicæ usus sit; cùm anno 1331. supremo fungeretur magistratu, resque Florentinorum satis prosperæ essent, ad ornandam civitatem, annonamque benè constituendam, omnem convertit curam. Cæpta tunc est ædificatio monasterii conversarum meretricum (*delle convertite*) quod in eam processit laxitatem, ut ducentis & amplius recipiendis sufficiat. (*c*) Gnatus illius ANDREAS inter Octoviros fuit, quibus an. 1375. cura belli, quod Florentini fœdere cum Bernabove Vicecomite Mediolanensi facto adversus Gregorium XI. Pontificem Rom. gesserunt, demandata fuit; eo munere, ut virum fortem & solertem decet, defunctus, *Vexilliferatu* auctus est. Ex alio Francisci filio *Alamanno* natus est JACOBUS, cui ob debellatos Comites Guidios & amplificatam eorum castellis reipubl. ditionem, Equestris honos in vicem triumphi decretus, & singulari pompa d. XII. Oct. an. 1404. collatus fuit. (*d*) Hunc habuit avum FRANCISCUS Salviatus, quem Sixtus IV. Papa *Archiepiscopum Pisanum* creavit, deindeque odio adversus Mediceos, summam Florentiæ autoritatem indeptos, correptus, quod destinatis suis eos obstituros cerneret, illo, tanquam perspectæ audaciæ viro, instrumento uti statuit, ad mutandum Florentinæ reip. statum, ut inde expulsis Mediceis certiora sibi ad gerenda, quæ animo volvebat, bella præsidia compararet. Franciscus itaque à Pontifice ejusque nepote Raphaele Riario Cardinali instigatus ad conspirationem à Jacobo Pazzio aliisque perditis civibus adversus Laurentium & Julianum Mediceos fratres initam nomen dedit, atque ad constitutam diem dum Pazzii aliique complices circa interficiendos Mediceos satagerent, ipse stipatus fratre *Jacobo, agnatoque ejusdem nominis* & asseclis suis, Palatium occupare properavit, idque ingressus gradus conscendit. Post parvam moram, quia Domini pransum iverant, à Cæsare Petruccio Signifero justitiæ intromissus, tanquam Pontificis nomine quædam apud eum acturus, cùm interrupto ambiguoque sermone eum allocutus esset, animique trepidationem vultu & voce exereret, tantam Signifero incussit suspicionem, ut is in maximum clamorem erumpens ex Conclavi prosiliret, ibique obvium Jacobum Poggium, Historiographi celebris filium, qui ex stolida rerum novarum cupidine Salviatis se adjunxerat, crinibus præhensum suis vinciendum obtruderet; clamore porrò Dominos excitaret, qui quidem correptis iis, quæ casus suppeditabat, telis, omnes qui cum Archiepiscopo Palatium conscenderant, aut subito interfecere, aut vivos per fenestras præcipitavere, inter quos Archiepiscopus, Præsulari uti erat veste ornatus, bini Salviati, Poggiusque è fenestra laqueo suspensi gulam fregerunt. (*e*)

ALAMANNUS Salviatus, qui Francisci Archiepiscopi Pisani patruus fuit, non ipse

(b) *Gamurrini Hist. Geneal. fam. Nob. Tosc. & Umbr. Tom. IV. p.* 180. (c) *Ammirat. Hist. Flor. Lib. VIII.*
(d) *Ibid. Lib. XVII.* (e) *Machiavell. Hist. Flor. Lib. VIII. Ughell. Ital. Sacr. Tomo III.*

ipse tantum supremum in patria magistratum, eumque vice iterata gessit, sed tres etiam filios eadem dignatione mactos habuit, videlicet FRANCISCUM, JOHANNEM & AVERARDUM; singulis posteritas fuit, sed primo haud diuturna, defecit enim ea in illius pronepote Juliano: à cæteris verò non longior tandem, utpote hodieque vigens, sed maximè quoque illustris defluxit progenies. Johanne natus JACOBUS paternis insistens vestigiis ad summos quoque in patria honores pertigit, anno 1514. quo omnis Italia læta fruebatur pace, Vexilliferatu functus: abhinc quadriennio cùm in Senatu deliberatum esset, an Laurentio Medici Duci Urbinatensi ex Gallia revertenti legatio obviam mittenda foret, quod iste vehementer cupiebat, dicta libere contrariam in partem sententia sua, offensam Ducis, cui id proditum fuit, contraxit, qua cognita statuit majus malum exilio prævenire spontaneo; Romam ergò eum uxore secessit, neque Florentiam, nisi illo rebus humanis exempto, rediit. Plurimum tamen ei ad amplificandam familiam profuit affinitas, quam cum Medicea domo contraxit, ducta ex ea in uxorem Ducis dicti amita, Leonisque X. Pontificis sorore; is enim sacræ splendorem purpuræ Salviatorum familiæ intulit, & JOHANNEM illius filium ex Protonotario Apostolico *Diaconum Cardinalem* creavit: Hic ea decoratus dignitate varias ad Principes legationes obeundo magnam sui nominis gloriam comparavit, & mulros Episcopatus adeptus est, videlicet in Italia Ferrariensem, Firmanum, Volaterranum, Tranensem, SanSeverinensem & Theanensem, in Gallia SanPapulensem, Biterrensem, Olorensem & in Barensi Ducatu Bitectensem. Sub Paulo III. Papa idem ex Diacono Cardinali *Episcopus Albanus, Sabinus ac Portuensis* extitit, & denique in interregno modo dicti Pontificis penè ad summum rerum humanarum apicem pervenisset, nisi tanquam Regis Gallorum propiorem affinem Carolus V. Imperator ab eo arcendum curasset. Extremum diem Ravennæ explevit, & Ferrariæ in templo maximo sepultus est. (*f*)

BERNARDUS Salviatus, Johannis Cardinalis frater, à prima juventa bellicæ laudis cupidine flagrans, militiæ Hierosolymitanæ nomen dedit, moxque triremium præfecturam consecutus, extortæ Ordini suo à Turcis Rhodi insulæ dedecus, expeditione in Peloponesum suscepta, & expugnatione Coronis Modonisque civitatum ultum ivit; cujus meriti ergò ab Ordinis Magistro Prioratu Romano ornatus atque auctus est. Deinde Orator ad Carolum V. cum Philippo Strozzio & Laurentio Ridolpho Barcinonem missus pro patriæ libertate causam dixit; in Galliam posteà profectus cùm in bello suam Regi probasset virtutem, à Catharina Regina in aulam advocatus, eadem adhortante sagam cum toga commutavit, atque aliqua sacerdotia, mox ejusdem Reginæ majoris Eleemosynarii munus, atque an. 1561. Episcopatum Claromontanum, & triennio elapso San Papulensem, ex cessione Johannis Cardinalis germani, obtinuit. Regina denique instante à Pio IV. Papa inter Cardinales cooptatus est, *titulo S. Simeonis*, & sub Pio V. Romæ fatis concessit. (*g*)

Cardinalibus Salviatis jam laudatis frater fuit natu natu major LAURENTIUS, *Senator Florentinus*, linguæ Græcæ & Latinæ peritissimus; hic à Clemente VII. Papa castello & dominio *S. Johannis in via Emilia* donatus, & pater factus est *Joh. Baptistæ*, qui ducta licèt uxore improlis decessit, nec non ANTONII MARIÆ. Is ab ineunte adolescentia literarum studiis deditus, & honestate morum, disciplinaque utriusque juris imbutus, reliquo vitæ cursu *esse, quàm videri, bonus semper maluit*, sicut *Alf. Ciacconius* testatur. *S. Papuli* in Gallia *Episcopus* cessione patrui Bernardi creatus Tridentino Concilio interfuit; inde Romam reversus Episcopatu illo abdicato *Cameræ Apostolicæ Clericus* à Pio V. factus est, ejusdemque nec non Gregorii XIII. qui Pio successit, nomine legationes in Gallia egregia obiit fama; quare ab hoc inter Presbyteros *Cardinales* allectus, purpura & *titulo S. Mariæ in Aquiro* condecorari meruit. Sub Sixto V. Bononiam Legati dignatione rexit; à Clemente VIII. *Signaturæ Gratiæ* Cardinalibus annumeratus, eidemque usque adeo charus fuit, ut is decumbentem animamque agentem inviserit, ac solemni benedictione muniverit. Decessit *Presbyterorum Cardinalium Prior*, scripto hærede Laurentio Salviato Marchione Juliani. (*h*)

Hic genus ducebat ab ALAMANNO, Antonii Mariæ Cardinalis patruo, qui Pisis, postquam ea urbs in potestatem Florentinorum an. 1509. redacta esset, *Capitanei* titulo, præfuit. Eo satus JACOBUS *Grottam Marotiam* in Sabinensi Diœcesi tenuit

(f) *Ciaccon. Hist. Pontif. & Card. Tom. III. p. 406.* (g) *Ibid. p. 907.* (h) *Ibid. Tom. IV. p. 79.*

nuit, paterque factus est FRANCISCI & LAURENTII, quorum prior patri successit, sed prole mascula caruit, alter Cardinalis Salviati, ultimo memorati loco, hæres constitutus, à Clemente VIII. Papa *Marchio Juliani & Rupis Maximæ* in Statu Ecclesiastico an. 1603. d. 12. Jun. creatus, iisque locis investitus est; Urbanus VIII. verò anno 1627. d. 18. Dec. illius gnatum JACOBUM, mollissima dulcedine carminum memorabilem, *Ducis* mactavit dignatione, atque huic posterisque ejus Romæ fixi sunt lares, quorum stirps mascula cum ANTONIO MARIA Salviato, Juliani Duce, Jacobi nepote, sub initium anni 1704. extincta est, succedente ei agnato *Antonino*, ex Marchionum de *Montieri* in Etruria linea.

Hanc Tabula IV. recensuit, ortam ab AVERARDO *Salviato*, qui patrem *Alamannum* fratresque duos *Franciscum & Johannem*, Vexilliferatus honore insignes, habuit, atque ipse eodem supremo in patria magistratu vice iterata functus est. Filio ejus Alamanno, stante republica, inter Dominos locus fuit, ista sublata & in Principatum conversa Senatoria dignitas successit, quæ filiis nepotique illius collata fuit; neque VINCENTIUS, Alamanni abnepos, ejus exsors fuit muneris, quo præterea Ferdinandus Magnus Dux Etruriæ Consiliario status & supremo aulæ Præfecto usus est, eidemque in virtutis ac fidei decoramentum insignem titulum *Marchionis Castelli, Montieri* in Senensi Diœcesi siti anno 1621. d. 22. Sept. concessit. Ejusdem Principis beneficio ANTONIUS Salviatus, Vincentii F. castellum aliud, dicto in territorio positum, & *Boccheggiano* dictum, atque itidem Marchionatus dignatione mactum, an. 1637. scudi lege accepit. Hujus è filio Joanne Vincentio nepos, ANTONINUS, Marchio *de Montieri & de Boccheggiano* morte genitoris sui factus, jam *Antonius Maria Dux de Juliano* audit, ex quo nempè gentilis ejus, qui id nominis titulique gesserat, Romæ vivis excessit, nulla relicta prole mascula, sicut paulò antè dictum est. Bona quippe defuncti, tanquam gentilitia, ad se ex pacto & providentia majorum devoluta esse contendit, quorum etiam hæres ab illo exabundanti nuncupatus esse dicitur; verùm obniti contrà viduam filiæ nomine, remque in judicium deduxisse accepimus. Fratres novo Duci aliquot fuere, ex quibus JOANNES & ALAMANNUS Ecclesiasticum vitæ genus amplexi, atque inter *Prælatos* Romanos locum nacti sunt, priorem è medio honorum cursu mors fato propero abripuit, variolis in urbe illa extinctum; ALAMANNI messis in herba jam est: functum quippe pronuper munere *Nuncii Extraordinarii* in aula Gallica, quò à Clemente XI. Pontifice ad perferendas filio Ducis Burgundiæ fascias consecratas missus fuit, ampliores haud dubiè dignitates manent. Eadem in aula EVERARDUS *Salviatus*, eorum frater, Orator Magni Ducis Etruriæ aliquot annorum spatio fuit, & Lutetiæ Parisiorum vitæ pariter & muneris finem implevit.

STEMMA

STEMMA STROZZIANUM

quo editi sunt

Signiferi & Senatores Florentini,

Virique literis ac armis clari, per omnem non tantum Italiam, sed in exteras quoque regiones diffusi, Comitum, Marchionum, Ducum titulis aucti.



SCutum, quod hic repræsentatur, *Strozzarum* insignia designat, estque *aureum*, *fascia* distinctum *rubea*, cui *tres lunulæ crescentes argenteæ* inscriptæ sunt.

I. PHILIPPUS cogn. STROZZA, Arduini Rossi F. Petri Boni N.

II. M. Ubertinus, Eques, *ex Prioribus s. Dominis* ab an. 1283. usque ad an. 1310. septies.

III. Angiolierius dictus Gerius.

IV. M. Ubertinus, *Judex*. — ROSSUS, GONFALONERIUS Florent. *Vid. Tab. II.*

V. Soldus, *Capitaneus S. Miniat.* 1355. Ux. 1. *Nicolesa Minerbetti.* 2. *Silvagia.*

VI. Strozza. Ux. 1. *Sandra Sassolini.* 2. *Francisca Raggieri.* — M. Baldus, *Plebanus Carminiae.* — Thomas. *Scotta Barucci.* — Stephanus. *Lisa Paganelli.* — Bernardus. — Johannes. — Leonardus.

VII. M. Leonardus, *Plebanus de Carmignano.* — Soldus. — M. Thomas, Canonicus Pistor. Plebanus de Carmignano. — Bernardus. Ux. 1. *Antonia Brunelleschis.* 2. *Catharina Bardi.* — Johannotius.

VIII. Franciscus. — Leonardus. — Mariottus. — Nicolaus. — Strozza. — Soldus. *Isabella Orlandi.* — Ubertinus. — Montius.

IX. Bernardus. — Antonius. — Franciscus. *Antonia Ricciabani.* — Gabriel. *Cammilla Billioti.* — Ubertinus. — Jacobus. — Daniel.

X. Antonius. *Andrea del Bene.* — Soldus. *Andrea Pieri.* — Bernardus. *Hippolyta Pazzi.* — Antonius. — Zanobius. — Nicolaus. — M Franciscus, *Canon. Florent.* — Thomas. — Thomas.

XI. Nicolaus. — Jacobus. — Petrus.

Uxor, *Mingarda.* I.

II.

Ux. *Diamantia.*

III.

Strozza.

IV.

JACOBUS, Eques. *Vid. Tab. V.* PAGNUS. PINUS. *Vid. Tab. VIII.* GERINUS.

V.

Nicolaus. *Bieta Cipriani.*

Johannes, GONFALON. 1317. *ex Dom.* 1320. & 23. *Lisa Manfredi.*

VI.

Ubertinus. Ux. 1. *Margarita Guidalotti.* 2. *Philippa.* — Johannes. — Nicolaus. — Jacobus. *Nersa Ferrucci.* — Ludovicus. *Johanna Bagnesi.* — Petrus. *Flondina Infangati.* — Americus.

VII.

Johannes. *Finga ....* — Philippus. — Jacobus. *Margarita Bardi.* — Johannes. *Contessina Girolami.* — D. Benedictus.

VIII.

Daniel. — Thomas. — Nicolaus. *Lisa Portinazzi.* — Marcus. — Johannes. *Tita Gingni.* — Benghius. — Laurentius. *Francisca de Riccio.* — Franciscus dictus Picchino. *Helena Cavalcanti.*

IX.

Nicolaus. Ux. 1. *Antonia Bardi.* 2. *Cosa Jacopi.* — Bernardus, *monachus.* — Alexander. — Marcus. *Helena Puccini.* — Petrus. 1. *Marietta Nella.* 2. *Alexandra Machiavelli.* — Johannes. — Masius. — Remigius. — Johannes. 1. *Margarita Pauli.* 2. *Francisca de Marsili.* 3. *Elisabetha Peri.*

X.

Julianus. — Joh. Baptista. — Daniel. *Francisca Lenzi.* — Ubertinus. *Julia Melocchi.* — Alexius. *Luisa Guidetti.* — Joh. Maria. *Antonia Sangalleti.* — Angelus, *monachus Domin.* — Bartholomaeus. — Jacobus. — Johannes. — Alexander. — Franciscus.

XI.

Benedictus. — Petrus. — Johannes. — Benedictus.

IV.

ROSSUS STROZZA, Gerii

V.

Ubertinus, Gonfalon. 1336.
Ux. *Philippa Tornaquinci.*

VI.

Rossellus. *Margarita Filipetri.*	Petrus, *monachus Dominicanus*, insignis Theologus.	Andreas. *Francisca Carini.*

VII.

Thomas. *Catharina Palarcioni.*	Philippus.	Bernardus.	Nicolaus.	Rossellus.	Ubertinus. *Nicolosa Bombeni.*	Ricciardus.	Ubertinus. *Magdalena . . .*	Andreas.	Ugolinus. 1 *Laurentia Guasconi.* 2. *Nicolosa Brunelleschi.*

VIII.

M. Alexius, *monachus Dominic.*	M. Rossellus, *Plebanus Calenzani.*	M. Petrus. *Plebanus Calenzanenus.*	Thomas. *Catharina Canigiani.*	Bernardus.	Andreas.	Ricciardus.	Rinuccius.

IX.

Thomas.	Ubertinus. *Nanna Machiavelli.*	Petrus.	Paulus.	Andreas.

X.

Thomas.	Franciscus.	Petrus.	Alexius, *Carthusianus.*	Johannes. *Alexandra Guicciardini.*

XI.

Matthæus. 1. *Maria Saffolini.* 2. *Diamanta de Benino.*	Johan. Maria, *nothus.*	Matthæus.

XII.

Frater Hannibal, *Eques Hierosolym.* † in obsid. Melitæ an. 1565.	Julius.	Horatius.	Æneas.

F. GONFALONERIUS reip. Florent. an. 1294. IV.

Jacobus. *Simona Ardinghelli.* — STROZZA. *Vid. Tab. seq. III.* — MARCUS. *Vid. Tab. IV.* V.

Nicolaus. *Fecca.* — Gorus. *Catharina Salviati.* VI.

Jacobus, dein *Frater Johannes* Eremita Angiolit — Strozza. *Sandra.* — Matthæus. 1. *Nicolosa Mannelli.* 2. *Gemma de Foresta.* — Paulus. — Franciscus. 1. *Margarita.* 2. *Helena Bardi.* 3. *Francisca Machiavelli.* — Nicolaus. *Johanna Baldovinetti.* — Marcus. 1. *Cecca de Cignano.* 2. *Margarita Pagnoni.* 3. *Elisabetha de Rena.* — Andreas. 1. *Sandra.* . . . . 2. *Cecca Pazzi.* VII.

Johannes. *Maria Lamberteschi.* — Antonius. *Elisabetha* . . . . VIII.

Jacobus. — Nicolaus. *Johanna.* — Michael. — Matthæus. *Dadda Spadini.* — Gorus. IX.

Antonius. *Daniela Federighi.* — M. Marcus, *Canon. Florent.* — Andreas. — Petrus. — Matthæus. X.

Johannes Maria. — Paulus. XI.

V.

STROZZA, Roffi Gonfalonerii

VI.

Nicolaus.

Carolus, *ex Dom.* 1360, 64, 67. & 71.
Ux. 1. . . . . *Bardi.*
2. *Johanna.*
3. *Ludovica Pantaleoni.*

VII.

Ubertus. — Strozza GONFAL. 1392. *Silvagia Pecori.* — Azzolinus. *Margarita Davizzi.* — Magdalena, ux. *Luchini Vicecomitis.* — Michael. *Partia Franzesi.* ⊙ — Laurentius. — Petrus. *Bicia Bondelmonti.* ☾ — Nannius, f. Johannes, occ. 1427. *Constantia Costabile.* ☞

VIII.

Jacobus. — Carolus. — Thomas. — Agnolus. — Marcellus, *Doctor* & Gubern. Spolet. 1420. *Margarita Cavalcanti.* — Marcus. — Ubertinus, *Abbas Galeata.* — Rossus. *Tita Alberti.* — Strozza. (⊙)

Antonius. (son of Agnolus)

IX.

Strozza. 1. *Dianora de Aglis.* 2. *Lucretia Cresci.* — Zacharias. — Carolus. — Adrianus. — Johannes. *Lucretia de Luna.* — M. Rubertus, *Canonicus Pisanus.* — Laurentius. *Francisca Cambi.* — Michael. *Maria Lotti.* ⊙

X.

Marcellus. — Strozza. *Ginevra Ridolfi.* — (⊙) Robertus. Ux. 1. *Marietta Ridolfi.* 2. *Cammilla Strozzi.* — Carolus. *Tita Pitti.* ☞ — Petrus. — Smeraldus.

XI.

Johannes. *Flammetta Frescobaldi.* — Carolus, *Capitaneus.* — Jo. Franciscus. *Laura Cavalcanti.* — Strozza, *Eq. Hier.* — Fridericus. *Catharina de Medicis.* * — Johannes. *Lucretia Ugolini.* ♂ — Carolus, *Eq. Ord. S. Mich.* — Michael Abbas.

XII.

Adrianus. — Alexius, *monachus in Valle Umbrosa, Abbas.* — Hannibal. — Johannes. — Marcellus. *Philippa Tomei.* — Horatius. — Carolus. — Leonardus. — Lambertus. . . . . . *Mussolini de Regio.* ☽ — (*) Ludovicus. — Vincentius. — Petrus.

XIII.

Jacobus. — Johannes. — Cosmus. — Raphael. — Philippus. *Francisca de Albagano.* — (☾) Diegus Hyacinthus. — Carolus. — Fridericus. — Robertus, *Eques Melit.* — Paulus. — Vincentius.

XIV.

Marcellus.

F. GONFALONERIUS an. 1337. & 1341.

V.

VI.
- Jacobus. *Diana Giambolari.*
- Smeraldus. *Andrea de Antella.*

VII.
- Salomon. *Prætor Mutin.* 1400. *Ghita Corsini.*
- Alexius, *monachus Dominic.*
- Jacobus.
- Strozza.
- Johannes, dictus Smeraldus. *Catharina Aldobrandini.*

VIII.
- Azzolinus.
- Nicolaus.
- Carolus. *Helena de Ricasoli.*
- Johannes.
- Laurentius, *Comes.*
- Nicolaus, *Eques*, † 1477. *Contessa Girvocoli.*
- Rubertus, *Eques. Leona Pritati.*
- Titus Vespasianus, *Poëta & Eques*, † an. æt. 84. *Domicilla Rangoni.*

IX.
- Johannes.
- Andreas. 1. *Elisabetha Rucellai.* 2. *Nannina Cresci.*
- Strozza. *Tita Davanzati.*
- Johannes.
- Carolus, *Eques.* 1. *Julia Rangoni.* 2. *Antonella Strozzi.*
- Cammillus, *Eques, Ginevra Gambara.*
- Laurentius, *Comes. Constantia Bentivogli.*
- Guido, *Eques. Simona Uberti.*
- Hercules *Poëta*, occ. 1508. *Barbara Torelli.*

X.
- Marcus, *Canon. Florent.*
- Carolus. *Marietta de Casa.*
- Thomas.
- Strozza.
- Constantia, nup. *Alfonso Com. Bevilaqua.*
- Ux. *Bonifacii Com. Bevilaqua.*

XI.
- Rossus, *Eq. Hieros.* † in obsid. Melit.
- Simon.
- Petrus, *Senator* 1596. 1. *Lucretia Pitti.* 2. *Cammilla Martelli.*
- Andreas.
- Americus. *Silvagia Ubaldini.*
- Smeraldus.
- Strozza.
- Pandulphus.

XII.
- Sestilius.
- Horatius, *Senator* 1645. *Livia Mannelli.*
- Settimius.
- Robertus. 1. *Cammilla Bini.* 2. *Ginevra Pasquali.*
- Cammillus.
- Carolus.
- Carolus, *Comes*. S. R. Imp. *Eq. S. Steph.* 1606.
- Jacobus.
- Americus, *Comes* S. R. *Imp. Senator* 1625. *Eq. S. Steph.* 1631. *Anna Strozzi.*
- Leo S. R. J. *Comes Eq. Melit.* 1610.
- Jacobus S. R. J. *Comes & Camer. Cæs.* 1626. *Octavia Strozzi.*

XIII.
- Rossus, *Eq. S. Steph.* 1639. *Maria Francisca Grassi.*
- Franciscus.
- Jacobus.
- Lucretia dicta Cammilla, dein *soror Maria Minima, monacha Carmelit.*
- Petrus, *Comes. Maria Magdalena Franceschi.*
- Leo, Comes *Eq S. Steph.* 1658. *Nera Maria Serristori*, 1665.
- Philippus, *Comes.*
- Carolus, *Comes.*
- Petrus, *Comes S. R J. Cubicul. & Colonellus Cæsar.* occ. 7. Jun. 1664. *Maria Catharina Com. Kevenhüllera.*
- Octavius, *Comes* S. R. *Imp.*

XIV.
- Horatius. *Portia Pandolfini* 1689.
- Americus Josephus, S. R. *Imp. Comes.*
- Americus Franciscus, *Eq. S. Steph. Julia Panciatica Pistoriensis.*

T A B U

qua etiam ftirpes Strozzianæ, Mantuæ

MARCUS STROZZA, Roffi

V.

VI. Ludovicus. *Veguente de Rienfoli.* — Ubertus. *Philippa Manetti.* — Gregorius. *Venna Ruspi.*

VII. Lottus. — Marcus. Ux. 1. *Catharina Strozza.* 2. *Vaggia Mannelli.* — Vaunius. *Sandra Rucellai.* — Ubertus, *Eques, Mantuam cum patre migravit. Lucretia Salviati.* — Ludovicus. (Marcus.)

VIII. Antonius. — Nicolaus. — Carolus. *Helena Fortini.* — Ubertus. — Benedictus. *Conftantia Falenuci.* — Amarettus. (Antonius, Sacerdos.) — M. Benedictus, *Eques. 1. Catharina Gonzaga. 2. Lucretia Guicciardini.*

IX. Marcus. — Hieronymus. *Magdalena Busi.* — Orlandus. — Nicolaus. *Francifca Guadagni.* — Paulus. — Bernardus. — Jo. Maria. — Marcus. *Alexandra Pitti.* — M. Ubertus, *Eques. Ludovica Vifconti.* — Francifcus, *Comes de Montaldo. Blanca Pullavicini.*

X. Carolus. *Lucretia Dazza.* — Simon. — Nicolaus. — Robertus. — Benedictus. — Hieronymus. *Alexandra Mazzinghi.* — Francifcus. — Thomas. *Francifca de Caftiglione.* — Octavianus, Comes. *Damigella Gonzaga.*

XI. Simon. *Albiera de Giunta Bindi.* — Nicolaus. — Hieronymus. — Dauiel, *Capit.* — Thomas, *Eques Hierof.* — Marcus. — Jacobus. — M. Ludovicus. *Marietta Strozza.* — Ubertus. — Hannibal, *Comes.* (Cammillus, *nothus.*) — Cammillus. *1. Innocentia Monaldi. 2. Margarita Scurampi.*

XII. Carolus. — Nicolaus. *Colonellus.* — Thomas. *Francifca Guidotti.* — Jacobus, *Capitan.* — Pompejus, Marchio. *Ricciarda Gonzaga.* — Julius, *Comes.* — Cæfar. — Hercules. — Ubertus, Comes. *1. Laura Sforza. 2. Attendola Bolognini. 3. Domicilla Malvicini.* — Francifcus.

XIII. Carolus, n. 1587 *Senator* 1653. † 1670. *Virginia Gaetani.* — Simon. — Alexander, *Epifc. Andriæ* 1626. *dein Miniati* 1632. — Nicolaus, *Abbas Canonicus Florent.* — Jacobus. — Petrus. — Julius Cæfar dictus Pompejus, *Marchio. 1. Francifca Maria Penfa. 2. Anna de Carretto.* — Ludovicus. — Ubertus, *Comes, Colonellus,* dein *monachus Ciftert.* — Cammillus, *Camerar. & Colonell. Cæfar. Barbara Rofcalla.* — Francifcus Maria.

XIV. Thomas Urbanus. — Alexander, *Senator* 1682. *Therefia Bartholomæi* 1664. — Ludovicus, *Abbas Canon. Decanus & Archidiac. Florent.* — Pallas Marchio *Lavinia Capilupi.* — Julius, *ex monacho Francifc. Prælatus.* — Leo, Comes. *Anna Maria Pavefi.* — Gerius Comes, *Gubern. Cafal. 1. Floriffpina Gualenga. 2. Ginevra Brufoni. 3. Elifab. Penda.*

XV. Carolus Thomas. *Maria Magdalena Cardi*, 1690. — Hieron Bartholomæus. — Ludovicus Jofephus. — Ludovicus Maria. — Petrus Antonius, *Comes. Chriftina Ferreri.* — Pompejus *Marchio. Eleonora Guerrieri.* — Julius Cæfar, *Comes.*

& Papiæ florentes continentur.

V. Gonfalonerii F. Ux. *Bicia.*

VI. M. Thomas, *Eques, Mantuam cum filio Uberto se contulit* 1382. *Johanna Monaldi.* — Johannes dictus *Squarta. Johanna Giamfigliazzi.*

VII. Guidus. — Jacobus. *Jacoba Benvenuti.* — Johannes. *Antonia Alberti.* — Bernardus, dictus *Fulignata. Agnola Soderini.* — Donatus, dictus *Armignace, Comestabilis Florent.* — Strozza. — Agnolus, *nothus.*

VIII. Michael. Cosmus. — Marcus. — Johannes. *Piccarda.* — Ciprianus. — Johannutius, *Prætor Faventiæ* 1446. *Mantuæ* 1458. *Alamanna Rucellai.* — M. Zacharias, *Canonicus Florent. & Aretin.* — Baptista. *Ginevra Bondelmonti.* — Smeraldus.

IX. Johan. Franciscus. *Luisa* . . . — Dominicus. *nothus.* — Sandrus, *Mea de Castiglione.* — Petrus. — Bernardus. *Ginevra Strozza.* — Laurentius. — Johannes. *Nannina Lippi.* — Johannes. *Antonia Castellani.* — Smeraldus. — Zacharias. 1. *Maria Strozza,* 2. *Elisabetha Falcucci.*

X. Petrus. — Fridericus. — Franciscus. ☉ — Nicolaus. 1. *Aldabella Squarcialupi.* 2. *Maria Ferrucci.* — Noferius. — Johannes. *Lucia Salvelini.* — Agnolus. *Nannina Strozza.* ☾ — Bernardus, dictus *Castiranza,* Colonellus. — M. Christophorus, *Philosophus,* † 1565. 6 Dec. — M. Franciscus, *Gubern. Fulginensis.* — Laurentia, *monialis, Poetissa Latina,* nat. 1514. † 1591. d. 10. Sept.

XI. Franciscus. — Hercules, *Comes.* — Hieronymus. *Eleonora Tassoni.* — Balthasar. — Alexander. — Noferius. 1. *Albiera Gianfigliazzi.* 2. *Magdalena Altoviti.* — Gualterottus. *Capitan.* — Bernardus. *Maria de Gerardesca.* — Ludovicus. — Vincentius. *Ginevra.* — Petrus.

XII. Maximilianus. *Paula de Torre.* — Octavius. — Hannibal. — Petrus. — Franciscus, *Capitan. Maria Guidetti.* — Antonius. — Johannutius. *Sigismunda Gaetani.* — Alexander. — Agnolus. *Constantia Strozza.* — M. Petrus, *Secret. Leonis XI. & Pauli V. Pap. Catharina Baldovinetti.* — Agnolus, *Jesuita.*

XIII. Ferdinandus, *Comes, Colonellus.* — Sacramorus, *Comes.* — Noferius. *Magdalena Arrighi.* — Jacobus. — Jo. Baptista. — Petrus. — Philippus dictus Petrus. 1. *Elisabetha Squarcialupi.* 2. *Magdalena Strozza* 1681. — Vincentius.

XIV. Antonius, *Comes.* — Ludovicus, *Comes.* — Ferdinandus, *Comes.* — Maximilianus, *Comes.* — Ludovicus, *Comes.* — Octavius, *mon. Dominic.* dictus *Frater Vincentius.* — Jacobus, *Comes.* — Ubertus, *Comes.* — Philippus. *Maria Elisab. Frichignioni Com. de Castellenghi,* 1681. — Dominicus. — Francisca.

XV. Prosper Squarcialupus.

qua etiam Strozzæ

IV.

JACOBUS STROZZA, Strozzæ F.
Ux. *Margarita Soldanieri.*

V.
- Strozza. *Lapa Cavalcanti.*
- Martinus.
- Palla. Ux. 1. *Tancia Donati.* 2. *Margarita Ciurianni.* ⊙

VI.
- Jacobus dictus *Lapus.*
- Blasius. 1. *Johanna de Ischia.* 2. *Tea Pilastri.* a
- Johannutius, GONFALON. 1356. *Sandra Rondinelli.* b
- Ubertus. *Antonia Monaldi.* c

VII.
- Lapus. *Cella Pulci.*
- Nerius.
- Johannes. 1. *Margarita Gianfigliazzi.* 2. *Tessa Ciuffagni.* 3. *Petra.*
- Palla.
- —a—
- Petrinus. 1. *Catharina Tolomei.* 2. *Daria de Lippo de Colle.* d
- Loderigus. *Petra de Garbo.* e
- Philippus. *Matthæa Gondi.* f

VIII.
- —d— Blasius. *Lisa Albizi.*
- —e— Blasius. *Lapaccia Benizzi.* Bartolomæus. *Nonna Tosti.*
- —f— Petrus dictus *Schiavo. Valentia Rucellai.*
- —g— Strozza. *Sandra Alberti.* m. Verius.
- —h— Johannes. *Elisabetha Altoviti.* n
- —i— Ubertus. 1. *Bartolomæa Folchi.* 2. *Cathar. Roselli.*

IX.
- Petrinus dictus *Impeduli. Lisa Strozzi.*
- —m— Antonius, *nothus. Beatrix de S. Vitale.*
- —n— Jacobus. Johannutius. Franciscus. Bernardus.
- —o— Bindus. Ruggierius. t
- —p— Jacobus. Simon.
- —q— Palla. Carolus. *Antonia Giachinotti.* u

X.
- Jacobus. *Simona Bardi.*
- Carolus.
- —t— Strozza.
- —u— Petrus. 1. *Ginevra Guasconi.* 2. *Helena Saffolini.* Franciscus. Laurentius. Palla. 1. *Catharina Compagni.* 2. *Cammilla de Luna.* 3. *Catharina Canigiani.* Pazzinus.

XI.
- Pandulphus. Jo. Franciscus. Carolus.
- Rinaldus. *Marietta Bonciani.* x
- Carolus. *Elisabetha Peruzzi.* y
- Noferius. Agnolus.
- Laurentius. *Laura Davanzati.* Franciscus. Baptista.

XII.
- Petrus.
- Albertus.
- —x— Palla. *Mariana Xuares.*
- —y— Palla. Franciscus. *Lucretia Spinelli.*
- —z— Palla. M. Johannes *Philosophus. Helena Carnesecchi.* Franciscus. Lutozzus.

XIII.
- Petrus. *Margarita Marzichi.*
- Rinaldus, *Eq. S. Steph.* 1619.
- Carolus.
- Jo. Franciscus, *monachus in Valle Umbrosa, Abbas.*
- Jo. Baptista.
- Alexius, *frater Dominic.*

XIV.
- Palla, †.
- Johannes, †
- Michael Agnolus, † *Francisca Altoviti,* 1686.
- Jo. Baptista, dein dictus D. Leo, *Monachus in Valle Umbrosa, Abbas, dein Episc. Pistoriens.* jam *Archiepisc. Florentinus,* 1700.

Ferrarienses recensentur.

IV. *Eques* & GONFALONERIUS *Florent.* An. 1309.

V. LOSUS. PAULUS. DAMIANUS. Vid. Tab. seq. VI.

VI. Marcus, *Dominic. monachus.* — Paulus, *Dominic. monachus.* — Jacobus. — Franciscus, *Eques*, GONFALON. 1348. *1. Helena Bardi. 2. Picta Pazzi.* — Bartholomæus. — Noferius GONFALON. 1385. & 1396. *Johanna Cavalcanti.*

VII. Rinaldus. *Catharina Razzantia.* g — Franciscus. *Catharina Riauccia.* h — Matthæus, *Prætor Foliniac.* — Laurentius. *Matthæa de Truffa.* — Agnolus. — Jacobus. *Zenobia Toraaquinci.* i — Pazzinus, *Eques. Margarita Malatesta.* k — Palla *Eques. Francisca Adimari.* l — Nicolaus. *Tita Alberti.* — Palla *Eques*, † 1462. *Marietta Strozzi.* — Marcus, *nubit.*

VIII. k: Johannes. *Albiera Alberti.* — Franciscus, *Eq. Rhod. Prior Pisan.* — l: Johannes. *Francisca Guasconi.* p — Franciscus. *Ginevra Alberti.* q — Palla Novellus. *1. Philippa Petriboni. 2. Catharina Arrigi.* r — Laurentius. *Alexandra Bardi.* f — Carolus *Cubicul. Nicolai VI. Papæ.* — Jo. Franciscus. *Luisa Donati.*

IX. r: Pazzinus, *Comes & Senator Rom.* 1436. — Agnolus *Comes de Leccia. Helena Guicciardini.* — Carolus. *1. Alexandra de Tosa. 2. Lisa de Arena.* w — f: Laurentius, *Doctor.* — Bardus. *Diana Riccardi ex Dom. Ortonæ.* — Palla. — Pandulphus, *Cubicul. Ducis Ferrar.* — Rubertus dict. *Gagliardo. Laudomina Acciaioli.* — Alexander, *Comes.* Palla. — Carolus, *Livia Capra.*

X. w: Johannes. *Francisca Mannetti.* — Palla. — Laurentius, *Capitaneus. Violanta Machiavelli.* — Baptista, *Capitan. Duc. Ferrar. 1. Ludovica Columbi. 2. Lucretia Strozza.* — Ubertinus. — Johan. Franciscus *Comes. Helena Strozza.*

XI. Carolus. *Margarita Nasi.* z — Hipolytus. *Hipolyta Estensis Tassoni.* — Hercules. — Alfonsus. — Palla, *Comes de Ostellata. Anna Bevilacqua.* — Titus. — Carolus. — Josephus.

XII. Bellisarius. — Cæsar. *Lucretia Strozzi.* — Laurentius. — Hercules. — Baptistinus. — Alfonsus. — Alfonsus Comes. *Catharina Turca.* — Carolus.

XIII. Hipolytus, *Capitan. Ferrar. Catharina Fini.* — Cæsar. — Jo. Baptista.

XIV. Laurentius. — Petrus Paulus, *monachus Olivit.* — Cæsar. — Franciscus. *Isabella Rimbaldesi.* — Josephus. — Carolus Alderanus. *Clara Bonacorsi.* — Ludovicus. — Nicolaus Palla. *Catharina Silvestri.* — Antonius.

V.

LOSUS Strozza, Jacobi Equitis & Gonfalon. F. GONFALONERIUS an. 1312. Uxor *incomperta*.

PAULUS Strozza Jacobi Eq. & Gonfal. F.

VI.

Gaddus.
Stagius. *Tora Brunnellefchi.*
Leonardus. *Eques. Helena Manfredi.*
Barla. *Teffa Gerardi.*
Pinaccius. *Lapa Frefcobaldi.*
Simon. *Gitta Carini.*
Jacobus.
Nicolaus, *Eq. Rhod. Prior. Pifan.*
Conradus. *Taddea Bofcoli.*

VII.

Simon. *Catharina Acciajoli.*
Ramondinus.
Stagius, *Ginevera Malpelli.*
Philippus. *Margarita Ferrantini.*
Ramondinus.
Andreas.
Pinaccius dictus *Boffa. Nicolofa Pitti.*
Panlus.
Bandinus.
Jacobus.

VIII.

Barla. *Nicolofa Alberti.*
Antonius. 1. *Catharina Cigliamochi.* 2. *Ginevra Bruni.* a
Simon. *Andreola Rondinelli.* b
Petrus. *Tita Arrighi.* c
Leonardus. 1. *Leonarda Guafconi.* 2. *Lifa....* d
Bonacorfius. 1. *Antonia Villani.* 2. *Paula Gianni.* e

IX.

Nicolaus. *Leonarda Ricci.*
Barla.
Laurentius.
Antonius.
Leonardus.
Johannes.
— a — Stagius. *Mea Fioravanti.* g
Laurentius.
— b — Mattheus *Alexandra Macinghi.* h
— c — Francifcus. *Maria Vefpucci.*
Laurentius.

X.

Antonius, *Comeftabilis Florent. Lugetta Bofcoli.*
Ricciardus, *Comeftab. Florent. Lifa Pitti.*
Johannes. *Polyxena Scolari.*
Barla, *Comeftab. Florent.*
Laurentius.
— g — Julianus. *Petrina Migliorati.*
Leonardus. 1. *Lifa Bartolini.* 2. *Violanta Benini.*

XI.

Nicolaus, Capitan. *Petra.*
Leonardus.
Alfonfus. *Diamanta Servigi.*
Alexander.
Nicolaus.
Galeatius.
Mattheus. *Petra Bofcoli.*
Julianus.
Johannes.
Stagius.

XII.

Jo. Francifcus. *Cammilla Tofi.*
Valerius Antonius.
Galeatius Maria.
— m — JOH. BAPTISTA, Vid. Tab. feq. A.
Palla. *Nannina Antinori.*
— n — Petrus, *Marefcall. Franc.* 1554. † 20 Jul. 1558. *Laudamina de Medicis, Petri Francifci f.*
Robertus, *Baro de Collalto, Magdalena de Medicis, Petri Francifci, f.*
Vincentius.

XIII.

Carolus Alfonfus. *Francifca Compartini Roffi.*
Philippus, *Generalis peditatus in Gall. Eq. S. Spiritus* 1579. occ. 1582. 26. Jul.
Clara nup. *Honorato Sabaudo Com. de Tende.*
Scipio, *nothus, Eq. Melit.*
Leo *Generalis Pontif. Rom. Sophonisba Savelli.* O
Alfonfina *Ux. Scipionis Flifci, Com. Lavaniae.*

XIV.

— O — Robertus.
Petrus. 1. *Magdelena Capponi.* 2. *Alexandra Caccini.*
Vincentius. *Camilla Ardingelli.*
Alexander *Eq. S. Steph.*
Cofmus. *Catharina Davanzati.*
Julius.

XV.

Vincentius. † *Francifca Tempi.*
Joh. Gualbertus. † *Laura Attolini.*
Bernardus, Eq. S. Steph † *Margarita Bracciolini.*

XIV.

Cofmus. † *Lucretia de Vernaccia.*
Julius, dein *Frater Ubaldus Capuccinus.*
Vincentius, *Eq. S. Steph.*

Ux. *Cilia Gianfigliazzi.*

DAMIANUS Strozza, Losi & Pauli frater.
Catharina Davanzati.

V.

VI.

Thomas. *Philippa Pazzi.* — Damianus. — Leonardus, *Eq. Rhod.* — Carolus. — Antonius. *Petra Coroni,* — Thomas. — Michael. — Jacobus dictus *Ciapero. Thomasa Bini.* — Lottierius. *Vena Bondelmonti.*

VII.

Thomas, dictus *Masino. Paula.* — Mone. — Johannes. *Mea.* — Franciscus. — Jacobus dictus *Ciaperinus. Antonia de Lippo Alberti.* — Johannes. — Agnolus. — Antonius.

VIII

Nicolaus. *Antonia.* . . . . . — Leonardus. *Johanna Landini.* f — Petrus. — Jacobus. — Andreas, *nothus.*

IX.

Simon. — Philippus. — Jacobus. *Lucretia Cavalcanti.* l — Ricciardus. — Nicolaus. — Philippus. *Philippa Bischeri.* — Sebastianus. — Stagius, *Canonic. Florent.* — Antonius. *Ginevera . . . . .* — Franciscus. *Francisca Sernigi.* — Titus. *Alexandra Bonucci.* — Nicolaus.

(d, e, f)

X.

Philippus. 1. *Flammetta Adimari.* 2. *Silvagia Gianfigliazzi.* — Laurentius. *Antonia Baroncelli.* k — Simon. — Petrus. — Matthæus. — Leonardus. *Cassandra Strozza.* — Coppinus, *nothus.*

(h, i)

XI.

Julianus. *Agnoletta Boni.* — Alfonsus. 1. *Constantia Strozza.* 2. *Cecca Nasi.* — Laurentius. *Lucretia Rucellai.* m — Jo. Baptista dictus *Philippus.* † 1538. *Claricia de Medicis, Petri F.* n — Matthæus, GONFALON. 1519. *Senator* 1532. *Magdalena Salviati.* — Carolus. — Jo. Ludovicus. *nothus.*

(k)

XII.

Laurentius, n. 3. Dec. 1523. *Cardinalis* S. R. E. cr. 1557. † 19. Dec. 1571. — Leo, *Eques Hierosol. Prior Capuan.* occ. 1554. — Alexander. — Laurentius, *Senat.* 1537. *Catharina Panciatichi.* — CAROLUS. *Vid. Tab. seq.* B. — Cammillus, *Senator.* 1565. 1. *Dianora Capponi.* 2. *Alexandra Ugolini.* — Alexander, *Episcopus Volaterranus* 1565. † 1568. — Franciscus. — Robertus.

XIII.

Matthæus, *Senator* 1571. *Dianora Soderini.* — Bernardus, *Senator*, 1622. *Cassandra Neri.* — Alexander. *Maria Albizzi.* — Robertus.

XIV.

Guido. — Franciscus. — Leo. — Cammillus. — Marsilius. *Constantia Machiavelli.* — Robertus, *Eq. Melit.* — Carolus. *Constantia Alexandri.* — Vincentius. — Julius, *Poeta.*

XV.

Robertus. *Maria Constantia Borromei* 1670. — Cammillus. — Franciscus, † — Alexander, *Episc. Aretinus.* †

XVI.

Carolus. — Johan. — Antonius.

A.

MARCHIONES DE FORANO,

XII.	JOANNES BAPTISTA STROZZI, Lauren Florentinus, an. 1561.					
XIII.	Laurentius Strozzi. *Emilia Guicciardini.*					
XIV.	Laurentins Strozzi, Senator, 1641. Ux. 1. *Maria Machiavelli.* 2. *Alexandra Borromei.*	Joannes Baptista.	Marietta, nup. *Carolo Strozzi.*			
XV.	Joannes Baptista, Senator 1679. *Francisca Altoviti*, 1673.	Petrus.	Leo. *Catharina Felix Frescobaldi.* 1673.	Rubertus.	Philippus Vincentius *Eques S. Steph.*	Petrus Alexius, *Jesuita.*
XVI.	Laurentius Franciscus, PRINCEPS *de Forano.* *Maria Theresia Strozzi, Joannis Paptistæ March. de Forano fil. primog.* 1699.	Laurentius Maria.				
XVII.	Philippus Strozzi, nat. an. 1700.	Clarice nata 1706.				

B.

XII.	CAROLUS STROZZA, Matthæi Gonfalone Ux. *Francisca Strozza.*								
XIII.	Alfonsus Strozza. *Lucretia Salviati, Averardi* F.	Matthæus Strozza.							
XIV.	Alexander. *Maria Strozza.*	Philippus. *Magdalena Carnesecchi.*	Petrus Antonius.	Alexander, *Archiepisc. Fermi* cr. 1606. † 11. Febr. 1621.	Leo, *Senator*, 1625.				
XV.	Ludovicus, † *Ginevera Gaardi.*	Alfonsus, *Canonic. Florent.* †	Carolus. †	Alfonsus. † *Dianora Strozza.*	Philippus, † 1. *Maria Pucci.* 2. *Helena Marelli.*	Laurentius, †	Alexander. †	Petrus. †	Octavius, *monachus Dominic.* †
XVI.	Dominicus. *Maria Magdalena Bartolini Salimbenis.* 1681.	Guido Maria.	Franciscus. †	Alexander Maria, †	Matthæus, *Canonic. Florent.*	Guido, †	Vincentius, †	Nicolaus, †	

DUCES DE BAGNOLO.

tii & Lucretiæ Rucellaiæ F. Senator Uxor, *Maria Altoviti.* XII.

Philippus Strozzi, Ux. *Catharina Strozzia.* XIII.

Joannes Baptista Strozzi, MARCHIO DE FORANO. *Maria Martelli.* — Philippus Strozzi. XIV.

Philippus *Marchio de Forano.* — Ludovicus, Marchio de Forano, Dux DE BAGNOLO, obiit *Sacerdos* an. 1705. Uxor 1. *Leonora Majorca*, 2. *Anna Maria Albertini*, † 1694. — Catharina, nup. *Antonio Salviati*, *Marcb. de Montieri.* XV.

Joan. Baptista March. de Forano. *Octavia Renzi.* — Ferdinandus, *Archiep. Tarf. Nunt. Apostol. Turini*, ubi ob. m. Majo 1695. — Leo, *Prælatus domesticus Papæ.* — Maria Isabella, nup. *Joan. Georgio March. Costagutti*, † 1683. — Maria Victoria ux. *Ferdinandi March. Cusani*, 1680. XVI.

Maria Theresia, nup. *Laurentio Francisco Strozzi* 1699. — Anna Maria, uxor *Michaelis Angeli Cajetani*, *Pr. Caserta* 1700. XVII.

rii & Magdalenæ Salviatæ F. XII.

Philippus Strozza. — Laurentius Strozza, *Senator* 1596. *Diamora Bandini*, *Octavii Cardinalis soror.* XIII.

Camillus. — Robertus, *Episc. Collens.* 1638. *Fesulan.* 1645. — Jo. Baptista. — Octavius dein *Frater Laurentius Capucinus.* — Carolus *Senat.* 1615. *Marietta Strozza.* ☽ — Alfonsus *Gubern. Brugens. in Belg.* † 1657. 1. *Maria Monda.* 2. *Dorothea Amal.* ☉ — Horatius MARCHIO DE FLORE *in Sicil. Constantia de Termine*, *Hieronymi Bar. de Batticani* F. — Philippus, *Abbas.* XIV.

Philippus Maria, *monachus Dominic.* † — Carolus Maria, † — ☉ Philippus *nothus*, † — Josephus PRINCEPS de S. ANNA, † *Luisa Arrighetti.* — Octavius, † — Magdalena, ux. N. *Cajetani Pr. de Cassaro in Sic.* — Hieronyma nup. *Josepho Gisulfo.* XV.

Hieronymus, † *Virginia Ricasoli.* — Carolus. † XVI.

Philippus Dominicus. — Horatius Caspar, † — Carolus Andreas. — Nicolaus, *Eq. S. Steph.* 1681. — Horatius. XVII.

IV.

PAGNUS, Strozzæ F. GONFALONERIUS *Florent.* an. 1297.
Uxor, *Bartolomæa Monaldi.*

PINUS, f. Pinaccius, Strozzæ F.

V.

- M. Andreas, *Eques.*
- M. Philippus *Eques.* *Bicia Trinciavelli.*
- Franciscus. *Francisca Bardi.*
- Sanza. *Maria Carboni.*

VI.

- Nofetius.
- Pagnotius. *Issa Adimari.*
- Nicolaus, *Eq. Prat.* *Ascol.* *Philippa Infangati.*
- Andreas, Eq. 1. *Fecca Frescobaldi.* 2. *Marg. Bardi.* 3. *Cilia Falconi.*
- Johannes, *Eques,* *Lisa Peruzzi.*
- Franciscus.
- Stephanus.

VII.

- Petrus.
- Noferius.
- Giuus dictus *Pagnotius.* *Lisa de Aglis.*
- Nicolaus.
- Marcobaldus.
- Ludovicus.
- Johannes. *Philippa Sacchetti.*
- Leonardus. 1. *Maria Alberti.* 2. *Magdalena Rossi.*
- Bartolomæus.
- Benedictus. 1. *Dragoncina Bardi.* 2. *Francisca Bardi.*

VIII.

- Nicolaus. *Chosa.* . . . .
- Petrus. *Maria Fiegiovanni.* a
- Nicolaus.
- Franciscus dict. *Checcus.* 1. *Philippa Useppi.* 2. *Bicia Simonetti.* b
- M. Pagnus, *Canon. Florent.*
- M. Johannes, *Doctor.*
- Carocius. *Francisca Gennai.*
- Antonius. *Antonia Berti.* c
- Petrus, dictus *Pieraccione.* *Elisabetha Corbizzi.* d

IX.

- Antonius. *Alexandra Asini.*
- Pagnotius.
- Bartolomæus.
- a: M. Michael, *Doctor.* *Catharina Salvetti.*
- Pagnus.
- Leonardus.
- Jeremias.
- b: Chiricus. *Petra Boccacci.*
- Benedictus. 1. *Spinetta Guidotti.* 2. *Antonia Agolanti.*
- Johannes.

X.

- Petrus. *Alexandra de Sommaja.*
- Antonius. *Maria.*
- Zanobius. *Anna Strozza.*
- Pagnus.
- Antonius. *Gemma Alexandri.*
- Philippus.
- Benedictus.
- Franciscus. *Nannina Tedaldi.*

XI.

- Antonius Maria. *Constantia Dati.*
- Fabritius. *Maria.*
- Petrus. 1. *Vaggia Rucellai.* 2. *Ginevra Nobili.* 3. *Cangenova Altoviti.*
- Antonius. 1. *Francisca Nobili.* 2. *Vaggia Baroncelli.* f
- Carocius. *Helena Caccini.*
- Franciscus.
- Jacobus.
- Benedictus. *Constantia Ridolfi.* g
- Ludovicus. *Smeralda Corbinelli.* h

XII.

- Cosmus, *nothus.* *Maria Quercetani.*
- Carocius.
- Zanobius.
- Jacobus. 1. *Catharina Corsini.* 2. *Ludovica Bini.*
- Hieronymus, *mon. Dominic.* *d. Frat. Alexius.*
- Georgius.
- Bartholomæus.
- f: Carocius. *Cammilla Rede.*
- Jo. Baptista. *Julia Fridolfi.*
- Franciscus. *Francisca Arrighi.*

XIII.

- Fabritius Maria.
- Antonius.
- Johannes.
- Petrus.
- Ferdinandus, *Doctor.*
- Marcus Antonius, *Doctor.*
- Jo. Baptista. *Isabella Falco.*
- Scipio.
- Benedictus.
- Antonius.

XIV.

- Carolus, *monachus Dominicanus,* dictus *Frater Deodatus.*
- Ferrantes, *Sacerdos.*

Uxor, *incomperta*.

IV.

GERINUS, Strozzæ F.
Ux. *Lapa Benvenuti*.

V.

Petrus dictus *Magogo*. GONFALON. 1319. *Lippa*. . . . . ⊙
Jacobus.
Lucas. *Petra*.

VI.

Pinaccius. 1. *Constantia de Rosso*. 2. *Antonia de Barbarino*. 3. *Philippa Pacini*.
Simon, *Comestab. Florent.* *Blanca de Barbarino*.
Johannes.
Balthasar.
Jacobus.
Bernardus. 1. *Stella Adimari*. 2. *Clementia Bardi*.
Agnolus. *Jacoba Filippi*.
Johannes.

VII.

Sanza.
Stagius.
Nicolaus.
Petrus.
Franciscus.
Scolarus.
Hannibal *Dn. de Tivoli & Velletri*. *Antonia Brunelleschi*.
Guido. *Simona Bombeni*.
Johannes. 1. *Venna Cerchi*. 2. *Elisabetha Ghini*.
Lucas.

VIII.

Dominicus. *Lisa Benini*. e
M. Bernardus, *Prætor Ferrar*. 1395. *Mantuan*. 1396.
Franciscus.
Johannes.
Guido.
Jacobus dict. *Pinns* *Agnes de Amorotto*.
Antonius.
Bonacorsius.
Petrus.
Lucas.

IX.

c: Johannes. Ludovicus. Leonardus. *Philippa de Lutiano*. Caroccius. *Nera Gerardini*. Rinerius.
d: M. Benedictus, *Plebanus Ripoli*. Paulus.
e: Caroccius.
Hannibal. Bernardus.

X.

Antonius.
Johannes.
Johannes. *Maria Bartoli*.
Petrus *Plebanus Ripoli*.
Nicolaus. *Ermellina Ricci*.
Paulus. *Agnoletta Brancacci*.
Franciscus. *Lucretia Mancini*.
Philippus. *Thomasa Buini*.

XI.

Baptista. *Cammilla Corsini*. i
VANNIUS. *Vid. Tab. seq. IX.*
LAURENTIUS. *Vid. Tab. seq. IX.*
M. Nicolaus, *Plebanus Ripoli*.
Philippus.
Marcus *Pippa Ciampelli*.
Benedictus.
Pandulphus.

XII.

Johannes. Antonius. Benedictus.
g: Leonardus GONFALON. 1515. *Marietta Pazzi*. Franciscus.
h: Zanobius. *Auretta Gaddi*. Michael Angelus. Jo. Franciscus. 1. *Minerva Severiani*. 2. *Victoria Ringiadori*.
i: Raphael, *Constantia Mascalzoni*. Alexander, *mon. Dominic. d. Frat. Petrus*.

XIII.

Benedictus.
Renatus.
Johannes. *Marietta Carnesecchi*.
Johannes Ludovicus.
Vannius.
Ludovicus. *Cammilla Alamanni*.
Taddeus. *Maria Alamanni*.
Baptista.
Ludovicus.
Philippus.
Carolus.

XIV.

Leonardus.
Zanobius, *monachus Cascinensis* dictus *Fr. Ambrosius*.
Jo. Baptista.
Vincentius.
Franciscus.

T A-

XI.

VANNIUS STROZZA, Francisci F. Vid. Tab. præc.
Uxor, *Dora Pandolfini.*

XII.

Franciscus.	Antonius, *Doctor.*	Johannutius.	Benedictus.	Franciscus, *monachus Vallis umbr.*	Gabriel.	Cosmus.	Tristanus, *nothus.*
Honesta de Medicis.	*Antonia Vespucci.*		*Catharina Acciajoli.* ⊙			*Elisabetha Canigiani.*	

XIII.

Laurentius.	Petrus, *nothus.*	Raphael, *nothus.*	Adovardus.	Gabriel.	Jo. Baptista, *Capitan.*	Leonardus.	Raphael, *Capitan.*	Paulus.
				Isabella Davanzati.	*Margarita Taddei.*	*Ginevra Altoviti.*		

XIV.

Cosmus.	Bernardus, *Capitan.*	Benedictus.	Gabriel.	Cosmus, Colonellus.	Cammillus,	Horatius, Capit.	Alexander.	Leo, Scabinus Lugdun. † 1608.
			Maria Attavanti.		*Johanna Clapisson.*	*Laurentia du Puis.*		*Isabella Lionacci.*

XV.

Pandulphus, *Eq. S. Steph.* 1585. dein *monach. Francisc.*	Fabius.	Lelius.	Flamminius, *monach. Francisc.*	Carolus.	Franciscus.	Maria uxor *Johannis Besset, Dom. de la Valette.*	Claudina nup. *Octaviano Vanelle.*	Thomas.
		Cammilla Strozza.		*Johanna Guerra.*				

XVI.

Gabriel.	Franciscus.	Pandulphus.	Franciscus.	Petrus.
			Greste.	

XI.

LAURENTIUS STROZZA, Vannii frater.
Uxor, *Cammilla Saffetti.*

XII.

Jo. Baptifta, *monachus Dominic.*	Robertus, *monach. Dominic.*	Philippus *ex mon. Dominic. Archiepisc. Surrentinus*, 1525. †30. Jul. 1545.	Fridericus. *Catharina Valori.*	Thomas, *monach. Domin. Procurator Ordinis.*	Lactantius, *monach. Dominic.*	Nicolaus *monach. Dominic.*

XIII.

Francifcus. 1. *Aurelia Rucellai.* 2. *Catharina Rucellai.* 3. *Flammetta Nerli.*	Vannius.	Petrus Philippus.	Pandulphus, *Eq. S. Steph.*	Laurentius. *Marietta Tornaboni.*	Philippus.	Jo. Baptifta.

XIV.

Cofmus, *Eq. Melit.*	Vincentius, *Dn. de Maremartre. Maria Premerani.*	Julius.	Fridericus.	Jo. Baptifta, *Poëta.*	Thomas.

XV.

Nicolaus. *Adriana de Toifny.*	Francifcus. Lucretia, uxor *Jacobi Cardon.*	Leonardus.	Francifcus Antonius.

XVI.

Fabius, *Capitan. in Gallia.* N. *de Florigny, March. de la Barde.*	Maria, nup. *Francifco de Montmoranci, Dom. de Caftelbruno, (de Chateaubrun,)* 21. *Mart.* 1646.

EXEGESIS HISTORICA.

STROZZARUM familia ficut vetuftate & amplitudine, ita etiam virorum literis atque armis illuftrium abundantia paucis concedit, immò nec fœminis ingenii laude florentibus deftituta eft. Ex Fefulæ, urbe pervetufta, originem trahere vel *lunam* documento effe putant, qua Fefulani infignium loco ufi fint, Strozzis hodieque familiari. De *Pietrobono* initio hanc cognominatam fuiffe gentem, poftquam verò alia deinde orta effet familia eodem cognomine ufa, id cum Strozziano illam commutaffe *Eugen. Gamurrinius* refert, (α) factumque id effe addit in memoriam STROZZÆ, Arduini Roffi filii, qui ad pacem, cum Senenfibus an. 1203. fancitam, jurejurando nomine Reipublicæ Florentinæ corroborandam miffus fuit, & à quo ftemmatis initium ductum nobis eft. Propaginis ejus ampliffimæ quanta in patria ufque fuerit dignatio, vel inde colligi poteft, quod prope *centum Priores five Dominos*, per excellentiam fic dictos, & *fedecim* figniferos Juftitiæ, *Gonfalonerios* vulgari idiomate nuncupatos, & fupremi magiftratus vice functos, numeret. Sed anguftior erat Florentia, quam ut gentem in maximos diffufam auctus caperet, itaque in alias quoque Italiæ Siciliæque urbes clariffimas, videlicet Romam, Mantuam, Ferrariam, Paviam, & Panormum, nec non in regiones exteras lares aliqui ex illa transtulerunt, & gloriam Strozziani nominis extenderunt quam latiffimè. Ab Ubertini, Strozzæ filii, qui *Magiftri* titulo, quod *Legum Doctor* effet, falutabatur Equefque erat auratus, & in Priorum five Dominorum faftis fepties numeratur, gnatis duobus, *Angiolerio* five *Gerio* & *Strozza* in ramos duos capitales ftirps abiit, è quibus alii, iique haud pauci, propullularunt palmites; uter iftorum natu major fuerit, haud liquidò compertum habemus, fed quia Strozzæ Gerius antepofitus fuit in Genealogia, quam Florentia accepimus, primum eidem dedimus locum, licet *Gamurrinius* diverfo illos recenfuerit ordine. GERIUS filios genuit duos, totidem fatores palmitum; ab UBERTINO ortus in generatione emarcuit feptima, unico infignis Vexillifero Juftitiæ, nempe JOHANNE, Ubertini filio, qui fupremum Florentiæ magiftratum illa geffit tempeftate, qua Robertus Rex Neapolitanus imperium in urbe tenuit, Pifanifque & Luccenfibus, cum quibus, utpote Gibellinicæ addictis factioni, acre Florentinis bellum fuerat, pacem dedit, his oppidò moleftam, cupientibus, ficut *Aretinus* refert, *acceptam paulò ante apud Montem Catinum cladem & ignominiam ulcifci; eam tamen ne regiæ auctoritati derogare viderentur, ægrè ad extremum ratam habuere.* (β)

ROSSUS, alter Angiolierii five Gerii gnatus, florentiffimæ propaginis fator extitit; primufque fuit, qui ex familia fua fummum Florentiæ geffit magiftratum; ad quem honorum in patria apicem duo quoque ex ipfius filiis UBERTINUS & STROZZIUS pervenerunt; inter illius gnatos PETRUS numeratur, qui monafticam in familia Dominicanorum fufcepit, & inter maximos fui ævi Theologos reputatus eft: tantam ejus fuiffe exiftimationem *Gamurrinius è Villano* refert, ut *Venerandi* encomio per excellentiam falutaretur, & in negotiis etiam ad Rempublicam pertinentibus confilium ejus requireretur.

AD TAB. III.

STROZZA jam dictus, à quo tertiam orfi fumus Tabulam, iterata Vexilliferatu functus eft vice; prior qui in annum 1337. incidit, fœdere & bello adverfus Scaligeros inito, ac gefto haud improfperè, infignis fuit, fecundum an. 1341. illi delatum acquifitio Luccæ nobilitavit, quam urbem Florentini ab Alberto & Maftino Scaligeris pretio $\frac{m}{250.}$ florenorum aureorum eme-

(α) *Hift. Geneal. delle Fam. Nob. Tofc. Volum. IV. p.* 80.
(β) *Aret. Hift. Flor. Lib. V.*

emerunt, ſed ſecuto ſtatim anno Piſanis permittere coacti ſunt. CAROLUS, Strozzæ F. tum multis legationibus, quas Reipublicæ patriæ uomine obiit, tum deinde illa tempeſtate, qua *Admonitiones* iu civitate vigebant, pervicaci Petri Albizii ſectatu, nobilitatus eſt; orto autem ex illa factione tumultu, cùm Carolus verba ad turbam facere vellet, à ſutore quodam medius correptus, vix truculentas ipſius manus, à circumſtanti turba protectus, ſalvus evaſit: ædibus tamen ejus à quadam opificum atque iuſimæ plebis caterva ignis injectus, atque ipſe civitate ejectus eſt; anno 1378. (γ) multorum pater filiorum; ex quibus STROZZA ſignifer Juſtitiæ factuseſt anno 1392; qua tempeſtate pace uſa civitas Florentina de muniendo operibus caſtello Montepulciano couſilium cepit; genitor is fuit cùm aliorum liberorum tum inprimis MARCELLI, viri juris ſcientiſſimi, qui aliquot ſpatio annorum iu Gymuaſio Floreutino Digeſta egregia expoſuit fama.

A *Petro*, altero Caroli filio, clari ſago ac toga viri orti ſunt, *Comitum S. Rom. Imperii* dignatione macti, è quibus haud pauci Senatorio Florentiæ honore noſtra & ſuperiore ætate fulſerunt, quemadmodum è Tabula videre eſt; JACOBO verò, Petri Senatoris filio, virtus militaris, Ferdinando II. Imperatori multis & magnis occaſionibus probata, uon gloriam tautum ſed rem etiam peperit, inſiguia nempè prædia iu Auſtria Bohemiaque, ob quæ in claſſem Baronum utrobique receptus eſt. Eo natus fuit PETRUS Strozzius, qui ſub auſpiciis Leopoldi Imperat. Auguſti in bello Septentriouali primoque bello Turcico ſtrenuè militando ſummos militiæ honores ſpiritusque impavidi & ad pericula impigri, ſuique pariter & militum ſanguiuis prodigi gloriam conſecutus eſt. Labem, quam in improſpera Caniſii obſidione contraxiſſe *Baptiſtæ Nanio*, *Hiſtoriæ Venetæ*, *Libro nono*, dicitur, eluit ſtrenua fortalitii Zdrinenſis, *Serinwar* appellati, & ad Muram amnem ſiti, propugnatione, in qua mortem oppetiit, glaude plumbea proſtratus, poſtquam Turcas tranſitu fluminis acerrima prohibuiſſet pugna.

NANNIUS Strozza, *Vannius* etiam appellatus, ſed *Johannes* integro dicendus nomiue, Carolo genitore patria pulſo Ferrariam ſe contulit, & Nicolao II. Marchioni utilem iu pacis ac belli uegotiis navavit operam; militari tamen laude præcelluit, & denique in bello, quod iuter Philippum Mediolani Ducem & Venetos geſtum eſt, his à Marchioue cum quadringentis equitibus auxilio miſſus apud Carmaniolam ſtrenua morte defuuctus eſt: Venetis euim copiis dum corpora curarent, à Ducis præſidiariis inopinata oppreſſis eruptioue, ſolus impreſſionem eorum ſuſtiuuit, ſed dum obſtiuatius locum retinere nititur à couferta hoſtium ſuorumque multitudine preſſus exanimis concidit. (δ) Guatos poſt ſe reliquit armorum partim, partim literarum gloria illuſtres: extollitur à Gamurrinio militaris opera à LAURENTIO & RUBERTO Priucipibus Ateſtinis præſtita, cujus prior præmium ampliſſimum à Borſo Duce Ferrarienſi acceperit, nempe *juriſdictionem Caſtellerani*, *Campi Gajani* & *S. Caſciani* cum iuſigui *Comitis* titulo, alter autem præfectura Provinciæ Garſanianæ & Romauiæ decoratus fuerit. NICOLAUS & TITUS VESPASIANUS, ingenii gloria præſtautes, Leonelli Marchionis Ferrariæ gratia floruerunt; eo mortuo honeſtatum eſſe *Nicolaum* legatione ad Borſum Ateſtiuum defuncti fratrem, ut tergiverſantem ſuſcipere Principatum Ferrarienſem, tauquam Herculi debitum, pervinceret *Caſp. Sardius* retulit. (ε) Eodem deinde Borſus creberrimè uſus eſt Legato ad Priucipes Italiæ, Pontificem Romanum, Regem Neapolitauum, ad Galliæ etiam Angliæque Reges; Equeſtri dignitate à Friderico III. Imperatore ornatum fuiſſe *Gamurrinius* teſtatur. *Titus Veſpaſianus*, Latiuorum carminum elegantia decorus, à Sacro Senatu, Paulo II. Poutifice, laurea dignus reputatus, atque ab Hiſpaniæ Rege, cum an. 1480. apta eum oratioue permulſiſſet, Equeſtri honore, nec non facultate *lilia aurea quatuor* gentilitio adjungendi ſcuto mactus eſt. Ferrariæ eximio *Judicis Sapientum* officio cum an. 1505. fuugeretur Alfonſo I. ſceptrum Ferrarienſis Priucipatus iu mauus tradidit. Ex ejus gnatis HERCULES patrem, *Paulo Jovio* judice, lougo intervallo carminum uobilitate ſuperavit: *illuſtri enim*, (verba dicti refero

 enco-

(γ) *Machiavell. Hiſt. Flor. Lib. II. Admiratus Lib. XIV.* (δ) *Sabellicus Rer. Venet. Libro XX.*
(ε) *Hiſt. Ferrar. Lib. VIII.*

encomiastis) *quodam lepore generosi & solertis ingenii in Aula Principis adeò clarus eminebat, ut præter gravioris consilii munera, in quibus egregiè prudens & paratus erat, theatralium etiam ludorum, ac omnis elegantiæ arbiter censeretur: nec quicquam de cultu corporis sumptuosisque munditiis, & splendore vitæ Atestinis juvenibus concederet. Sed cum hac civilis magnificentiæ laude florentem, amatoriisque vanitatibus intemperanter deditum, ille impotens Deorum ac hominum dominator, ut fabulæ ferunt, Cupido sævus in præcipitem locum arripuit. Concepti siquidem amoris insaniam, adeò perditis sensibus alebat, ut multa ac erudita largitione, teuerrimisque carminibus summi nominis matronam colere aliquanto procacius quàm liceret minimè vereretur. Qua improbitate, si non molestus palàm, gravis tamen quibusdam in arcano esse cœperat, quum tot illecebræ una illa morum eleganti libertate malè tegerentur, ob idque ab odiosa obtrectatione timeri inciperet, quanquam luxato olim poplite claudus, nec alioqui planè formosus esset, aut juvenis, prævalida scilicet apud zelotypos suspicione, quum ille inter jocos cum fœminis ad elevandam cruris deformitatem, lepido exemplo diceret, non insulsam esse Venerem, quæ Vulcanum probè virum, quanquam loripedem, libenter admitteret. Sed demum Taurellam illustrem forma & natalibus viduam, usque adeò diris auspiciis adamavit, ut quum rivalem haberet impotentem Tyrannum, cum ea fatales nuptias faceret, ut pudore conjugii repulsus rivalis arceretur. Sed id non tulit vir atrox & superbus: brevique Hercules dum à cœna domum noctu mula reveheretur, interfectus est, neque cædis quisquam authorem, silente prætore nominavit.* (ζ) Filiam post se reliquit, cui nomen fuit *Juliæ*; de ea in epistolis Petri Bembi Cardinalis commendatitia extat, scripta Leonis X. Papæ nomine ad Regii Lepidi Magistratum an. 1518. cnjus initia sic se habent: *Julia Strotia virgo pudore amabili moribusque lectissimis, Herculis Strotii, magni & clari viri filia, patre mortuo, & in Philibertæ Sabaudæ fratris mei uxoris familiaritate, ejus viro vivente, propè ac diligenter fuit: eamque ob rem & illam tueor, & benè ei evenire admodum cupio. Quam cum Barbara Taurella ejus mater in ista civitate dare nuptui cogitet, volo ut ei faveas ea in re, autoritateque mea, omnem tuam operam apud Albertum Gazolum civem Regiensem interponas, ut mater in filia ejus nato despondenda, id quod optat consequatur.* Opera utriusque Strozzæ patris ac filii *Aldus Manutius* an. 1513. typis ab interitu vindicavit suis. In CAROLO, Herculis patrueli, Nicolai filio emarcuit Nannii propago, & prima Strozziorum Ferrariæ insita stirps, facultatibus quas ibi acquisivere, & inprimis magnificis quas ista in urbe exstruxernnt ædibus ad *Bevilaquas*, quorum in familiam duæ Caroli elocatæ sunt filiæ, devolutis.

AD TAB. IV.

A MARCO, Rossi Strozzæ Gonfalonerii filio ultimo, illustris quoque & ampla provenit propago, schemate IV. exhibita; quinque illi tribuuntur gnati, ex quibus tres tantum sobole aucti fuerunt, videlicet *Ubertus*, *Thomas & Johannes*; primi & postremi posteritas in natali permansit solo. In Johannis progenie numerantur CHIRICUS sive *Kyriacus Strozza*, LAURENTIAque ejus soror, cui utrum frater, an ipsi soror, majus nomen ac decus attulerit, incertum esse *Janus Nicius Erythræus* (quo sub nomine *Johannes Victor Roscius*, genere Romanus, latet) *in Pinacotheca* dixit; ita in vario laudis genere utrumque pari inter se gloria certasse. (α) Ille nobilis Peripateticus cum admodum juvenis esset in Academia Florentina legit ac disputavit, ac posteà linguam Græcam & Philosophiam summa cum laude docuit, Bononiæ deinde 8. annos & denique Pisis 20. annos Aristotelem interpretatus est, cujus libris Politicorum octo, qui exstant, nonum & decimum Græca lingua conscriptos adjecit, quibus tanti viri stylum & mentem exprimere conatus est; libros etiam ejusdem de prima Philosophia ex Arabum commentariis supplevit. Supremum diem Pisis anno climacterico suo obiit ex morbo calculi. *Laurentia* cum vitam religiosam septennis vovisset, & Sandominicano sodalitio Prati in Etruria in cœnobio S. Nicolai nomen dedisset, Græcam Latinamque linguam in illa solitudine apprimè didicit, & hymnos Latinos in cunctos festos dies, juxta Ecclesiæ Romanæ usum, metris & Horatii imitatione, feli-

(ζ) *Jovius Elog. Doct. Vir. pag.* 103.

(α) *Parte I.*

felicitate mira panxit, eosque in *Lactantii de Lactantiis*, *Pistoriensis Antistitis*, nomine edidit; in devotæ vitæ exercitiis ac studiis, quàm diu licuit, assidua; ac tandem ex purpurata febre anno ætatis 77. in cella sua ad Beatorum sedes migravit. (†)

Ab Uberto sanguinem derivavit CAROLUS Strozza Senator Florentinus, qui inde à prima juventa ad senectam ætatem mirificè studio antiquitatis Etruscæ, Latinæque ac Græcæ flagravit, archiviaque civitatis patriæ cuncta indefessa excussit, pervolutavit atque excerpsit industria, ita ut plus qnam centum & quinquaginta volumina, res præcipuè Florentinas complexa, & propria scripta manu, reliquisse celebretur; alia quoque Manuscripta volumina, eaque tria millia & amplius collegisse perhibetur, quæ Indicibus repertoriisque copiosissimis ipse instruxerit. Genealogiam præthereà non suæ tantum sed aliarum etiam familiarnm confecit, & denique annorum, laborum & meritorum plenus octogenario major ex hac migravit vita; relicto virtutis ac diligentiæ suæ æmulo LUDOVICO filio, Abbate & Archidiacono Florentino, quo Rex Christianissimus Consiliario & Procuratore negotiorum suorum in Aula Magni Ducis Etruriæ utitur. Is genealogiam Strozzarum à patre inchoatam auxit & ad ætatem produxit suam, cujus, interveniente Viri Humanissimi opera, compotes facti grates debitas congruo hoc exsolvimus loco.

THOMAS Strozza, Marci filius, Uberti & Johannis frater, cum civilibus se commisisset fluctibus, quibus agitata fuit ipsius ætate Florentia, quibusque Carolus Strozza, patruelis ejus, patria excussus & Philippus Strozza vita privatns fuit, licet diversas ab illis partes sequeretur, & Georgio Scalio, cujus plurima tunc erat auctoritas, adhæreret, similem cum illis tandem subiit sortem, Scalioque ob insolentiam in vincula conjecto & capitis damnato fuga sibi consulere necesse habuit anno 1582. (‹) Perduellionis reus pronunciatus & proscriptus Mantuam unà cum UBERTO gnato suo se contulit; qui novam ibi Strozziorum stirpem condidit, è qua FRANCISCUS ejus nepos palmitem Papiæ sive Ticino insevit, parto in illa Diœcesi Comitatu Montaltensi. Hoc prognatus CAMMILLUS, Uberti F. militum Tribunus sub vexillis Hispanicis Vir acer egregiusque dux habitus, & clave aurea ab Imperatore decoratus est. In Mantuana linea LUDOVICUS, Thomæ F. ob dotes animi præclaras & prudentiam singularem Principum suorum gratia summisque muneribus sibi collatis floruit. POMPEJUS ejus filius, virtutem patris imitatus suprema Aulæ Mantuanæ præfectura auctus & Legatus ad Rom. Pontificem missus est. Hoc natus JULIUS CÆSAR non minore ac pater atque avus gratia vigoreque ingenii & animi præditus, magnas in Gallia Angliaque nec non Romæ Legationes obiit, insigniaque Ordinis *Redemtoris*, à Vincentio Duce an. 1608. instituti, promeruit, quibus ornati audiunt *Equites Sanguinis*, nempè *Jesu Christi*, cujus aliquot guttulas, à S. Longino Centurione & Martyre, ut traditur, collectas, Mantnæ in æde D. Andreæ asservari perhibent. Ejusdem Ordinis torqne PALLA Strozza Marchio, illius filius, fulsit, qui apud Ducissam Mantuanam, Isabellam Claram Austriacam, primùm, dein apud Ducem ipsum, hujus gnatum, suprema Anlæ præfectura functus est, vir non promptus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus, & aulicis sagacissimis, *Gamurrinii* judicio, accensendus.

AD TAB. V.

JACOBI Strozzii, quem *Lapum* vulgò vocarunt, lineam Tabula Qninta orditur; supremum is in patria magistratnm gessit medio anno 1309. insignem pace, quam inter Volaterranos & Geminianenses, de finibus agrorum crebrò digladiatos, Florentini composuerunt, limitibus utrique civitati ex arbitrio positis; sacra etiam qnibus Florentinis à Legatis Pontificiis eò quod à Pistoriensi obsidione discedere detrectarunt, interdictum fuerat, civitati illo Vexillifero restituta sunt. (ϰ) E *Strozza* & *Palla* filiis *nepotes* Jacobo *tres* fuerunt, eadem summa domi dignitate functi; qni inter istos primns eam adeptus est FRANCISCUS fuit, Pallæ F. jam quindecim ante annis Ferrariensi bello illustratus, cum ipse & Ugo Scala, *duo ex nobilitate præstantissimi eo tempore juvenes*, (quod *Aretini* elogium est (λ) equitibus quadringentis, auxilio Ferrariensibus à Florentinis mis-

(†) *Thuanus Hist. Libro XXXVII. & C.* (‹) *Admiratus Hist. Flor. Lib. XIV. Machiav. Libro III.*
(ϰ) *Ammirat. Lib. V.* (λ) *Hist. Flor. Lib. VI.*

missis, praeessent. Eodem magistratum gerente *Academiam* artium omnium ac scientiarum Florentini in urbe sua instituerunt, accersitis undique claris atque eruditis viris. (μ) Octavo abhinc anno, qui seculi decimi quarti sextus supra quinquagesimum erat, JOHANNUTIUS, Strozzae filius, Vexilliferatu functus est, qua tempestate, Florentini pace usi, circa urbem aedificiis exornandam fategerunt, & Romuli fanum destruxerunt, ut splendidius exstruerent. NOFERIO, Francisci fratri, supremus magistratus iterata collatus est vice, quem optimè gessit, legum sanctionibus custodita disciplina, sumptibus inprimis foeminarum restrictis, & licentia ludorum concussa. (ν)

PALLA Strozzius, Noferii de quo modo dictum est filius, inter praestantissimos, quos Florentia habuit cives numeratur: Thoma Sarzanio, qui Papa an. 1447. factus Nicolai V. nomen assumsit, praeceptore à pueris usus, eos in literarum & Philosophiae studio fecit progressus, ut in aliquot Aristotelis libris commentari posset; ei debuisse Italiam *Gamurrinius* refert Graecarum literarum, postquam DCC. prope annorum spatio tanquam deperditae jacuissent, restaurationem, uso opera Emanuelis Chrysolorae, Byzantini. Civitatis caeteroquin Florentinae status, qua tempestate Palla vir erat, cum animo ipsius haud congruebat; cuncta enim illic discordiis & factionibus tunc perstrepebant; *ipse* verò, teste *Machiavello, ingenio erat quieto, modesto, humano, atque literarum potius, quàm partium studiis coercendis, atque civilibus discordiis sopiendis apto.* Hinc in turbis, ob Cosmi Medicis, qui Pater patriae dictus est, exilium & restitutionem ortis, neutri satisfecit parti, à Reinaldo Albizio socordiae, quodque patriae deesset, palàm insimulatus, à fautoribus verò Cosmianae factionis in exilium actus. (ξ) Hanc ille calamitatem fortiter & sapienter tulit, & reliquam aetatem Patavii, tanquam in quietis & otii portu, exegit. Obitum ejus *Jacobus Philippus Tomasinus Libro IV. de Gymnasio Patavino* his memoriae mandavit verbis: *Anno 1462. die 8. Maii obiit Eques nobilissimus Pallas de Strozzis Florentinus, qui Codices Graecos & Latinos, sua ferè manu conscriptos, coenobio S. Justinae testamento reliquit.*

LAURENTIUS & JO. FRANCISCUS Strozzii, Pallae gnati, larem Ferrariam transtulerunt, & secundam ibi Strozziorum familiam condiderunt, hodieque vigentem. *Jo. Franciscus* ad bellum, quod Florentinis Veneti in exulum gratiam intulerunt magnam pecuniae vim suppeditasse fertur: *valebat* quippe *inter mercatores fide, atque inter caeteros ditissimus habebatur.* (ο) Ex ejus filiis PANDULFUS Herculi I. Duci Ferrariensi à cubiculis fuit, ejusdemque gratia floruit; ROBERTUS verò & CAROLUS gloria militari illustrati sunt; qua laude abundasse etiam memorantur LAURENTIUS & BAPTISTINUS, Laurentii supra dicti nepotes; posterior ob civilem quoque prudentiam, qua Mutinam rexit, deindeque Alfonsi II. Atestini Principis juventam moderatus est, celebratur. Defunctum *Jo. Bapt. Pigna* solemni laudavit parentatione.

AD TAB. VI. & VII.

INTER Strozzios, qui Tabulis hisce enumerantur, imò ex omni hac gente maximè inclaruere PHILIPPUS, ejusque posteri, è progenie LOSI, qui supremum Florentiae magistratum anno 1312. ineunte gessit. Philippo nomen *Johannis Baptistae* initio fuit, quod cum paterno dein commutavit: *ingenio* ille *erat*, *Jovio* referente, (π) *erudito, apprimeque liberali, praetereà summe gratiosus apud cives*, nec invisus Medicaeis, cum quibus affinitatem contraxit, ducta in matrimonium Claricia, Laurentii Medicis Ducis Urbinatensis sorore: hinc Medicaeorum potentia ipsi quoque incremento, atque ad ingentes opes, Florentiae & Romae Leone X. & Clemente VII. Pontificatum tenentibus ex negotiationibus parandas, adjumento fuit. Verùm cùm reflaret fortuna Medicaeis, hique anno 1527. Florentia ejecti essent, tantum abest ut aliquam eis tulerit opem, ut potius acerrime adversatus sit, sive quod Clementi ob negatam filio suo Petro, admodum juveni, purpuram sacram, infensus esset, sive quod speraret ex Medicaeorum incommodo atque exitio sibi commoda, familiaeque suae majorem comparare amplitudinem potentiamque; aliter verò cùm res cecidisset, atque ad plebem summa rerum Florentiae rediisset, secessu securitati consuluit

(μ) *Ammirat. Lib. XI.* (ν) *Id. Lib. XVI.* (ξ) *Machiavell. Hist. Lib. IV.*
(ο) *Id. Lib. VII.* (π) *Histor. Lib. XXXVIII.*

fuluit fuæ; attamen Alexandro Medice Principatum adepto ad penates rediit, illoque aliquandiu familiariter ufus eft, ejus obfequendo ftudiis, & lafciviæ, ficut ille, vagæque Veneri litando; quò equidem natura etiam propenfus erat; namque, ut iterum *Jovii* verba referam, *procacius quam deceret Veftalium Virginum amoribus fervire credebatur, prætereaque de fuperis atque inferis malè fentire, apertiufque illudere Chriftianæ difciplinæ præceptis erat folitus.* Tandem verò invidia erga Alexandrum percitus, Florentia larem omnem abftulit, domiciliumque cum familia fua, qua abundabat non minus atque opibus & amicitiis extraneis, vertit, & paffim manibus pedibufque obnixè omnia fecit, ut Alexandro incommodaret. Ifto è vita fublato, & Cofmo Medice Ducatu potito, exulibus & rebellibus fe ducem præbuit; fed fuopte & iftorum exitio; in Monte Murlio enim à Cofmianis Hifpanifque oppreffus, plerifque eorum cæfis, paucis, qnos inter *Petrus Strozzius* erat, illius filius, fuga elapfis, ipfe Alexandro Vitellio fe dedidit, à quo in arce Florentina aliquot menfium fpatio cuftoditum Cofmus ad extremum fibi tradi à Cæfare impetravit, de nece Alexandri atque Hippolyti Cardinalis ex eo quæfiturus. Quod ubi Philippus refcivit, ne perferre tormenta, aut in perniciem amicorum arcana fateri, & indignam natalibus fuis necem fubire cogeretur in gladium, quem carceris cuftos temere exiens reliquerat, incubuit, mortemque fibi confcivit, infcriptis prius menfæ verbis Didonis Carthaginenfis ex Virgilio: *Exoriare aliquis noftris ex offibus ultor!* (ς)

Inter filios Philippi Strozzii famam adepti funt *Petrus*, *Robertus*, *Laurentius* & *Leo*. PETRUS ex quo apud Montem Murlium evafit, ceu dictum eft, fub Gallicis vexillis conftanti fide ftipendia fecit, & poft præclara edita facinora fuprema triremium Gallicarum præfectura an. 1544. mactari meruit. Regiis deinde in Italia copiis, quæ Senenfibus auxilio miffæ fuerunt, præpofitus Rudolphum Balionium & Afcanium Corneum profligavit, at viciffim in pugna Marcianenfi d. 3. Aug. 1554. victus, & graviter vulneratus fuit; hocque tamen ipfo anno fcipione *Marefcalli Franciæ* ornatus, moxqne *Locumtenens Generalis* copiarum Pauli IV. Papæ creatus eft, quo munere ita functus eft, ut Portum Oftienfem aliaque prope Romam loca recuperarit. In Galliam reverfus, obfidioni Caletenfi ineunte anno 1558. interfuit; menfe verò Junio in oppugnatione Theodonis villæ Lucemburgenfis oppidi, dum locum luftrat unà cum Duce Guifio qui ejus hnmero innitebatur, ex propugnaculo fatis longinquo fclopeti majoris ictu infra lævam petitus, concidit, cùm hæc tantùm noviffima verba protuliffet, *Regem in morte fua optimum ac fideliffimum miniftrum amittere. Vir*, Thuani elogio, *ingentibus fpiritibus, animi præfentia, fortitudine, folertia & rei militaris peritia cum maximis illius ævi ducibus comparandus, multis præferendus.* (σ) Gnatum poft fe reliquit, PHILIPPUM, qui paterna ingreffus veftigia, gloriæ militaris & Gallici nominis ftudiofiffimus fuit, cujus cum multa & maxima documenta edidiffet, fuprema Peditatus Gallici præfectura auctus, & infignibns Ordinis Equeftris *S. Spiritus* Kal. Januar. an. 1579. ornatus eft. Summus deinde expeditionis maritimæ in gratiam Antonii Exregis Lufitaniæ à Gallis fufceptæ dux in pugna contra Hifpanos ad Afforas infulas poft obftinatum certamen captus, &, quæ *Thuani* verba funt, *five vulnerum atrocitate, five qua erat animi magnitudine Hifpanis fupplex fieri non ferens, cùm ad Alvarum Baffanum, S. Crucis Marchionem, Hifpanæ claffis præfectum, duceretur, non miffa voce exfpiravit; vir fide, integritate, liberalitàte, cum maximis Principibus comparandus, adhæc fiducia virtutis periculorum contemtor, &, quod meritò in eo defideraffes, parùm futuri providus, & interdum fecurus.* (τ) Pugionum ictibus juffu Baffani confectum, corpufque ejus in mare projectum fuiffe aliqui tradiderunt. (υ)

ROBERTUS Strozzius bellica quoque laude claruit, cumque conatu Cofmum Florentiæ Ducem de Principatu depellendi excidiffet, fub Rege Galliæ ftipendia fecit, & cum Petro fratre in bello Senenfi impigrè rem geffit, ita ut fumma tandem rei bellicæ Senis ipfi demandata fuerit. Idem Baronatum *Colaltenfem*, & Caftellum *Poggionolfium* à Ludovico Sabellio an. 1564. emtione acquifivit. Eo natus LEO armis Ecclefiæ Romanæ carnalibus fub Clemente VIII.

 præ-

(ς) *Jo. Bapt. Adrianus Hift. Flor. Libro II.* (σ) *Thuan Hift. Libro XX.* (τ) *Id. Libro LXXV.*
(υ) *Laboureur Addition. aux Memoires de Caftelnau Part. II p. 451 P. Anfeaume Hift. des Gr. Officiers p. 386.*

præfuit, laudaturque *Cæsari Campanæ*, quod illis an. 1595. ad coercenda proscriptorum latrocinia pulchrè usus sit. (φ) De *patruo* ejus *cognomine*, maritimis illustrato expeditionibus *Thuanum* audiamus ita Historiarum sui temporis Libr. XV. & XVI. dicentem: LEO *Strozzius, Florentinus, ingentibus spiritibus vir, ab ineunte ætate militaribus studiis innutritus & variis terrâ marique expeditionibus exercitatus, tantum generositate & felicitate profecerat, ut jam tunc inter summos hujus seculi duces merito haberetur: adhæc tantâ patriæ charitate flagrabat, ut, cùm ejus liberandæ ab opibus Gallicis spem concepisset, non solùm fidem Henrico II. Regi constanter præstiterit, sed etiam omnia sibi patienda existimaverit, ut voti compos evaderet & ipsius auxilio aliquando patriæ cum reliqua Nobilitate proscriptâ restitueretur. Itaque cùm indignè apud nos habitus & aulicorum factionibus dignitate motus, Melitam se contulisset, spretis honorificis adeo à Carolo V. Cæsare propositis conditionibus, facilè se vinci passus est, ut dissimulatâ injuriâ rursus Regi militaret, & contumeliam illam, alioqui maximè omnium impatiens injuriæ, amori patriæ condonaret. Cùm igitur eâ spe Portum Herculis venisset, ei concessum, ut cum 12. triremibus in mari mediterraneo & per omnes portus, qui in Italiâ Regis nomine tenebantur, summum imperium haberet; nec in Galliam, nisi cùm vellet, venire teneretur. Dum auxilia cum è Provinciâ summittenda frustrantur, ne nihil interea ageret, per Plombinensem agrum, omni tunc ferè præsidio nudatum, excursiones facit & impositis in 3. triremes 3. peditum signis, atque evocato Somæ Duce, qui summo cum imperio Grosseto & adjacenti regioni præerat, Scarlinum aggreditur, Plombiuensis ditionis Castellum, quod 80. circiter militum præsidio à Petro Gentili Perusino tenebatur, alioqui neque arte neque situ munitum nec tormentis instructum. Cum productis e triremibus 3. tormentis Gentilis deditionem facere recusaret, Leo negligenter provectus, ut locum contemplaretur, à rustico, qui in insidiis post carectum latebat, sclopeto graviter in ilibus vulneratur, quo ex vulnere in triremes atque inde Castellionem Piscariæ relatus, paulò post exspiravit, cùm vix 39. annum attigisset. Corpus exanime Vulturini sepultum & postea ab hostibus repertum, in mare abjectum est. Hunc exitum habuit invicti animi ac fortis industriæ dux, qui, cùm de se tantum hostibus terrorem injecisset, à vili homuncione in ignobilis oppidi obsidione occisus est. Sic vel hostes de eo sentiunt, nihil illi ad summam & tantâ virtute dignam fortunam defuisse, quàm animi moderationem, quam dum ad potentiorum obsequium flectere non valet, in magnas se difficultates induit & indignam plerumque meritis suis gratiam retulit.*

LAURENTIUS Strozzius non secus ac fratres Marti litavit, & castra Gallorum secutus est, sed ab illis à Catharina Medicæa Regina avocatus, ejusque instinctu Ecclesiasticum vitæ genus amplexus est: namque à pueritia sub Benedicti Varchii, illius ævi doctissimi viri, disciplina humaniores literas in patria didicerat, deindeque Patavii adolescens Jurisprudentiæ operam dederat. Toga sumpta S. *Victoris Massiliensis* & *S. Mariæ de Staffarda* in Marchia Salutiarum, ditissimarum Abbatiarum *Commendatarius* factus, moxque *Biterrensis Episcopus* sub initium anni 1548. nominatus est. Regius posteà Consiliarius & S. R. E. *Presbyter Cardinalis*, petente Rege à Paulo IV. Papa, an. 1557. Idibus Martii renunciatus Romam venit ac die XX. Septembris tiaram ac titulum *S. Balbinæ* accepit. In Galliam reversus Episcopatum Albiensem, Ludovico Guisio Cardinale cedente, obtinuit an. 1561. ex quo ad *Archiepiscopatum Aquensem* an. 1566. translatus est. Avenione tandem anno ætatis quadragesimo octavo jam expleto fatis concessit, ibidemque terræ mandatus est. (χ)

Inter cæteros Strozzios, sexta enumeratos Tabula, laude non est fraudandus sua MATTHÆUS, Laurentii F. Vir pacis artibus & sapientiæ studiis clarissimus, qui in patria summis honoribus, Vexilliferatu, & postquam in Principatum conversa est Respublica, Senatorio munere perfunctus, foris verò legationibus, illis inprimis, quas Romæ obiit, illustratus est. Clarissimam & splendidissimam idem habuit propaginem, Senatoribus, Episcopis, summis belli ducibus & Principibus distinctam. E primo ordine septem numerantur, sexta partim, partim septima notati Tabula. Tiara quatuor hactenus fulserunt ROBERTUS nempe & tres ALEXANDRI, inter hos *tertius*, *Caroli F.* Aretino Episcopatui præfuit, *secundus*, septima dictus Tabula, *Laurentii* Senatoris F. avunculo Octavio Bandino Cardinali in Archiepiscopatu Firmano successit, sed in

(φ) *Historia del mondo Volum. II. Libro XVI.* (χ) *Ciaccon. Hist. Pont. & Card. Tom. III. p. 856.*

in vigore ætatis è vita migravit; hujus frater erat ROBERTUS, qui Collensem dein Fesulanum Episcopatum rexit, & longiorem sortitus est ætatem; *primus Alexander* Matthæi Vexilliferi ipsiusmet filius fuit, ex Canonico & Præposito Florentino *Episcopus* creatus *Volaterranus*; hunc refert *Ughellus* ob dexteritatem incredibilem multis negotiis consiliisque explicandis adhibitum fuisse; Ducis Cosmi I. nomine apud Paulum III. & Julium III. Pontifices legatione functum esse, illique fidem suam maximè probasse, eo potissimum tempore, cùm adhuc ad libertatem populo respiciente nefariæ conspirationes in Principem timerentur. Mortuus Florentiæ apud S. Mariam Novellam sepultus est, cum hoc epitaphio: D. O. M. *Reverendissimo D. Alexandro Strozzæ, Matthæi F. Episcopo Volaterrano, moribus & doctrina insigni, Camillus Strozza suavissimo fratri ponendum locarat, quo extincto ut sibi posterisque esset, commune Alfonsus & Laurentius Caroli, & Bernardus & Alexander Camilli fratrum filii optimo patruo ac de se optimè merito pos. Anno Sal. M. DLXX, VIII. Id. Januar.*

Bellica virtute inter posteros Matthæi Signiferi septima recensitos Tabula, gloriam amplissimosque honores sibi pepererunt ALFONSUS & HORATIUS, Alexandri Fermensis Archiepiscopi & Roberti Fesulani Præsulis fratres: prior bello Belgico longa militia dux cohortis peditum Italicorum exercitus à Rege Hispaniæ rei tormentariæ & Brugensi civitati Præpositus, tandemque supremam Ducatus Luzemburgici nec non Comitatus Chinensis præfecturam consecutus est. HORATIUS juvenis adhuc in Hispaniam profectus & insignibus Ordinis Equestris *Alcantarensis* decoratus, Philippo III. Regi ab aulicis fuit officiis, inde in Siciliam delatus uxorem Panormi accepit nobilissima satam stirpe, *de Termes* sive *de Termine* nominata, sororem Hasdrubalis Ducis *de Batticane*, quod Castellum Constantia de Playa, Hieronymo de Termine avo Constantiæ, Horatio Strozzio nuptæ, attulit. Hoc matrimonium adjumento illi fuit ad fortunam remque suam in Sicilia stabiliendam augendamque: Prætura enim in dicta civitate Panormitana egregiè vice iterata perfunctum Rex Hispaniæ an. 1624. Equitatui levis armaturæ in Sicilia *Capitanei* titulo, dein an. 1632. *Commissarii Generalis* dignatione præfecit; ter posteà *Vicarii Generalis* munia obiit, atque an. 1640. *Stradicus* Messinensis eligi meruit, vixitque adhuc an. 1651, quo ad salutandam novam Proreginam Ducissam Infantadi delegatus est, *Marchionis del Flore* axiomate jam auctus. Filium post se reliquit, JOSEPHUM, qui inter Equites militiæ S. Jacobi ab Ense, (*di Spada*) cognominatæ cooptatus, & *Principis de S. Anna* dignatione mactus est. (4)

JOANNES BAPTISTA Strozzius, Senator Florentinus, à quo superioris partis Tabulæ septimæ initium duximus, Laurentii F. Petri Marescalli Franciæ, fratrumque ejus patruelis, cùm civili prudentia tùm liberalibus studiis prædltus fuisse, atque inprimis carminum gloria, ejus maximè generis, quæ *Madrigalia* appellantur, præcelluisse celebratur; propago ejus in duos abiit ramos, quorum alter Senatores patriæ dedit, alter viros, Marchionum & Ducum dignatione mactos, produxit: namque JOAN. BAPTISTA, illius nepos, Philippi F. *Marchio Forani*, in Sabinensi Diœcesi siti, creatus, gnatus verò ejus LUDOVICUS *Ducis Balneoli* in Regno Neapolitano axiomate anno 1644. auctus est. Is pulchræ sobolis pater factus, post uxoris secundæ obitum Sacerdotium iniit; quod vitæ genus duo quoque ejus filii natu minores, FERDINANDUS & LEO, amplexi erant; sed eorum prior cùm ab Innocentio XII. Pontifice Rom. ad Ducem Sabaudiæ *Nuntii* dignatione an. 1694. missus fuisset, morbo Augustæ Taurinorum implicitus diuturno fatum patris prævertit; posterior vivit *Prælatus Papæ domesticus*, & *utriusque Signaturæ Referendarius*. Frater istorum natu maximus, JOAN. BAPTISTA, propagationi familiæ operam dedit, duxitque in matrimonium novercæ suæ natam è priore marito susceptam; sed cum ea infirmioris tantùm sexus prolem genuit; quare ne bona avita in extraneam migrarent familiam, generum sibi in filia primogenita delegit virum gentilem & propinquum, eique potestatem fecit assumendi titulum *Principis de Forano*; hanc quippe ditionem Papa dictus è Marchionatu in Ducatum evexerat. Nomen isti est LAURENTIO FRANCISCO, abavusque idem, qui socero suo, sicut ex Tabula liquet.

AD

(4) *Philadelph. Mugnos Theatr. Geneal. Sicil. Tomo III. pag. 435.*

AD TAB. VIII. & IX.

TRES schema octavum ramos continet stirpis Strozzianæ, à *Pagno*, *Pino* & *Gerino* satos, & posteriores quidem, qui dudum emarcuerunt, integros, primum nona absolvit Tabula. In GERINI propagine, quæ haud longa fuit, deficit prorsus narrandi argumentum; A PINO sanguinem duxit PETRUS, medio anno 1319. supremo Florentiæ magistratu functus; quo temporis tractu cum non civitas tantùm, sed omnis Etruria pace, raro illa tempestate bono, gauderet, visum Florentinis est amicis auxilia portare extraneis, ne Guelphica in Lombardia factio planè pessumiret, Gibellinica illic ut plurimum prævalente; at inde bellorum, quotquot postea Florentinis cum Castrucio & Vicecomitibus gesta sunt, originem esse derivandam *Admiratus* censuit (α)

A PAGNO Strozza LEONARDUS descendit, qui, libertate per Medicæorum restitutionem & potentiam jam accisa, *Vexillifer Justitiæ* electus fuit, anno nempè 1516. cùm inde ab anno 1396. ad istum usque Strozzia gens ea caruisset dignitate: erat quippe inprimis curæ cordique Leoni X. Pontifici, ne familiæ nobiles & claræ à supremo patriæ magistratu excluderentur, sicut *Admiratus* notavit. (α)

Ex posteris Vannii Strozzæ, Tabula enumeratis nona, LEONARDUS, Cosmi F. Lugdunum Galliæ larem transtulit, sociis emigrationis Albitiis & Altovitis, horum è gente uxorem ille habuit, cum qua filios genuit tres, stirpis Strozzianæ istis in oris propagatores. Leo in eornm fuit numero, pater Nicolai, *quem* Pulchrum Strozzam appellatum fuisse ferunt; natus eo FABIUS à prima juventa bellicæ cupidine tactus, sub auspiciis Galliarum Regis stipendia fecit, atque in Pedemontio, dein in Lotharingia, posteà in maritimis Gallorum expeditionibus militavit, interfuitqne obsidioni Tarraconis, Orbitelli, & denique memorabili pugnæ navali, in qua Dux Brezæus, Marescallus & Archithalassus Gallicus, mortem oppetiit, quemadmodum *Gamurrinius* refert. Franciscus Montmorancius, cui *Maria Strotia*, Fabii soror, nupta fuit, genitorem habuit Franciscum Montmorancium, Abbatem *de Molême*, qui inter filios Annæi Montmorancii March. *de Thury*, & Mariæ *de Beaune*, Tabula IV. Genealogiæ familiæ Montmorânciæ in Opere nostro *de Excellentibus in Gallia familiis* exhibitæ, recensetur, & fratrem natu minorem Carolum *de Montmorency* Dominum *de Neury* in Biturigibus, qnos commnnis genitor ex Catharina Roger, Wilhelmi Fournier du Lande & S. Marcel d'Urfé vidua, uxoris vicennii spatio loco habita & denique an. 1640. in matrimonium ducta sustulit, quosque Parlamentum Tolosanum an. 1656. legitimos pronunciavit. Franciscus noster è Strotia suscepit Joannem Nicolaum *de Montmorency*, Dom. *de Chateaubrun*, natum d. 15. Dec. 1659. & an. 1700. adhuc cælibem.

LAURENTIUS Strozza, Vannii frater, è septem filiis, quos genuit, nnum tantum in subsidium domus suæ retinuit, cæteros omnes in familiam Fratrum Dominicanorum transire passus est; ex istis THOMAS Ordinis sui *Generalis Procurator* evasit; PHILIPPUS *Vicarii Generalis* munere perfunctus à Clemente VII. Pontifice Rom. ob morum candorem, præclaramque doctrinam ad *Archiepiscopatum Surrentinum* in Picenis an. 1525. d. 18. Aug. provectus est, quem varia semper administravit fortuna. Romæ cùm esset in Borboniana depopulatione à militibus ter captus, bis suo libertatem redemit ære, tertio à Pompejo Columna liberatus, tædioque rerum humanarum affectus Ecclesiæ suæ nuncium remisit, cum regressu tamen, ut mos illorum temporum ferebat, d. 20. Jun. 1530. Plures exinde Romæ transegit annos, ibidemque diem obiit supremum, & sepultus est in æde S. Mariæ ad Minervam in tumnlo, quem anteà sibi suisque paraverat, ubi legitur: PHIL. STROZ. ARCHIEP. SURRENT. SIBI AC SUIS P. MDXLI. (β)

(α) *Hist. Flor. Libro V.* (α) *Libro XXIX.* (β) *Ugell. Italia Sacra Tomo.*

CLAS-

CLASSIS TERTIA

SEX STIRPES


ROMANAS partim, partim NEAPOLITANAS

COMPLECTENS,

videlicet

COLUMNENSEM, GAMBACURTIAM, PIGNATELIAM, RUFFENSEM, SANSEVERINAM & URSINAM.

COLUMNENSIS FAMILIÆ
GENEALOGIA.



COLUMNENSIS familia insignibus æquivocis, sive *loquentibus*, sicut Heraldici talia appellare amant, ab omni usa est memoria, nempe *columna argentea capitulo coronato & basi aureis in scuto rubeo.*

DOMINI ET DUCES

I.

PETRUS, XI. hujus nominis Genealogis quibus

II.
- Jordanus Dn. Columnæ.
- Johannes de Columnis *Presbyter Cardinalis* cr. ab Honorio III. an. 1216. † 1245.
- Otto de Columnis XV. hujus nom. *Dn. Gallicani.*

III.
- Otto XVI. Dn. Columnæ.
- Johannes II. de Columnis *ex monacho Dominicano Archiepisc. Messinensis* an. 1255.
- FRIDERICUS fator stirpis *de Romano Columna in* Sicilia. *Vid. Tab.* V.
- Petrus XIII. de Columnis. ⊙

IV.
- Otto XVII. Dn. Columnæ.
- Johannes II. Dn. Columnæ.
- Jordanus II. de Columnis.
- Jacobus de Columnis, *Cardinal.* cr. 1278. † 14. Aug. 1318.
- Matthæus de Columnis.
- Landulphus XIV. de Columnis.

V.
- Jordanus III.
- Agapitus Dn. Columnæ.
- Petrus de Columnis, *Cardinalis* cr. 1288. † 1326.
- Stephanus VIII. Dn. Præneſt. *Senator Rom.* † circa an. 1349.
- Jacobus dictus *Sciarra.*
- Johannes de Columnis, *Thesaurarius Ecclesiæ.*

VI.
- Jordanus Dn. Columnæ.
- Petrus.
- Stephanus Columna.
- Petrus *Canonicus Lateran.*
- Jordanus *Episc. Sutrinens.*
- Johannes, *Cardinal.* cr. 1327. † 1348. 3. Jul.
- Agapitus *Episc. Lunens.*
- Jacobus *Episc. Lubeceens.*

VII.
- Petrus Dn. Columnæ, *Senat. Rom.*
- Johannes Columna.
- Stephanus Columna. ⊙
- Jacobus Columna.
- Petrus Columna.

VIII.
- Agapitus Dn. Columnæ & Zagarolæ.
- Fabritius.
- Stephanus.
- **STEPHANUS.** *Vid. Tab. IV.*

IX.
- Jordanus Columna *Princ. Salerni, Dux Amalfitanus* † peste 16. Aug. 1422.
- Sarra Columna † *improlis.*
- Laurentius Columna *Comes Albæ*, Mr. *Camerarius Regni Neapol.* † 1426. *Sueva Cajetana, Jacobelli Com. Fundorum* F.

X.
- Anna uxor *Jo. Antonii Ursini Princ. Tarantini.*
- Antonius Columna Princ. Salerni, March. de Cotrone, Dn. de Genezzano, † 21. Febr. 1471. Ux: I. *Johanella Ruffa, Nicolai M. de Cotrone C. de Catanzaro* F. 1425. 2. *incomperta.*

XI.
- 2. Petrus Antonius.
- Johannes *Diaconus Cardinalis* cr. 1480. † 26. Sept. 1508.
- Thomas, *occ. in bello contra Eugenium Papam.*
- HIERONYMUS. *Vid. Tab. seq.*
- Prosper Dux Trajecti, Comes Fundorum. † 1523 d. 30. Dec. *Isabella Carafa, Jo. Thomæ C. de Madaloni* F.
- Paula, ux. *Fabritii de Somma.*

XII.
- Marcus Antonius Columna, n. 3. Sept. 1478 occ. 1522. *Lucretia Gara de Rovere, Julii II. Papæ è sorore neptis.*
- Vespasianus Columna, † 1528. Ux. 1. *Beatrix Appiana.* 2. *Julia Gonzaga.*

XIII.
- Beatrix, ux. N. *Dom. de Breda March. de Quarata, s. Corata.*
- Livia nup. *Martio Columnæ, C. de Marieri.*
- Hortensia ux. *Hieronymi Pallavicini.*
- Nuntia nup. *Bartholomæo C. de Villachiara.*
- 1. Isabella nup. I. *Ludovico Gonzagæ Pr. Sabionetæ*, 2. *Philippo de Lannoy Pr. Sulmon.*

COLUMNÆ ET PRÆNESTIS.

dam dictus, DOMINUS COLUMNÆ. I.

II.

Petrus XII. de Columnis. — Landulphus XII. de Columnis.

III.

Gregorius de Columnis. — Stephanus IV. de Columnis. — Petrus XIV. de Columnis. — Guido de Columnis *Episc. Soranus*. — Otto XVII. de Columnis.

IV.

Petrus XVI. de Columnis. — Leo VI. de Columnis. — Landulphus XIII. de Columnis. — Otto XVIII. de Columnis. — Fortebracius de Columnis. — Petrus XV. de Columnis.

V.

Otto de Columnis, *Protonot. Apostol.* — Otto de Columnis *Dux Zagarolæ*. — Landulphus de Columnis. — Franciscus. — Johannes *Protonot. Apost.*

VI.

Henricus . . . . ux. *Ursi C. Anguillariæ*, Columna. — Johannes Columna. — Petrus Columna, *Senator Rom.* — Jacobus Columna. — Agapitus Columna.

VII.

Paulus Columna. — Agapitus *Presbyter Cardinalis* cr. 1378. † Romæ n. Oct. 1380. — Petrus Columna. — Stephanus, *Diaconus Cardinalis* cr. 1378. † 1379. — Johannes. — Ægydius.

VIII.

Jacobus. — Petrus.

IX.

Otto Columna, *Cardinalis* cr. an. 1405. *Pontifex Max.* an. 1417. dict. MARTINUS III. vulgò V. † 21. Febr. 1431. — Paula uxor *Gerardi Appiani Dom. Plumbini*. † 1443.

X.

Prosper Columna, *Cardinalis* cr. 1426. † 24. Maii 1463. — Odoardus Columna *Dux de Marsi*, *Com. de Celano* † 1481. æt. 67. — Ludovicus Columna.

XI.

Johannes. *J. barons de Colonnis*. — Otto. — Jordanus Dux de Marsi & Cavi. Ux: 1. *incomperta*, 2. *Catharina de Balzo*, *Agilberti C. de Ugento* F. 1472. — Marcellus. *Ursa Ursina*. — FABRITIUS *vid. Tab. III.* — Laurentius.

XII.

Camillus Columna. — Latinus Columna. — 1. Antonia ux. *Reimundi del Balzo C. d'Ugento*, 1472. — 2. Prosper Columna Dux de Marsi. — Laurentius. — Mutius, occ. 1516.

TABU

DUCES ZAGAROLÆ.

XI.

HIERONYMUS COLUMNA, Antonii Pr.
Ux. 1. . . . . N. *Zambecarii vidua.*

XII.

- Marcellus Columna, Dn. Zagarolæ.
- Portia nup. *Jo. Josepho Cantelmo Duci de Popoli.*
- Julius Columna. *Maria de Comitibus (dei Conti)*

XIII.

- Camillus Dux Zagarolæ. *Victoria Columna, Petri Francisci F.*
- Scipio, Episc. *Reatinus* 1520. occ. 1528.
- Beatrix, ux. *Hieronymi Tutavillæ C. de Sarno.*
- Virginia, ux. *Jo. Balthas. Gambacurtæ.*
- Jo. Hieronymus.
- Claudia ux. *Neapoleonis Ursini.*
- Virginia.
- Tullia.

XIV.

- Pompejus Columna Dn. Zagarolæ & Gallicani. *Orinthia, Martii Columnæ C. de Marieri* F.
- Marcus Antonius Columna, *Archiepisc. Tarentin.* dein *Cardinalis* cr. 1565. † 13. Mart. 1597.
- Prosper Columna.
- Faustina, ux. N. *Marchionis de Turre.*

XV.

- Martius Columna Dux Zagarolæ, Pr. Gallicani, Eq. Aur. Vell. *Julia Columna, Francisci Pr. Prænest.* F.
- Camillus Columna.
- Laura ux. *Fabritii ex Com. Guidiis, M. de Montebello.*

XVI.

- Petrus Franciscus Dux Zagarolæ, Pr. Gallicani. *Lucretia Tutavilla.*
- Prosper *Abbas.*
- Otto.
- Pompejus.
- Camillus.
- Margarita, ux. *Francisci Caraccioli IX. Duc. Martinæ.*

XVII.

Pompejus Columna Princeps Gallicani. Comes Sarni, Ciculi & Pacenti, † improlis 5. Jan. 1661. *Francisca d'Avalos, Inici M. de Pescara & Vasto F. Marini Caraccioli Pr. de Avellino vidua.*

PRINCIPES GALLICANI.

XI.

Salernitani F. Dn. Gallicani & Zagarolæ.
2. *Livia de Anguillara.*

XII.

Pompejus Columna, n. 12. Maii 1479. *Cardinalis cr. 25. Jan.* 1517. *Prorex Neapol.* 1530. † 28. Jun. 1532.

Octavianus Columa.

2 Petrus Franciscus Columna, post mortem uxoris *Isabellæ del Balzo, Archiepiscopus Tarentinus*, 1544. † 1560.

XIII.

Portia nup. 1. *Antonio Legnano de Gattinara C. de Castro*, 2. *Marco Antonio Tulavillæ.*

Johannes Columna. *Catharina Pestegrina C. de Capri.*

N. uxor *Dom. de Malvelli.*

Martius C. de Marieri & Ugento. *Livia Columna, Marci Antonii F.*

Fabius, *Episcopus Aversanus* 1519. † 1554.

Victoria uxor *Camilli Columnæ.*

XIV.

Hieronymus Columna de Palma, † 3 April. 1586. *Artemisia Frangipania.*

Decius Columna.

Cornelia ux. *Com. de Stigliano.*

Orinthia ux. *Pompeji Columnæ Dn. Zagarolæ.*

Martia nup. *Francisco Cajetano.*

Julia ux. *Ducis de Castiglione.*

XV.

Johannes Columna Dn. Campiclari.

Pompejus Columua.

Fabius Columna.

Decius Columna.

T A-

DUCES PALIANI

XI.

FABRITIUS COLUMNA, Odoardi Ducis Marforum F. Dux Paliani & Taliacotii, Marchio Atiffæ & Manopelli; Comes Albæ, M. Comeftabilis Regni Neapolitani, † 15. Mart. 1520.

XII.

Fridericus Columna † *ante patr.* 1516. æt. 19.

Afcanius Columna, Dux Paliani & Taliacot. M. Comeftab. Neapol. è fua Familia II. † 1557. 24. Mart. *Johanna Aragonia, Ferdinandi D. de Montalto* F.

Ferdinandus Columna.

XIII.

Fabritius Columna, n. 1525. † m. Aug. 1551. *Hippolyta Gonzaga, Ferdinandi Pr. Molfeti* F.

Profper Columna, † *ante patr.*

Marcus Antonius Columna, Dux Paliani & Taliacot. M. Comeftab. Neap. Prorex Siciliæ, Eques Aur. Vell. † 1. Aug. 1585. æt. 49. *Felix Urfina, Hieronymi Dom. Bracciani* F.

XIV.

Fabritius Columna, Pr. Paliani, † ante patr. 1580. æt. 23. *Anna Borromæa, Gilberti Com. Aronæ* F.

Afcanius Columna, *Cardinalis* cr. 17. Dec. 1586. *Prorex Aragon. Epifc. Prænest.* 1606. † 18. *Maii* 1608.

Profper Columna.

XV.

Marcus Antonius Columna Dux Paliani & Taliacot. M. Comeftab. Neapol. † 1. Nov. 1595. æt. 20. *Urfina Perettia Fabii Damafceni & Mariæ Perettiæ F. Sixti V. neptis.*

Philippus Columna Dux Paliani & Taliacot. M. Comeftab. Neapol. † 11. April. 1639. æt. 61.

XVI.

Marcus Antonius dictus *il Contestabilino*, n. 27. Oct. 1595. † 8. Maii 1611.

Fridericus, n. 1601. Princ. Paliani & Buteri, Magnas Hifp. M. Comeftab. Neap. Prorex Valentiæ, † 1641. d. 25. Sept. *Margarita Branciforte de Austria, Francifci Pr. Boteri* F. † 17. Jan. 1659.

Hieronymus n. 23. Mart. 1604. *Cardinal.* cr. 1627. *Archiepifc. Bonon.* denique *Epifc. Tufculanus*, † 4. Sept. 1666.

Marcus Antonius Dux Corvari, dein Taliacot. & Paliani, M. Comeft. Neap. † 20. Jan. 1659. *Ifabella Gioeni, Laurentii Princ. de Castiglione in Sic. F. & hær.* † 12. Jan. 1655.

XVII.

Antonius Columna, Pr. de Pietra Percia, † *ante patr.* 1623. *triennis.*

Laurentius Onuphrius Columna de Gioeni, Dux Taliacot. Princ Paliani & Caftilion M. Comeftab. Neapol. Magnas Hifpan. Eques Aur. Vell. † 15. April. 1689. *Maria Mancini, Laurentii Mancini & Hieronymæ Mazarinæ*, F. 1661.

Anna, uxor *Pauli Spinolæ, March. de los Balbafes*, † m. Jul. 1689.

XVIII.

Philippus Alexander Columna, Dux Taliacot. Pr. Paliani, Magnas Hifp. M. Comeftab. Neap. nat. 7. Apr. 1663. Ux: 1. *Laurentia de la Cerda & Aragon. Joan. Ludovici Duc. Medinæ Celi f.* 1681. † 10. *Aug.* 1697. 2. *Olimpia Pamfilia, Joan. Baptiftæ, Pr. Carpineti f.* 25. *Nov.* 1697.

Marcus Antonius Columna, n. 15. Oct. 1664. *Christina, Marchionis Paleotti, Bononienfis, & Catharinæ Dudleiæ fil. ducta m. Jannar.* 1697.

Carolus Columna, nat. 4. Nov. 1665. *Rom. Eccles. Cardinalis cr. à Clemente* XI. *d.* 17. *Maii* 1706.

Hieronymus Columna, *nothus.*

XIX.

2. Laurentius, n. 5. Oct. 1698. † m. Jun. 1699.

Philippus, † *infans.*

Fabritius Columna.

Antonius, *obiit infans.*

Hieronymus Columna.

Agnes.

ET TALIACOTII.

XI.

Uxor, *Agnes de Monte Feltro, Friderici Ducis Urbinatensis* Fil.

XII.

Camillus Columna. *Margarita Chigia, Augustini Du. de Portercole* F.

Sciarra Columna. *Margarita Chigia, Camilli Columnæ fratris vidua.*

Victoria, ux. *Ferdinandi d'Avalos March. Piscariæ.*

N. uxor *Martii Columnæ* 1539.

XIII.

Victoria uxor *Garsiæ Toletani M. de Villafranca.*

Hieronyma nup. *Camillo Pignatello Duci de Monteleone.*

Agnes ux. *Honorati Cajetani Duc. Sermonetæ.*

Beatrix, ux. *Rodulphi Varani.*

XIV.

Fridericus Columna, † *ante patr.*

Johanna ux. *Antonii Carafæ Duc. de Mondragone.*

Victoria nup. *Ludovico Enriquez Duci Medinæ de Riofeco*, † 28. Dec. 1633.

XV.

Ux. *Lucretia Tomacella, Hieronymi* F. *Familiæ suæ, è qua Bonifacius IX. Papa ortus erat, postrema*, † 11. Aug. 1622.

Johanna nup. *Andreæ Auriæ Pr. de Melfi.*

XVI.

Carolus, dictus Dux de *Marsi*, dein *Monach. Benedict. Ord. sub P. Egidii nom.* denique *Archiepisc. Amasiæ* 1643. *& Patriarcha Hierosol.* † Nov. 1686.

Johannes Baptista, *Patriarcha Hierosolymit.* † 1638.

Prosper Eq. Melitens. *M. Prior Hibern.* † 5. *Apr.* 1656.

Petrus, *Abbas.*

Anna, ux. *Thadæi Barberini.*

Hippolyta, Maria Theresia & Clara Maria, *moniales.*

XVII.

Philippus Columna Princ. de Sonnino, Eq. S. Spiritus, † 21. Apr. 1686. *Cleria Cesarini Juliani Pr. de Gensano F. ducta m. Febr.* 1671.

Lucretia nup. 1. *Stephano Columnæ D. de Bassanello*, 2. *Josepho Conti D. de Guadagnolo* 1677.

Maria Isabella. Maria Hieronyma. Maria Alexandra. Maria Columba. *Moniales.*

XVIII.

Julianus Columna Pr. de Sonnino & Galatra, nat. m. Dec. 1671 *Joanna Vanden Einden Piccolomini, Ferdinandi March. de Castelnovo F.* 1688.

Prosper Columna, *Prælatus, Clericus Cameræ Apostol. & Referendar. utriusque signa.*

Joannes Georgius. †

Isabella, *monialis.*

Theresia Charlotta, ux. *Caroli Carafa Duc. de Madaloni Pr. de Guardia*, 1699.

Vircinius Columna.

XIX.

Philippus Columna, nat. Neapoli m. Januar. 1690.

Hieronymus.

Laurentius.

Virginia.

TABU

PRINCIPES PRÆNEST.

VIII.	STEPHANUS COLUMNA,		
IX.	Nicolaus Columna Dom. Prænest. (*de Palestrina.*)		
X.	Jacobus Columna.	Stephanus Columna, occisus à nepote ex fratre. *Eugenia Farnesia*, *Ranucii* F.	
XI.	Salvator Columna, patrui interemtor.	Franciscus Columna Princeps Prænest. *Lucretia Ursina.*	
XII.	Stephanus Columna. † 1548. *Constantia Farnesia Alexandri dein Papæ dicti Pauli III.* Fil.	Alexander Columna. 1. *Margarita Frangipania.* 2. *Margarita Aquaviva de Aragonia.*	
XIII.	1. Sarra Columna, † improl. *Clarice Anguillaria.*	2. Isabella, ux. *Marci Antonii Gambacurtæ Dom. de Limatula & Frasso.*	
XIV.	Julia, uxor *Martii Columnæ Ducis Zagarolæ.*	Franciscus Columna Pr. Prænest. Carbonian. & Rubiani Eques Aur. Vell	
XV.	Julius Cæsar Columna Princeps Carboniani, Dux Bassanelli. † 17. Jan. 1681. æt. 79. Ux. 1. *Isabella Farnesia*, *Ranucii D. Parmæ Fil. natur.* 2. *Manzola Sfortia.*		
XVI.	1. Alexander Columna, *Clericus Cameræ*, † 12. Jul. 1673.	Stephanus Columna, Dux Bassanelli, † improlis 11. Maii 1673. *Lucretia Columna*, *Marci Antonii Duc. Taliacot.* F.	
XVII.	1. Tarquinia, n. 1. Dec. 1672. † *paulò post nativitatem.*	2. Isabella uxor *Marci Ottoboni Ducis de Fiano*, ducta 1. Oct. 1690.	Julius Cæsar, † *infans.*

ET CARBONIANI.

Stephani F. VIII.

Johannes Columna. Petrus Columna. IX.

Ludovicus Columna. X.

Johannes Columna. Petrus Columna. *Catharina Sabellia.* XI.

Johannes Columna. *Lucretia Ursina.* XII.

Franciscus Columna Pr. Præneft. Julius Cæsar Columna. Jacobus Columna. Stephanus Columna. XIII.

Uxor, *Ersilia Sfortia, Friderici Ducis de Segni fil.* Jacobus Columna. XIV.

Agapitus Columna. XV.

Artemisia uxor *Ludovici Sfortiæ Ducis de Ognano* † m. Dec. 1676. Ægydius Columna, Princeps de Anticoli, deinde Carboniano. † Sept. 1686. Ux. 1. *Tarquinia Palatia Altieria, Angeli Paluzzi f.* 21. Febr. 1672. † 3. Dec. 1672. 2. *Anna Maria Altieria, Antonii Altieri, Fratris Clementis X. Papæ, f.* 14. *Jun* 1676. XVI.

Franciscus Maria Columna Princ. Carboniani. *Victoria Salviati, Francisci Mariæ Duc. de Giuliano fil.* Alexander Columna. XVII.

Catharina. Artemisia. Stephanus Columna. Julius.

BARONES DE CESARO, FIUME DI NISI ET MON

III. FRIDERICUS COLUMNA, Jordani Domini S. Ducis Columnæ F.

IV. Johannes *Straticus Messinensis & Capitaneus Catanensis.*

V. Christophorus, Baro *de Cesarò in Valdemona*, cr. 1332.

VI. Thomas Romanus Columna, Baro *de Cesarò, de Fiume di Nisi, de Montalbano & Calatabiano, Straticus Messinensis, & M. Justitiarius Siciliæ.*

VII. Christophorus Romanus Colnmna Baro *de Cesarò.* — Philippus Romanus Columna, Baro *de Fiume di Nisi.*

VIII. Thomas Romano Columna B. *de Fiume di Nisi.*

IX. Johannes Jacobus, B. *de Fiume di Nisi.*

X. Thomas B. *de Fiume di Nisi.*

XI. Johannes Antonius, Baro *de Cesarò.* — Johannes Franciscus B. *de Fiume di Nisi.* — Petrus B. *de Montalbano.*

XII. Paula Baronissa *de Cesarò.* — Johannes Jacobns, Baro *de Fiume di Nisi.*

XIII. Mariauns Romano Colnmna, Baro de *Cesarò & de Fiume di Nisi.* — Antonius. — Joh. Baptista, Baro *de Resuttano.*

XIV. Nicolaus Baro *de Cesarò & de Fiume di Nisi.* — Jo. Fortis Baro *de Resuttano.* — Franciscus.

XV. Antonius Baro *de Cesarò & de Fiume di Nisi.* — Leonora ux. *Bar. de Calatafimi.* — Cornelia ux. *Bar. de S. Andrea.* — Joh. Baptista Baro *de Resuttano.* — Petrus Baro *della Favarotta.* — Hieronymus.

XVI. Marius Rom. Col. Baro *de Cesarò & de Fiume di Nisi. Hippolyta Statella fil. Marchionis de Spacaforno.* — Franciscus Rom. Col. Dux *de Reytano.* — Blascus. — Jo. Fortis Baro *de Resuttano*, † *improl.* — Jo. Maria, *Jesuita.* — Marianus.

XVII. Josephns Roman. Columna Baro *de Fiume di Nisi & Cesarò. Maria Antichi, Thomæ Bar. de Giancascio f.* — Vincentius. — Carolus. — Diegus.

XVIII. Marius Roman. Columna. — Thomas Roman. Columna Baro *de Fiume di Nisi.* — Antonius. — Leonora, ux. *Petri Branciforte.* — Johanna, nup. *Arnoldo de S. Colomba Com. de Isnello.*

XIX. Josephus Romanus Columna.

TALBANO, DUC. DE RAYTANO, MARCH. DE ALTAV.

Uxor, *Lucretia Aniva*, *Baronissa de Savoca in Sicilia.* III.

Philippus. — Margarita uxor *Friderici de Antiochia*, *Friderici II. Imperat. nothi.* IV.

Antonius. — Fridericus. V.

VI.

Johannes Romanus Columna, Baro *de Mont'albano.* — Benedictus Romanus Columna, Baro *de Calatabiano.* VII.

Thomas Romanus Columna B. *de Mont'albano.* — Thomas Romanus Columna B. *de Calatabiano.* VIII.

Johannes II. Baro *de Mont'albano.* — Thomas Matthæus, B. *de Palizzi.* — Benedictus. — Autonius. — Scipio. — Cæsar. — Egydius. IX.

Thomas II. Baro *de Mont'albano.* — Guilelmus Marchio *de Palizzi.* X.

Antonius Baro *del Ponte di Termine.* — Matthæus M. *de Palizzi.* — Bartholomæus. — Hieronymus. XI.

Joh. Fortis Baro *de Refuttano.* — Franciscus M. *de Palizzi.* — Joh. Guilelmus. XII.

Jo. Matthæus. — Bernardus. — Maria March. *de Palizzi*, ux *Jacobi agnati.* — Josephus. XIII.

Jacobus Columna Romanus, Marchio *de Altavilla*, cr. 1646. — *Maria*, *Francisci Romani Columnæ M. de Palizzi* F. XIV.

Fabritius. — Viucentius. — Jacobus. — Pompejus Columna Romanus. † ante patr. *Victoria Barrile, Antonii, III. Ducis de Caivano* F. — Franciscus. — Josephus. — Victoria. XV.

Franciscus. — Josephus. — Fortis. — Petrus. — Alvarus. — Franciscus. — Josephus Columna & Barrile Marchio *de Altavilla.* — Anna, ux. *Josephi Piccolomini de Aragon, II. Pr. de Valle Reale.* XVI.

Petrus. — Franciscus. — Alvarus. — Fortis. — Melchiora. XVII.

EXEGESIS HISTORICA.

COLUMNIÆ gentis proceres ante sexcentos annos in urbe Roma Latioque potentia atque opibus summum claritatis locum tenuisse ex annalibus constat; *Jovii* verba hæc sunt, quibus commentarium *de vita Pompeji Columnæ* orsus est, fabulantur nonnulli eos ab Hercule, nomenque eorum à columnis, quas iste in Mauritaniæ Hispaniæque promontoriis posuisse perhibetur, originem cepisse; alii Romana fatos esse stirpe putant, & citatur *Philadelpho Mugnos*, familiarum Sicularum scriptori, *Philippus Bursa* Philosophus Messanensis, qui genealogiam gentis inde à *Mario*, septies Consule Romano, contexuit, cujus etiam vestigia ille *Libro tertio Theatri sui Genealogici* legit. Aliqui, ut *Jovii* iterum verbis utar, *arbitrantur Columnas è Germania oriundos, vel uno maximè argumento. quod Germanis Cæsaribus in omni fortuna semper adhæserint, quum ex professo Gibellinas secuti partes Cæsarum nomen perenni studio tuerentur, & Guelphis adeò infensi essent, ut plerumque à Summis Pontificibus dissentirent.* Vicissim in Germania illustres dantur familiæ, quæ ad Columnas originem referre suam amant. Gentis verò nomen haud dubiè deductum fuisse plerique existimant à *Columna* oppido, cujus reliquias vigente adhuc nomine *ultra Algidum Latina via conspici* rursum *Jovium* testem habemus: nam id Bonifacius VIII. Papa atque idem Præneste, Petrum & Jocobum Columnas Cardinales *armis persecutus*, (ut scribit *Blondus*) *immani rabie deleverat.*

„ JOHANNES Columna Cardinalis omnes domus Columniæ viros, qui „ vel anteà vel posteà virtute ac armis illustre nomen sunt consecuti, cum „ pietate & magnitudine animi, tum rerum gestarum gloria superasse *Jovio* „ visus est. Is *Odoardo* ex ejusdem sententia genitus, secundum Bursam verò & Mugnosium *Petro*, hujus nominis XI. Domino Columnæ, à quo initium stemmatis nobis est ductum, natus, ab Honorio III. „Pontifice anno 1223. „ Christiani exercitus & ingentis classis legatus in Ægypto ad Pelusium Nili „ ostium, Æliopolim, quam Damiatam vocant, validissimam urbem expu„ gnavit; sæpe & diverso quidem eventu cum Saracenis acie conflixit, cap„ tusque & demum solutus, & victor ex ancipite periculo laboreque hone„ stissimum sacrato viro, atque id incomparabile omnique armorum specie „ splendidius triumphum Romam detulit, *Columnam* scilicet, *in qua Christus* „ *Servator Hierosolymis deligatus, & flagris cæsus fuit,* quam in S. Praxedis „ templo supra Suburram ad Exquilias hodieque venerantur. Ejusdem quo„ que opibus hospitales domos ad Lateranum cum magnis reditibus in ali„ menta peregrinorum calamitosorumque hominum cum singulari pietatis „ laude ædificatas constat.

Maximam Columniis famam, sed cum gravi calamitate, reique familiaris jactura conjunctam, ferale peperit dissidium inter eos & Bonifacium VIII. Papam anno 1298. ortum, ea potissimum de causa, sicut, *Ciacconius in Historia Pontificum & Cardinalium* refert, (*a*) quod duo Columnenses Cardinales JACOBUS & PETRUS Cælestini V. abdicationi obstitissent, ideoque à Bonifacio, qui Cælestino successit, nullo ferè loco habiti, eum vicissim despicerent, atque in Consistoriis ejus postulatis refragarentur. Inimicitiam istam auxit Bonifacii sententia adversus eam Columnensium familiam, quæ de Præneste dicta Cardinales jam nominatos, aliosque insignis Ordinis viros, JOHANNEM & hujus filios AGAPITUM, STEPHANUM, & JACOBUM SARRAM produxerat, secundum eorum consobrinos pronunciata, ut scilicet his partem oppidorum, quæ hæreditario jure ad se non pertinentia occupaverant, redderent. Illi Pontificis mandato rejecto injuriosis verbis facta addiderunt, & suppellectilem ejus, qui Anagnia ad urbem vehebatur, interceptam Præneste portarunt. Pontifex tantæ impatiens inju-

(a) *Tomo II. pag.* 298. *& seqq.*

injuriæ coacto Cardinalium & Episcoporum Senatu *Jacobum* & *Petrum* Columnas læsæ majestatis reos pronunciavit, & Cardinalatu omnibusque honoribus multatos excommunicavit, ædes eorum in urbe dejecit, omnesque ipsis faventes ea expulit: sumtis deinde armis & antiquis eorum hostibus, Ursinis, in eos concitatis, magnum crucesignatorum & stipendiariorum exercitum collegit, Nenetem, Columnam & Zagarolum illorum castra oppidaque invasit & cepit, ita ut solum eis superesset *Præneste*, arx munitissima, quam tamen ad extremas redacti angustias, & supplices, Papæ facti, itidem dedere coacti sunt; deditam ille diruit, urbemque ex montis vertice ad radices transtulit & novo nomine *Civitatis Papalis* vocari jussit. Rebellione à Columnis infeliciter redintegrata alius aliò fugit, latebramque quæsivit, quos omnes Bonifacius proscripsit, & bonis privavit. *Sarra* apud Antium multum diuque in nemoribus delituit, donec incognitus in piratarum manus incidit, à quibus remigibus admotus multas calamitates perpessus est; quam fortunam se æquiore animo tulisse affirmabat, quàm Bonifacii immanitatem experiri. *Cardinales* Perusiæ in nobilis cujusdam ædibus occultè permanserunt. *Stephanus* ad Philippum Francorum Regem, Papæ infensum, confugit. De *Agapeto* festivum est, quod à *Franc. Petrarcha Libro II. Rer. memorandarum Tract. III. Cap.* 28. narratur his verbis: „ Bonifacius VIII. Rom. Pontifex duobus ferè lustris domum de Columna vagam egit, ac toto orbe dispersam, capitale fuerat aliquem de generosis exulibus hospitio suscepisse. „ Nunciatum est intereà Agapeti uxorem, quæ sanguine illum contingebat, esse prægnantem. Sensit hostem suum Romæ fuisse, & accensus ira „ atque odio, perduci ante pedes suos mulierem jussit: venit illa verecundè, & ventrem studio tegens; at ille, ut erat in sermone mordacissimus: „ dimitte, inquit, pallium meretrix, quis te gravidam fecit? loqui coacta, „ Pater, ait, sanctissime, tu mihi virum meum abstuleras, quid facerem? „ quod & ætas, & forma suaserunt consilium cepi. Inter innumerabiles peregrinos, quos hic annus in urbe hac congregavit (erat millesimus trecentesimus, isque jubilæus primus) conspiciens unum viro meo simillimum, „ notavi, placuit oculis meis ille, & in exulantis viri memoriam susceptus „ est per noctem, manè abiens, qualem cernis me dimisit. Hæc autem alludens ad viri habitum dicebat, qui sub veste peregrini ignotissimus, ad „ uxorem penetraverat. Risit Bonifacius, & muliebri facundia mitigatus „ est. Hæc *Petrarcha*. *Stephanus* Columna, *Agapeti frater*, in Galliam ceu dictum est delatus, executioni consilii, quod de Bonifacio Anagniæ opprimendo à Rege Philippo captum fuit, ducem se præbuit, accepto à Rege socio *Guilielmo Nogareto*, adscitoque fratre *Jacobo Sarra*, qui in portu Massiliæ cognitus, & à piratis redemptus fuerat. Hi in Italiam clam profecti, & Stagiæ prope Senas aliquandiu commorati, pecunia corruptis Matthiæ Anagnini filiis & pluribus nobilibus viris, conniventibus quoque Cardinalibus quibusdam, subnixique ope Gibellinorum, Anagniam occuparunt, & Pontificem ab omnibus desertum, minis terroribusque vexarunt, & tridui spatio in custodia habuerunt, donec ab Anagninis, eorum sævitia, & misericordia erga Pontificem concitatis, partim cæsi, partim capti, & reliqui oppido ejecti sunt. Bonifacius libertati redditus, Romam rediit, ibique paucos post dies ex animi dolore extinctus est. Successor ejus Benedictus *Jacobum & Petrum* Columnas Cardinales, quos Perusiæ clam se continuisse dictum fuit, anathemate absolvit; Clemens V. autem, qui Benedictum in pontificatu excepit, Cardinalitiæ etiam dignitati anno 1305. restituit. Supremum diem uterque Avenione explevit, defunctorum verò corpora Romam delata, & in Basilica S. *Mariæ Majoris* sepulta sunt. Petrum *Steph. Baluzius in Notis ad vitas Pap. Avenion.* (*b*) è Joh. Villanii Lib. VII. Cap. 118. refert uxorem habuisse, eo tempore, quo factus est Cardinalis, sed Nicolaum IV. matrimonii vinculum solvisse de plenitudine potestatis, tùm verò eam factam esse sanctimonialem.

De STEPHANO, Petri Cardinalis fratre, sæpe jam memorato, digna adhuc occurrunt, quæ recenseantur; audiamus primò *Jovium*, in Columnia domo,

Ff 3

(b) *Pag.* 654.

domo, inquit iste, Stephanus „ Senior utriusque fortunæ exemplis Romanorum procerum longè clarissimus, Romæ per quinque annos continuo „ magistratu senatoriæ dignitatis fastigium obtinuit. Ab eo Henricus & „ mox Ludovicus Bavarus Cæsares in Capitolium recepti, & ad Vaticanum „ vel invitis Pontificibus imperatorio diademate coronati sunt. Ad hujus „ studii officiique memoriam Ludovicus *coronam auream dono dedit*, *ut in gentilitiis insignibus supra Columnam perpetuò gestaretur*. Sed Stephanus non „ multò post à tribuno plebis Rentio, atque item ab ejus æmulo Varoncel„ lo, qui plebem adversus nobilitatem concitarant, Roma pulsus, victor „ tandem rediit, plebem inimicósque prostravit, filiique & duorum nepo„ tum indignam cædem ultus, Urbi quietem & Capitolio suum decus resti„ tuit. Hic est ille qui per civiles discordias contendendo pugnandóque „ exactæ ætatis senex factus, hortanti Francisco Petrarchæ familiari suo ut „ animum ab intestinis contentionibus ad otium deduceret, præclara & pa„ tritio ore digna voce respondit, *Romano & generoso viro ad sepulchrum us*„ *que pro dignitate & libertate esse dimicandum*. Hujus domus quum filiorum „ atque nepotum nobilissima sobole floreret, in queis Cardinales & Episco„ pi, sacratíque minores viri literis & pietate insignes, summæque virtutis „ & indolis militares duces visebantur, optimorum studiorum & veræ virtu„ tis domicilium fuit. Stephano autem quum in Galliam ad Pontificem na„ vigasset in magistratu successit *Ursus Angnillarius* ejus gener à quo se Pe„ trarcha in Capitolio laurea donatum scribit. (c) Sed fugit Jovium ratio temporis in iis, quæ de *Rentii* tribuni plebis sævitia erga nobilitatem Romanam retulit; persecutio enim ista & cædes in extremam Stephani ætatem annumque 1348. & circiter incidit; quemadmodum è vita Clementis VI. Papæ, à Baluzio paulò ante laudato edita, constat. Integrum Rentii nomen erat, sicut idem in Notis ait, (d) *Nicolaus Laurentii*; *sic appellabatur*, *quia filius erat Laurentii cauponis*, *ut scribit Th. Fortefiocca in ejus vita*, *seu molendinarii ut Jo. Hocsemius lib. II. de gestis Episcoporum Leodiensium*; *licet ipse se apud Imperat. Carolum IV. gloriatus sit prognatum esse è filio spurio Henrici VII. Imperat. avi Caroli*, *ut testatur idem Fortefiocca*. Ipse Nicolaus Tribunus epistolam de illa cæde scripsit ad Raynaldum Ursinum Archidiaconum Leodiensem, quæ est edita apud Jo. Hocsemium, ubi hæc leguntur: *in qua sex de tyrannis Columniensibus perierunt*, *superstite infelici sene Domino Stephano de Columna semimortuo*. Ad eum propterea *Petrarcha*, epistolam misit consolatoriam, scriptam cum recens esset cædes filiorum, & antequam ipse Stephanus moreretur, quem brevi posteà occubuisse gloriatur idem Nicolaus, teste *Fortefiocca* in ejus vita. Ex illa Petrarchæ epistola, quæ *prima* est *Libri VIII. familiarium*, constat, Stephanum, quem alibi *summum militiæ decus*, *& in omni fortuna gloriosum*, *gloriosissimum verò & admirabilem in exilio* fuisse prædicat, filiis nepotibusque suis omnibus superstitem mansisse, & centenarium ex hac vita migrasse, illius verò orbitatis ipsum sibi vatem fuisse, cùm aliquando in familiari secum de rebus domesticis sermone ita locutus esset; *mihi quidem objicitur inprimis*, *quod contra ætatis meæ decus pluribus me bellis implicem*, *quàm oportet*: *hanc filiis odiorum & discriminum hæreditatem relicturus*; *ego verò Deum testor*, *nullam me aliam ob causam*, *nisi amore pacis bella suscipere*. *Quietis avidum me vel senectus ultima*, *& in hoc jam terreo pectore frigescens animus*, *vel longa humanorum casuum reddit observatio*. *Verùm ita fixum atque firmatum habeo labori terga non vertere*: *mallem tranquilliora*; *sed si ita fors tulerit*, *ad sepulchrum potius pugnando perveniam*, *quàm discam servire senex*. *Ad id sane*, *quod de hæreditate dicitur*, *hoc unum respondisse velim*, *& hic fige in me oculos animumque*, *utinam hæreditatem aliquam filiis dimitterem! sed aliud voto meo debitum*, *aliud fato visum*, *quod mæstus dico*, *siquidem confuso naturæ ordine filiorum meorum omnium hæres ero*. Tribus deinde ex Stephani filiis extinctis, cùm de vaticinio illo à Petrarcha inter amicos relato & evulgato *Johannes Columna Cardinalis*, vir magnarum virtutum, magnorumque meritorum, ad quem ille scripsit plures epistolas, quique etiam in numero nato-

(c) *De vita Pompeji Columnæ*.

(d) *Pag.* 883.

natorum Stephani fuit, Petrarcham interrogasset, & evicisset, ut sibi rem totam ordine narraret, subjecisse suspirantem is refert: *utinam genitor noster „ non tam veridicus vates esset!* eodem anno, ita pergit *Petrarcha* in citata „ ad Stephanum epistola, ferali illo primogeniti tui ac nepotum casu magis „ ac magis horrere præsagium tuum Johannes cœpit, donec ipse dolore con- „ fectus, novissimè moriendo dictum patris tristi quidem, sed plena fide „ complevit. *Septem* verò *filii*, sicut ex eadem constat epistola, Stephano fuere: *unus Romanæ Ecclesiæ*, ceu dictum, *Cardinalis*; *alius vel Cardinali major* Petrarchæ judicio *futurus*, *si ad legitimam pervenisset ætatem*; *tres Episcopi*, *duo bellorum Duces*, *& bellica gloria parenti prope pares*; *sex filiæ*; ex primogenito filio primogenitum *Joannem*, *divinum quidem & plenum priscæ veræque Romanæ indolis adolescentem* fuisse testatur, *qui non de columna*, *ut cæteri*, *sed ipsa columna dicebatur*, *in quam nempe amicorum spes*, *in quam domus ingens & antiqua recumberet.*

Ab Agapeto Columna, Stephani, de quo verba hactenus fecimus, fratre descendit OTTO; is à teneris annis cura parentum moribus & literis (Pla- „ tinæ utor verbis) imbutus, ubi adolevisset, juri pontificio Perusiæ operam „ dedit, unde ad urbem rediens, ob integritatem & doctrinam Urbani sexti „ *Referendarius* factus est, quod munus tanta cum humanitate, justitia & „ mansuetudine gessit, ut ab Innocentio VIII. in gratiam populi Romani „ *Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro* creatus sit. Cum deinde Concilio „ universali Constantiæ ad tollendum schisma coacto, interesset, & inter „ acerrimas altercationes moderatum & medium præ se ferret animum, „ exautoratis tribus papis, Johanne, Gregorio & Benedicto, *Pontifex Ma-* „ *ximus*, omnium nationum & Cardinalium consensu, & Sigismundi Cæsa- „ ris insigni studio, renunciatus est, die festo S. Martini, eaque propter „ nomen *Martini* assumsit. Ordinatus deinde in Presbyterum d. X. Kal. „ Dec. & die secuto in Episcopum inaugurationis insignia ante fores Basilicæ „ Cathedralis Constantiensis, omni astante Synodo, & ipso Sigismundo Imperatore, suscepit, ibique per annum perstitit, & denique absoluto Concilio in Italiam per Sabaudiam venit, quo in itinere *Provanorum in Pedemontio vetustam & clarissimam familiam ob virorum ipsius præstantiam atque urbanitatem in suam Columnensium familiam copulavit*, *atque ipsius insigne eidem familiæ ob ipsius benè meritum gerendum concessit*, ut habent verba *Joh. Stellæ* in opere *de vitis ac gestis summorum Pontificum.* Provanorum familia hodieque in Pedemontio inter primarias viget, & Columnam juxta cum gentilitio digmate, sex pampinis in campo argenteo sparsis constante, in scutis suis quadripartitim ostentat, ortique ex ea sunt Comites *de Druent*, *de Collegno & Baynette*, amplissimis in aula Ducum Sabaudiæ muneribus, & Ordinis Annunciatæ torque decorati. Sed hoc obiter: Florentiam cum venisset Martinus Pontifex, biennio ibi substitit, & patrimonio S. Petri, quod vocant, quodque durante longo schismate distractum fuerat, recuperando, operam dedit; & tandem d. X. Kal. Oct. an. 1421. Romam venit, ubi post novem annorum & quod excurrit spatium, Pontificatus verò sui anno plusquam decimo tertio, ætatis sexagesimo & tertio, fato functus, ac in templo Laterani sepultus, *nec vexatam intestinis bellis Italiam*, *nec templa urbis semiruta ut erant*, *sed ingens desiderium sui reliquit apud cives suos*, sicut *Papirius Massonus* memoriæ prodidit, id quoque inter ejus virtutes referens, quod cum fratres duos, unum peste, alterum fortuiti repentinique incendii casu extinctum, amisisset, nullum abjecti animi signum dederit. (e) Priori ex istis JORDANO nomen fuit, qui titulis Principis Amalfitani & Salernitani, nec non Ducis Venusini mactus legitur; alter LAURENTIUS appellabatur, factusque est Albæ Marsorum Comes, & Magnus Regni Neapolitani Camerarius.

PROSPER Columna, Laurentii F. à patruo ex Protonotario Apostolico ad purpuram cum *Diaconia S. Georgii ad velum aureum* destinatus est d. 24. Maii anno 1426. adhuc juvenis, reservatus verò in pectore, ut ajunt, usque ad d. 8. Nov. 1430. quo publicatus est. Post Calixti III. excessum parum abfuit, quin Pontifex renunciaretur; sed cum una tantum vox Æneæ Piccolominæo de-

(e) *De Episcopis Urbis Rom. p.* 341.

deesset cui erat veteri benevolentia conjunctus, *& ego*, inquit, *Senensi accedo, eumque Papam facio.* Supremum diem Romæ obiit & sepultus est ad Sanctos Apostolos. De eo hæc in Pii II. Commentariis leguntur: *Obiit & Prosper S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis, Columnensis familiæ Princeps, Martini quondam Quinti nepos, miti vir ingenio, literarum cultor, & quem nemo potuisset non amare, nisi plus æquo Ghebellinarum partium studiosus fuisset.* (*f*)

ANTONIUS Columna, quem Principem Salernitanum scriptores vocant, Prosperi Cardinalis frater, cum Neapoli an. 1425. ageret, uxorem ibi accepit *Johannellam Ruffam*, Marchionis Cotronensis & Comitis Catanzarensis filiam secundam, à Johanna II. Regina, Martini Pontificis benevolentiam captante, sibi datam cum dote luculenta & pacto successionis in soceri ditiones, ubi is fine virili prole decesserit. Quoniam verò nullos Antonius ex Johannella suscepit liberos, sicut *Ferdin. Marranus Dux Guardiæ in Discursu de familia Ruffensi* refert, (*g*) nihil illarum ditionum ad posteros ejus, ex secundo haud dubiè matrimonio ortos, pervenit. Idem bellum suscipere ausus est cum Eugenio IV. Pontifice, patrui sui successore, quod sibi familiæque suæ pænè exitio vertit: namque à dicta Regina Neapolitana, quæ in fœdus cum Pontifice coiit, Principatu Salernitano aliisque, quas in regno Columnæ habuere possessionibus, exutus est, prætereaque ex castris oppidisque avitis pleraque amisit; quorum in numero à Ciacconio referuntur *Præneste, Civitas Lavinia, Zagarolum, Gallicanum, Castellum novum, Fanum Gregorii & Passaranum.* Filius quoque Antonio eo in bello periit, cui nomen THOMÆ, quippe quem ab Eugenio IV. neci datum esse Sansovinus memoriæ mandavit. (*h*)

Sixto IV. Pontificatum tenente Columnæ iterum fortunæ se præbuerunt adversæ: cum bello inter Papam & Ferdinandum Regem Neapolit. orto regias amplexi essent partes: nec enim tantum qui ex eis arma induerunt plerique in improspera ad Campum mortuum agri Veliterni pugna capti sunt, sed etiam JOHANNES Columna, quem Sixtus ex Episcopo Reatino Diaconum Cardinalem creaverat, ab eodem in Hadriani molem conjectus, ibique aliquandiu detentus est; licet verò post pacem inter Papam & Regem factam libertati redditus, & cæteris quoque Columnis venia data fuisset, novo tamen eos paulò post bello eoque acri Pontifex prosecutus est, *quum Laurentius Protonotarius ex ea familia*, Odoardi Columnæ Ducis Marci fortassis filius, *contumax nimium videretur*, (sicut habent verba *Onuphrii Panvinii in vita Xysti S. Sixti IV.*) quem tumultuantem Romæ in domo sua armis, cohorteque pontificia, tum Ursinorum auxilio expugnatum captumque securi percuti jussit. Columnarum insuper quædam oppida cepit, *Marinum* videlicet & *Cavam*, aliasque arces, & obsedit Palianum, quum medio ardore belli Sixtus fato functus, & obsidio soluta est. Cæterum Johannes Cardinalis illa liberatus custodia Lateranensi Archipresbyteratu & Perusina legatione cohonestatus est, sed sub Alexandro VI. proceribus Romanis exitium intentante, cùm tempestivo in Siciliam secessu sibi consuluisset, Ursinis prudentior, ab eo Cardinalatu ac annuis reditibus Ecclesiasticis spoliatus est, nec nisi illo vivis exemto Romam rediit, ubi *apud omnes*, Ciacconio referente *summam meruit gratiam*, cujus intuitu Columnensis familia inter nobiles Venetos à Senatu fuit adscripta. Vita defuncto & in Basilica SS. Apostolorum terræ mandato hoc positum est epitaphium: D. O. M. *Joannes Columna Diaconus Cardinalis Primarius Romani nominis Salutis Libertatisque publicæ Columen hic situs est. Vixit annos LI. menses III. Obiit MDVIII. Septembris XXVI.* (*i*)

PROSPER Columna, Johannis Cardinalis frater, inter clarissimos ar-
„ morum ductores nomen nactus est: enituit in eo sub priscæ probitatis ore
„ & habitu subagresti, apprimè gravis, & considerati Imperatoris decus;
„ quod ad antiquæ Romanæ virtutis specimen referri posse plerique, *Jovio*
„ prædicante, (*k*) existimarunt: cum enim egregia ei militaris consilii vis in-

(*f*) *Ciaccon Hist. Pont. & Card. Tomo II. p.* 863. (*g*) *Pag.* 330. & 331.
(*h*) *Delle Orig. e fatti delle fam. ill. d'Ital. p.* 92. (*i*) *Ciaccon. Tomo III. p.* 9. & 80.
(*k*) *Elogiorum Libro V.*

ineſſet, animuſque moderatus & recti honeſtique appetens in bellis ſtrenuè pariter & cum minimo innocentium damno verſatus eſt, ita ut, ſicut idem ſcriptor teſtatur, non ſemel præclara voce apud Inſubres, Cænomanos & Venetos *paganorum defenſor*, *& Italicæ gentis pater* appellatus fuerit. Cum Carolus VIII. Gallorum Rex Neapolitanum Regnum invaderet, operam ſuam ei addixit, atque ab eo adverſis rebus reditum in Galliam adornante Trajecti Ducatum Fondanamque urbem unà cum multis Cajetanæ familiæ caſtellis accepit; nihilotamen ſecius ſimulac Ferdinandus Rex Neapolim recuperaſſet, ad ejus ſtipendia tranſiit. (*l*) Apud Inſubres deinde cum adverſus Gallos militaret, illiſque Alpes remeantibus, in oppido *Villafranca*, haud procul Padi fontibus diſſito, ſecurius ageret, à Palicia Gallorum ductore ex inopinato ,, & prandens circumventus, tantique nominis dux (cum *Guicciardino* ex ejus ,, Hiſtoriarum Libro XII. loquor) tum etiam fide, qua in Inſubria pollebat, ,, magni ad id bellum momenti, non ut ejus antiqua gloria poſtulabat, ca- ,, ptus fuit die XV. Auguſti anno 1515; ſed ſecuti ſtatim anni initio à Franciſco Rege, cui lytrum trecentarum & quinquaginta auri librarum obtulerat, media tantum parte ſoluta dimiſſus labem illam eluit, cùm prudenti cunctatione ſine ſanguine & ſine periculo, ſed conſilio & induſtria prorſus peritiſſimo imperatore digna, Abduæ fluminis tranſitum Gallis, alia omnia ſibi pollicitis, ſurripuiſſet, eoſque cum duce ipſorum Lautreccio de Galliæ Ciſalpinæ imperio depuliſſet. (*m*) Summos his rebus geſtis militaris imperii titulos à Carolo Cæſare promeruit. Verùm inde levem ab initio, ſed mox eventu lethalem contraxit morbum, quum jam ſexagenario major, affectæ ætatis oblitus, illuſtrium matronarum amoribus intemperanter indulſiſſe crederetur, ſicut *Jovius* refert; *Guicciardinus* non ſine veneni, vel amatorii poculi ſuſpicione extinctum eſſe literis prodidit, injecta paulò ante mentione fœminæ cujuſdam, nomine *Claræ*, genere atque eximia corporis forma clariſſimæ, ſed tenerrimo Proſperi Columnæ amore clarioris. (*n*) Filium poſt ſe reliquit VESPASIANUM, haud inglorium militiæ; huic Carolus Cæſar Carpium, quod Proſpero vivo virtutis ac rerum geſtarum præmium dederat, in ejus memoriam velle conſervare dixit, ringente Piſcariæ Marchione, infenſiſſimo Proſperi æmulo. Cæterum Veſpaſianus moriens cùm mandaſſet, ut *Iſabella* unica ipſius filia Hippolyto Medici nuberet, Clemens Pontifex omnia caſtella, quæ is in Latio habuerat, quamvis Aſcanius Columna ea ad ſe ſpectare diceret, occupavit. (*o*)

MARCUS ANTONIUS Columna, Petro Antonio patre, qui in Etruſco bello apud Alſonſum Aragonium militans periit, orbatus, Proſpero patruo, & Fabritio hujus patrueli, celeberrimis ducibus, adhæſit, atque ab his certiſſimis militiæ præceptis imbutus, plurimiſque fortibus factis commendatus, gloriam eorum ſi minus æquavit, haud ſanè longè poſt ſe reliquit. Inſigni propterea gratia apud Julium II. Papam floruit, qui Columniis in caſtra ac oppida, ab Alexandro VI. eis erepta, reſtitutis, *Lucretiam*, ſororis filiam illi in matrimonium collocavit, donoque ad dotem adjecit *Fraſcatum* oppidum in Tuſculano, ædeſque magnificas ad Apoſtolorum templum ſub Quirinali, quas ipſe in minore fortuna conſtruxerat. A Carolo Cæſare ad Franciſci Regis Galliæ ſtipendia cum *Marcus Antonius* tranſiiſſet, ab eo præfectura alæ equitum & regii Ordinis torque honeſtatus eſt; ſed ea militia infauſto omine ſuſcepta, quod tum Leonis & Cæſaris armis Lautreccius Gallorum dux Mediolano pelleretur, vitæ illi immaturum finem attulit: nam dum inſtaurarent Galli bellum, & Mediolano copias admoviſſent, ut circumvallatæ arcis obſidio ſolveretur, Marcus Antonius nondum quinquagenarius ingentis colubrinæ pila, Proſperi Columnæ ignorantis, cui exitium pararet, juſſu emiſſa, ictus occubuit, qua etiam *Camillus Trivultius* diſcerptus eſt, quum obequitantes in aggere hoſtium munitiones inſpicerent, quemadmodum *Jovius* tradit; at *Guicciardinus* refert utrumque ſaxis domus, eorum qui in urbe erant tormentis verberatæ, interemtos fuiſſe, dum propè illam do-

 mum

(l) *Guicciard. Hiſt. Libro II.* (m) *Id. Libro XIV.* (n) *Libro XV.*
(o) *Guicciard. Libro XVI. & XVIII.*

mum inambulantes vallum, è quo tormentis inter binas hostium munitiones jaculari possent, describerent. (p)

De ODOARDO Columna, Antonii Principis Salernitani fratre natu minore, refert *Carolus de Lellis Tomo III. Discursuum suorum de familiis nobilibus Neapolitanis*, illi adhuc impuberi à Johanna II. Regina in gratiam Martini Papæ *Covellam Celanensis Comitatus hæredem* desponsam, statimque puellam ad ædes ejus traductam fuisse, ut ibi adolesceret ad ætatem matrimonio consummando aptam; at eam grandiorem factam, & abhorrentem à nuptiis Odoardi, quod strumosus esset, clam aufugisse, postea que Jacobo Caldoræ nupsisse; Odoardo etiam aliam ducente uxorem, è qua liberos generavit. Ex his JORDANUM Ducem Marsensem & Cavensem eodem tempore, quo ad secunda cum *Catharina Baucia*, à Ferdinando Rege Neapol. dotata, transiit vota, gnatam suam, è priore toro susceptam, Comiti Ugentensi, Catharinæ fratri, nuptui dedisse *Dux Guardiæ in Discursu de familia Baucia* testatur. An LAURENTIUS, qui inter Jordani, modò dicti fratres in tabula recensetur, Protonotarius ille fuerit, quem à Sixto IV. Pontifice morte affectum fuisse paulò ante diximus, liquidò compertum non habemus. MUTIUS Columna, qui in numero filiorum Jordani refertur, fallor, an ille fuit, quem Pontificiarum copiarum ductorem Firmi ex vulneribus, dum civitati, quam noctu per insidias ingressus fuerat, diripiendæ operam daret, acceptis interiisse anno 1516. apud *Guicciardinum Libro XII. Historiarum* legimus.

AD TAB. II.

HIERONYMUS Columna, à quo initium secundi ducitur schematis, cùm Sanctacruciis Vallejos, civili exorta seditione, oppugnantibus armatus prodiisset, pilo ab adversa acie eminus contorto, per thoracem trajectus interiit, quemadmodum *Jovius* retulit in Commentario quo vitam Pompeji ejus filii ad posteros misit, admirandam utique potius, illo ipso judice, quàm imitandam: enimvero ambiguam famosi nominis sui laudem reliquit POMPEJUS, ex bellatore, eoque impigro & pugnaci, propinquorum hortatu, & patris demortui per quietem sibi visi jussu, Sacerdos & *Episcopus Reatinus* factus, & denique à Leone X. *Cardinalis* creatus; quum miro ingenio diversissimi muneris partes aptissimè impleret, & *in sacra purpura mitratus, & militari in sago galeatus, non periti modò sed affectati etiam sacerdotis ante aras, & in castris providentissimi & strenui ducis officia exequeretur, & factiosa in urbe modò temperatis atque illustribus consiliis factisque, modò turbulentis actionibus clararesceret, quibus Clementem VII. Papam ita circumvenit & oppressit, ut Bonifacii VIII. memoria renovata videretur*: unde odium ingens apud multos, singularem verò gratiam apud Cæsarem, cujus partes perpetuo & singulari tuitus est studio, promeruit, à quo etiam administrando Regno Neapolitano præfectus est; sed biennii tantum spatio eo munere functus ex nimia ficuum biferarum comestione, & vini multa nive refrigerati crebro usu in lethalem incidit morbum, atque in complexu *Augustini Nyphi*, clarissimi Philosophi, integris sensibus expiravit anno ætatis quinquagesimo tertio. Præfuit *Episcopus* non modò *Reatinæ*, sed *Interamnatensi in Umbria, Catanensi, ac Montis Regalis in Sicilia, Acerrensi, Rossanensi, Aquilanæ, Potentinæ, Aversanæ & Montis Martani* in Regno Neapolitano, ac *Sarsinensi* sub Archiepiscopo Ravennate Ecclesiis. A Clemente navatæ ad adipiscendum Pontificatum operæ præmium tulit præter luculentissimas ædes à Raphaele Riario, regio sumptu extructas, *Vicecancellariatus* officium, quod maximi esse solet proventus. Cum deinde inter eundem Pontificem & Columnenses capitale exarsisset odium, hique ad vim & direptionem Vaticanarum ædium progressi essent, Pompejus à Clemente sacra dignitate motus & purpura multatus d. 21. Nov. 1526. attamen post triennium, die scilicet ultima Augusti an. 1529. in pristinum gradum restitutus est. Cæterùm horto-
,, rum cultura & literarum studiis oblectatum esse, *Jovius* memoriæ manda-
,, vit;

(p) *Jovius Elog. Lib. V. & de Vita Piscarii Libro II. Guicciard. Hist. Lib. XIV.*

„ vit; in illa adeò multum, ut sua manu purpuratus arbusculos insereret, spe-
„ ctanteque populo cum Neapolitanis de vario seminum genere, deque ole-
„ rum nobilium & peregrinorum florum plantatione dissereret; in his ita ver-
„ satum, ut aliquot minuta poëmata, in quibus Isabellæ Villamarinæ, Sa-
„ lernitani Principis uxoris, formam ac delitias elegantissimè depinxit, justum
„ prætereà volumen de laudibus mulierum in honorem Victoriæ Columnæ
„ gentilis suæ, Piscariæ Marchionissæ, composuerit. Qua matre ipse fratresque Germani nati fuerint, neque à Jovio, neque ab aliis, quos vidimus scriptoribus, notatum est, ex oscitantia illo recepta ævo; dum verò ille *Jacobum Zambecarium* fratrem Pompeji Columnæ uterinum vocat, matri ejus priorem virum ex gente Zambecaria fuisse colligo, *Liviamque Anguillariam, qua Petrum Franciscum Columnam*, Pompeji fratrem natu longè inferiorem, *genitum esse Ugellus tradit*, *Hieronymi*, communis eorum genitoris, *uxorem secundam* fuisse arbitror.

Libidinem vagosque amores Pompejo Columnæ Cardinali ab infensis exprobratos fuisse, haud dissimulavit *Jovius:* enimverò sustulit liberos utriusque sexus, nec caruit nepotibus: quos inter HIERONYMUS Columna ob singularem eruditionem, cum moribus suavissimis conjunctam cum præ-
„ conio *Thuano* dictus est. Is, ut verba ejus referam, artam cum Joh. rectius
„ Andrea, Matthæo Aquaviva, Hadrianensium Duce, viro ultra splendo-
„ rem natalium egregia scientiarum atque Astronomicæ ac Musicæ imprimis
„ doctrinâ itidem illustri, amicitiam coluit, & bis mille quingentorum volu-
„ minum bibliothecam instruxit, præter statuas antiqui operis & nummos,
„ raræque elegantiæ picturis ornatam domum habuit ac splendidè vixit, in
„ eòque splendore & otio multa elucubrasse dicitur, quippe utriusque lin-
„ guæ non trita cognitione præditus. Post elatam uxorem etiam linguæ san-
„ ctæ operam dedit, & cùm sacris initiari cuperet, jam Episcopus designa-
„ tus ex malo calculi præmaturè 3. Non. April. anno 1586. & ætatis suæ 54.
„ Neapoli decessit, ad B. Virginis in monumentum majorum illatus. Q. En-
„ nii fragmenta collegit; disposuit, explicuit, (quæ *Johannes* filius qua-
„ driennio post parentis obitum publicavit) fidem apud posteritatem factura,
„ quid à tanto viro exspectandum fuerit, si diuturniorem ei vitam Deus an-
„ nuisset. Præter Johannem ex conjuge dilectissima *Pompejum*, honoribus
„ quibusdam in aula Romanâ defunctum reliquit, ac postremò & *Fabium*,
„ qui in naturali historiâ industriam suam hodie exercet, scriptis in eo gene-
„ re aliquot jam editis & majore imposterum spe excitatâ. (q)

PETRUS FRANCISCUS Columna, Hieronymi Columnæ & Liviæ de Anguillara natus, uxorem habuit *Isabellam del Balzo*, ex qua *Victoriam* nuptam Camillo Columnæ suscepit, eaque defunctâ Ecclesiasticam vitam amplexus, adlectus est Archiepiscopus Rossanensis an. 1544. à Paulo V. à quo mox ad Tarentinam Ecclesiam translatus 27. Oct. ejusdem anni sedit ibi annis XVI. decessitque Neapoli anno 1560. successorem nactus nepotem Marcum Antonium. Ita *Ugellus* Italiæ Sacræ Tomo nono.

MARCELLUS JULIUS & OCTAVIANUS Columnæ Pompeji Cardinalis fratres, natique ex eis tum suopte ingenio bellicosi, tum conditione temporum ad arma stimulante, magnis eventis & periculis immixti, impigros & fortes se præbuerunt, & præcipuè temeraria illa in urbem Romam irruptione, & Vaticanæ domus occupatione atque direptione an. 1526. patrata, aliisque adversus Clementem VII. Papam ausis famam sibi iverunt quæsitum. Nec SCIPIO Columna, Marcelli F. Episcopali præditus munere sibi temperavit, quin *juvenili ardore exuta*, sicut *Jovii* habent verba, *striata stola non contemnendas copias ex amicis & clientibus compararet*, insigni aliquo facto studium Cæsarearum partium suum apricaturus; sed exitio ista ei vertit πολυπραγμοσύνη: cum enim in Marsorum finibus cum Neapoleono Ursino, Farfensi Abbate vulgò dicto, ætate, audacia atque opibus pari, & Gallicas tunc secuto partes, dimicasset, quadringentis suorum cæsis, & circiter octingentis captis fusus & interfectus est. (r)

(q) *Thuan. Histor. Libro LXXXIV.*
(r) *Jov. de vita Pompeji Columnæ. Guicciard. Hist. Libro XIX.*

MARCUS ANTONIUS Columna, Camilli Ducis Zagarolæ F. ab ipsa adolescentia ad Philosophiæ ac Theologiæ studium animum adjiciens, eximia citò non modò ingenii, excelsæque indolis, verùm etiam probitatis ac „ virtutis documenta dedit. In Collegio Romano Societatis Jesu doctoris „ insignibus ornari voluit; hinc *Archiepiscopus Tarentinus* à Pio IV. Papa „ electus, cùm Tridentino interfuisset Concilio, ab eodem *Cardinalis Presbyter titulo Basilicæ SS. Apostolorum*, posteaque sub Pio V. *Archiepiscopus* „ *Salernitanus*, & Sixto V. sedente *Episcopus Cardinalis Prænestinus* creatus „ est. A Gregorio XIII. delatam Piceni & Campaniæ legationem tanta justitiæ & humanitatis gloria administravit, ut posterior provincia etiam à „ Sixto V. iterumque à Gregorio XIV. ei delegaretur. Vaticanæ bibliothecæ à Clemente VIII. præfectus benignum se omnium doctorum hominum „ Mœcenatem præstitit, quibus semper anteà faverat continuo patrocinio „ pecuniaque: insignis enim fuit ac penè regia illius ergà omnes bonos, doctos & pauperes liberalitas, & nunquam exhausta benignitas. Obiit Zagarolæ in Diœcesi Prænestina & ibidem in monasterio S. Mariæ Ordinis „ S. Francisci sepultus fuit. (*s*)

In POMPEJO Columna Gallicani Principe defecit *linea Zagarolensis*, postquam oppidum hujus nominis, Ducatus titulo insigne, jam è familia migrasset, ab illius genitore Principi Ludovisio venditum; Gallicanum verò post ultimi Principis obitum Stephanus Pallavicinus Genuensis Patricius ære sibi comparavit; hæredem de cætero universalem ille instituit *Stephanum Columnam Bassanelli Ducem*, è linea Prænestina.

AD TAB. III.

FABRITIUS Columna, Odoardi Marsorum Ducis filius natu minimus, Prosperi, patruelis, perpetuus ferè commilito fuit, pari gloriæ militaris præconio celebratus, licet dissimilis moribus, quorum *cum Prosperi virtutibus prudenti & dextrà mixturà id evenisse* Jovius ait, *ut uterque ab eo temperamento se ipso major & clarior evaderet*. (*t*) Cum ambo sub Ferdinando Rege Neapolitano stipendia fecissent, post ejus obitum majorum spe præmiorum, multoque magis dolore, quod primum locum apud Alfonsum, illius successorem, ampliores que partes Virginius Ursinus, adversæ factionis princeps, obtineret, sese Regis Galliæ stipendiis addixerunt, clam initio, palàm verò ejus signa secuti sunt, simul ac Obignius cum Gallicis copiis in Æmiliam esset ingressus, Ostiæque arcem ope quorundam Hispanorum, qui in præsidio ejus erant, occuparunt. Ea propter ab Alexandro VI. Pontifice, Alfonsi fœderato, citati, cum non parerent, ædes, quas Romæ habebant, demoliri ille jussit, copiasque suas in eorum ditionem misit, sed nullo successu. A Galliæ verò Rege sicut *Prosper* Trajectensi Ducatu, ita *Fabritius* Albensi ac Taliacotii ditione, à Virginio Ursino prius possessâ, auctus est. Ea ut sibi conservarent, ubi Gallorum res inclinari viderunt, à Gallicis ad Ferdinandi II. Regis Neapol. stipendia transierunt, Virginio Ursino iterum, præter alia prætexta, obtentui sumto, quod videlicet is à Gallorum Rege, ad quem defecerat, liberaliter acceptus, suorum verò in Regem meritorum minor ratio habita esset. (*u*) Anno deinde 1501. cum Fridericus Rex Neapol. Gallorum Hispanorumque armis circumventus esset, missus ab illo Fabritius Columna ad Capuam defendendam, eâ à Gallis occupatâ, ipse etiam captus, sed paulò post facta inter Obignium Gallorum ductorem, & Fridericum Regem compositione, mulctaque persoluta libertati redditus est. Maximoperè postea virtus ejus enituit in memorabili ad Lyrim S. Garilianum flumen prælio, sub exitum anni 1503. commisso, quo Gallos jam flumen transgressos primos invasit, & quamquam tormenta hostium à superiore inferioreque ripa incessanter emissa præsentem ipsi suisque mortem intentarent, mira fortitudine & magna cum clade rejecit, summisque ducibus admirationi fuit. Verùm in Ravennensi pugna adversum rursus expertus est casum; in ea enim dum inter confertissimos dimicat captus est à militibus Alfonsi Ducis Ferrariæ, bo-

no

(s) *Ciaccon. Tomo III. p.* 946. (t) *Elog. Libro V.* (u) *Guicciard. Hist. Libro I. & II.*

no suo fato; ab eo enim non tantum à Gallorum, qui eum postularunt, injuriis egregia fide servatus, sed etiam gratis in libertatem restitutus est, quam Alfonsus postea vicissim Fabritio debuit, cum ab hoc Româ, ubi faba in ipsum à Julio Papa cudebatur, Marinum incolumis perductus fuisset. (w) Octo exinde annos adhuc vixit Fabritius Columna, & denique Neapoli supremum diem explevit, Regni Neapolitani Magni Comestabilis honore, Ducatu Taliacotii, Marchionatu Atissæ & Manopelli, Albæque Comitatu amplificatus.

ASCANIUS Colnmna, belli & pacis artibus clarus, Carolo Cæsari in defensione Regni Neapolitani fortem navavit operam, & in navali pugna adversus Philippinum Auream, Gallis stipendia facientem, qua Hugo Moncada Prorex mortem oppetiit, vitæ discrimen adiit, navi qua vehebatur penè submersa & ardente, remis fractis, militibus ferè omnibus cæsis, ipsoque vulnerato, inauratorum verò splendore armorum fato ereptus in hostium manus pervenit. Quo temporis tractu, anno nempè 1528. frater quoque ejus, SARRA Columna, cùm Pallianum à pontificiis pro Vespasiani filia propugnatum expugnasset, à Farfensi Abbate, qui id recuperavit, captus est, sed Ludovici Gonzagæ opera aufugit. (x) Undecimo abhinc anno, qui trigesimus & nonus seculi fuit, cùm Paulus III. Papa belli contra Ascanium Colnmnam materiam quæreret, Petrus Ludovicus Farnesius, illius filius, unà cum *Martio Columna*, cui cum Ascanio malè conveniebat, ad hujus matrem, extra Romam habitantem, accessit, precatus, ut filiam natu minorem, in materno adhuc se continentem lare, Martio nxorem daret, id enim à Pontifice vehementer desiderari. Illa rem ad Ascanium rejiciente, à quo dos virgini danda esset, isti viris armisque instructi vim adhibuerunt, virginemque ad domum Principis Sulmonensis Caroli Lannoji, cui cum Ascanio inimicitiæ intercedebant, ex actione quam in Columnensem aliquam ditionem uxorio jure moverat, ortæ, abduxerunt, nuptiasque ibi peregerunt. Graviter & acerbè hanc tulit injuriam *Ascanius*, lecto tunc ob morbum affixus, & postquam convaluit, alias quoque irarum adversus aulam pontificiam causas nactus, ditionem Ecclesiæ incursavit, prædasque egit, sed Papa copias contra eum suas expediente, nemine verò in ipsius auxilium se movente, imperata facere coactus est, quemadmodum Jo. Bapt. Adrianus Historiæ suæ Libro II. literis prodidit. Variis deinde jactatus casibus, cùm in suspicionem venisset proditi consilii, quod ab Hispanis de occidendo per sicarium Ferdinando Sanseverino Principe Salernitano captum fuit, in Aprutio anno 1554. detentus, Neapolimque in arcem novam transportatus est, ubi tertio custodiæ suæ anno fatis concessit. (y) Uxorem habuit *Johannam Aragoniam*, fœminarum præstantissimam, & omnium sui ævi virorum doctorum elogiis celebratam, quæ collegit, & Venetiis anno 1555. edidit *Hieron. Ruscelli* sub titulo: *Tempio alla divina Signora D. Giovanna d'Aragona, fabricato da tutti i più gentili spiriti, ed in tutte le lingue principali del mondo.*

Liberorum Ascanii Columnæ dura sub pontificatu Pauli IV. fuit conditio; equidem FABRITIUM, filiorum illius natu maximum, fata ante patrem rebus humanis exemerunt; at MARCUS ANTONIUS patri superstes proscriptiones, oppidorumque, quæ intra fines Romanæ Ecclesiæ habebat, spoliationes passus est; ea Pontifex consanguineis donavit suis, matris verò *Johannæ Aragoniæ* quæ Romæ substitit, dignitati id indulsit, ne in carcerem dnceretur, ea tamen lege, ut domi se contineret, neque pedem inde efferret. At ea simulac rem ad bellum spectare, & oppida filii invadi intellexit, vestibus mane summo commutatis, cum filia & nuru, corruptis aut deceptis portæ custodibus, egressa urbe, conscensis, quos ad id præparaverat, equis, protinus Neapolim aufugit. Cæterum *Marcus Antonius* dum ira Papæ cum spiritu deflagraret, Hispanis egregia militavit fama, & mille peditum Italicorum ductor insignem in bello Senensi eis navavit operam, deindeque ab Albano Duce Romano immissus agro vicem Pontifici retribuit. Eo mortuo à Pio IV. avita recepit castella, atque à Pio V. anno 1570. supremi Præfecti copiarum Ecclesiasticarum, ad expeditionem maritimam contra Turcas conscriptarum, munere honestatus, vexillum in templo

 S. Pe-

(w) *Id. Libro XI.* (x) *Guicciard. Libro XIX.* (y) *Summont. Hist. Neap. Libro IX. p. 249.*

S. Petri sollemni cerimonia d. xi. Junii accepit, atque anno secuto in celebri ad Echinadas prælio secundas à Johanne Austriaco tenens, re benè gesta redux in patria more prisco Prid. Non. Dec. triumphavit. Regno Siciliæ posteà Proregis dignatione à Philippo II. Rege præfectus, & denique in Hispaniam accitus, atque ingenti illi classi Hispaniæ, quæ adversus Angliam instruebatur, dux destinatus, cum Barcinonem appulisset, exscensione facta ægrotare cœpit, aërisque mutandi causa cùm Medinam Cœli concessisset, tandem acerrimis doloribus conflictatus, non sine suspicione veneni, vitam cum morte commutavit, Regi magno sui desiderio relicto. (a)

„ FABRITIUS Columna, Marci Antonii filius natu maximus, navali„ bus Siciliæ copiis præfuit, cumque primo ætatis flore bellum Lusitanum „ contra Mauros acriter capessivisset, quemadmodum concitatissimum, ita „ brevissimum cursum ad gloriam habuit, quippe vi morbi ad Calpen subla„ tus è vivis, in maris Immenso sinu sepulcrum invenit, quem capere terra „ non poterat, sicut refertur in *Iconibus & Memoriis Columnensium Procerum*, Romæ anno 1675. excusis. ASCANIUS illius frater togæ studiis clarissimus à Sixto V. Papa in sacrum cooptatus est Senatum, & per Diaconorum Presbyterorumque ordines ad Episcopatum Prænestinum anno 1606. ascendit. Antequam verò eò pertingeret, quod Clementi VIII. se esse minus gratum intelligeret, ob literariam controversiam de Regno Siciliæ contra Cardinalem Baronium susceptam, invitatus à Rege Hispaniarum, ut Regno Tarraconensi Proregis dignatione præesset, eò se contulit, illudque summa cum æquitatis laude per triennium administravit, ac deinde reversus est Romam, ubi demum exiit è vita, anno ætatis XLIX. Mores ejus ingeniumque scitè ut omnia *Janus Nicius Erythræus Pinacotheca altera sub Num.* XLVIII. expressit.

MARCUS ANTONIUS Columna, Fabritii Principis F. cum *suorum civium expectationem magnarum apparatu laudum*, ut habent verba citati paulò ante de Proceribus Columnensibus libri, *superavisset, non ætatis, sed virtutis maturitate decessit* annos XXI. natus, & triduo ante obitum pater factus filii homonymi, qui paternæ rei successit & fato, Romæ anno ætatis XIV. mortuus. PHILIPPUS patruus hæreditatem ejus avitarumque ditionum adiit, quem *dominatricem urbem nunquam passum esse servilem, Romanos officio promeruisse, exterorum æmulationem compescuisse* Memoriæ citatæ prædicant.

De filio Philippi natu maximo ita eædem Memoriæ: FRIDERICUS *Buteræ Princeps, Magnus Neapolit. Regni Comestabilis, Philippi IV. Hispan. Regis ab intimo clavis aureæ conclavi, Valentiæ Prorex, in tumultuantem Gothalaniæ Principatum Locumtenens, regiæ militiæ Præfectus, Tarraconæ obsidionem cum maritimam solvit constantissimus, ibidem pro animi magnitudine gloriosus decessit, ætatis suæ XLI.* Nimirum è Valentia, quam gubernabat, in Cataloniam se conferre, & supremum belli adversus rebelles eorumque adjutores Gallos moderamen suscipere jussus, Tarraconam, acri ab illis obsidione pressam, mira fortitudine & constantia servavit usque ad adventum subsidiorum, quæ Maquedæ Dux navibus adduxit; sed paucos tantum dies liberationi urbis superstes mansit, contracta enim ex assiduis laboribus, vigiliisque & curis infirmitate spiritum ibidem reddidit, maximo sui desiderio Regi relicto. Principatum Buterensem in Sicilia illi attulit uxor *Margarita Branciforte*, illustri sanguine creta, Francisci Principis de Butero & Pietrapercia filia unica è Johanna Austriaca, Caroli V. Imperatoris nepte, nata, quoniam verò nullam illa post se reliquit prolem dictus Principatus ad Brancifortios relapsus est.

HIERONYMUS Columna, Philippi filius secundogenitus, sacra purpura ab Urbano VIII. ornatus, & inter *Diaconos Cardinales* initio relatus, deinde ad Presbyterorum ordinem provectus, atque *Archipresbyter Basilicæ Lateranensis*, nec non *Archiepiscopus Bononiensis* renunciatus est, & denique hujus Ecclesiæ administratione abdicata *Episcopi Cardinalis* dignatione Tusculanam rexit, totius sacri Senatus lumen & decus eximium. A Rege Catholico Philippo IV. in Hispaniam jam sexagenarius accitus, ut Margaritam Infantem, Leopoldo Imperatori desponsatam, in Germaniam deduceret, dum illic commoratur, supremis ejus interfuit, moxque à successore Carolo II. in nu-

(a) *Thuan. Hist. Libro LXXX.*

numerum Consiliariorum Status ac belli cooptatus, & annua scutorum septem millium pensione donatus, destinatum ingressus est iter. In Italiam feliciter cum Augusta sponsa delatum, & vix è navi egressum febris corripuit, qua subito ingravescente Finarii in Liguria extinctus est anno suo climacterico.

MARCI ANTONII Columnæ, Hieronymi fratris, ornamenta refert epitaphium, quod Paliani in æde Collegiali S. Andreæ ad majorum tumbas ei positum fuit, ita se habens:

D. O. M.

Romani Nominis Gloria
Jacet hic
Princeps Excellentiss. Marcus Antonius Columna,
Magno Philippo Parenti par ubique Filius,
Paliani, Taleacotii Dux, Castilionis Princeps,
Magnus Neapolitani Regni Comestabilis,
Eques Velleris Aurei, Magnas Hispanus,
In Regno Siculo & Neapolitano
Supremus Equestrium Copiarum Præfectus,
Cæsareus Ferdinandi III. Orator,
Isabellæ Joenæ Castilionis Principis,
Regio Sanguine, & Animo Inclytæ Fœminæ
Conjux Amantissimus.
Morum Generositate, Animi Magnificentia
Dignus, Qui Columnensis Generis Splendorem
Tot Laureis, & Purpuris Radiantem
Sui Fama Nominis illustraret.
Parenti Charissimo simul, & Clarissimo
Laurentius Filius
Funebre hoc Monumentum
Pos. A. D. M. D. C. LIX.
Isabellæ Joenæ
Regiæ Angioinorum Utriusque Siciliæ Stirpis
Ultimo Germini
Supremo Pietatis Fœtui
Virtutum omnium Filiæ,
Matri suæ Optatissimæ
Laurentius Honuphrius Columna
Obiit Romæ Die XII. Januarii.
MDCLV.

LAURENTIUS *Onuphrius* Columna, modò nominatus, Magnus Regni Neapolitani Comestabilis è sua gente octavus, & PHILIPPUS, ejus frater, Princeps Sonnini dictus, inclaruere inprimis matrimoniis quæ contraxerunt; priori uxor obtigit ortu Itala, animo & moribus Galla, claro apud vulgum rumore per regios amores, regiique spem tori, qua semet lactavit, ac denique ob regiam, qua elocata fuit, dotem, cujus ea esse solet vis, ut nullum vitium vitio vertatur. In magna postea & Italis invisa celebritate cùm Romæ vixisset, repentino discessu fama nominis sui omnem implevit Europam; sed in Flandria volitantem Rex Hispan. sistere gradum coëgit, & Madritium deportari jussit, ubi inter moniales Dominicani ordinis egit, cum ejus

ejus maritus, ad administrandam Proregis dignatione Aragoniam à Rege evocatus, eòdem sub exitum anni 1678. venisset; quem ad colloqnium quidem admissum sequi noluit, eamque ob pertinaciam Castellano Segoviensi in custodiam tradita fuit. Divortio ad extremum facto, illa in monasterio Conceptionis Hieronymitarum velum induit, vir verò Papa dispensante Melitensi ordini nomen dedit, *magna*, ut vocant, *cruce* insignitus. Eidem an. 1680. per Senatusconsultum Hispanicum jus proëdriæ collatum fuit in solemnitate illa, qua annuatim equus candidus Papæ, nomine Regis Catholici ratione Regni Neapolitani, offertur. Post Marchionis Carpiensis, Proregis Neapolitani, obitum vice ejus per biennii spatium functus est, & denique Romæ fatis concessit, tribus relictis filiis legitimis, cum notho, quem è Comitissa *Stella* sustulit, cuique quinquaginta scutatos menstruos legavit. Natu maximus ex genuinis PHILIPPUS in honores titulosque & bona avita successit, atque à Rege Hispaniæ torque equestri Aurei Velleris, nec non perpetua ad offerendum Pontifici Romano eqnum candidum legatione honestatus est, in secundo jam vivens matrimonio. MARCUS ANTONIUS secundogenitus præcipitato ex amoris æstu cnm fœmina forma magis quàm dote prædita, haud tamen ignobili, & maternum genus ad Leicestriæ Comitem, in Anglia, gratia Elisabethæ Reginæ florentissimum, referente, matrimonio, fratribus cognatisque stomachum movit, eaque propter procul ab illis ætatem egit, quatuor jam liberorum sequioris sexus pater, sicut accepimus. CAROLO natn minimo Innocentius XII. Papa inter domesticos suos Præfecti domus (*Maggiordomo*) dignatione adscito, & Principi Protonotariorum Apostolicorum creato spem galeri rnbei injecit, sed morte sua destituit; quam contrà illius Successor Clemens XI. implevit.

PHILIPPUS Colnmna, Laurentii Comestabilis frater, Abbas initiò audiit, postquam verò ad *Cleriam Cesarinam*, forma ejus & dote captus, animum adjecisset, Principis *de Sonnino* titulum assumsit, sed maxima speratæ dotis parte excidit matrimonio Liviæ Cesarinæ, quæ Cleriæ soror natu major erat, monasterio jam mancipata, cum Friderico Sfortia inito, in quo discindendo incassum laboratnm fuit. Fratris deinde Hispanicis majornm exemplo dediti partibus æmulatione Gallicas amplexus est, Ordinisque regii S. *Spiritus* insignia Romæ solemni pompa anno 1675. die 29. Sept. accepit. Filiorum ejus natu maximus post genitoris fata, virginem Neapolitanam benè dotatam connubio sibi junxit, cujus paternum genus è Belgica oriundum est, maternum verò è Picolomineis Senensibus, cujusque soror eodem tempore Carolo Carafæ, Principis de Belvedere gnato, nupsit.

AD TAB. IV.

STEPHANUM Colnmnam, Nicolai filinm, à gnato fratris sui vita privatum esse *Philadelphus Mugnos* refert, atque interemtorem quintum inter Jacobi Columnæ Filios fuisse subjnngit, sed istius solummodo nomine expresso. Tertius STEPHANUS, quarta dictus Tabula, Francisci F. ille fuisse mihi videtur, qui bellica gloria seculo floruit decimo sexto, partà primùm sub auspiciis Regis Galliæ, à quo torque Ordinis equestris S. Michaelis decoratus est, dein sub vexillis Romanæ Ecclesiæ, & denique cùm à Cosmo M. Duce Hetruriæ liberali stipendio CCC. ducatorum menstruorum Locumtenentis summi dignatione conductus esset; atque hic ejus opera, manu & ingenio difficillimis occasionibus semper usus est: omnibns quippe virtutibus, quæ belli ducem ornare solent, Stephanns præditus fuit, anthoritate, experientia, fortitudine & fidelitate. Ista in statione ætatem ille peregit, Pisisque mortuns & Florentiam deportatus, splendido ibi & freqnentissimo funere tumnlatus est, quemadmodum *Jo. Bapt. Adrianus* Historiarum Libro III. & VII. literis prodidit.

FRANCISCO Colnmnæ, Johannis F. à Pompejo Columna, (an ab illo, cnjus gnatus filiam illius unicam in matrimonio habuit, incertum) necem illatam esse, Mugnosium iterum autorem habemus, nepos eidem è fratre Julio Cæsare fuit, *homonymus*, qui Præneste, vetus Columnensium castrum op-

oppidumque, Barberinis vendidit, atque exinde Carboniani Principis titulo usus est. Ita alienato fundo avito, ossa etiam majorum, quæ ibi requiescebant, inde tolli & Romam transportata in æde S. Mariæ Majoris instauratis inferri curavit tumulis, erecto monumento, cui hæc inscripta leguntur:

ANTONII BARBERINI hujus Basilicæ Archipresbyteri
Auctoritate, Canonicis ultro concedentibus,
FRANCISCUS COLUMNA, Carboniani & Rubiani Princeps,
Sepulchrum Procerum Columnensium
Restituit, ornavitque
Avorum cineres ex Præneste ab se translatos,
In sanctiorem hunc locum
Majorum suorum liberalitate
Cultum sub Virginis patrocinio composuit
Sibi Monumentum, posterisque perpetuum voluit,
Atque anniversario Sacrificio injuncto,
Corporibus animisque consuluit
Anno Domini M. DC. XXXII.

JULIUS CÆSAR Columna, Carboniani Princeps, vitam ad octuagesimum prope annum produxit, atque è quatuor, quos habuit, liberis, trium funera extulit, videlicet *Artemisiæ*, *Alexandri* & *Stephani*. Huic frater natu major, modò nominatus, cum sacræ purpuræ spe, qua tamen frustratus est, togam sumsisset, jus primogenituræ cessit; eundem Pompejus Columna Princeps Gallicani hæredem instituit, ea lege ut ex Comestabilis Neapolitani domo uxorem duceret; cui equidem morem gessit, sed sterili usus est matrimonio. Ad ÆGYDIUM itaque, natu minimum Julii Cæsaris Principis Carboniani filium, stirpis propagatio rediit, quod ille officium haud deseruit, sed conjugio repetito utriusque sexus liberos genuit, & fato defunctus post se reliquit.

AD TAB. V.

QUI in Siciliam ex Columnensi stirpe transplantatus est surculus, nobilissimæ, non secus ac ista, fertilitatis, quinta conspicitur tabula; autor genealogiæ quam ibi dedimus, *Philadelphus Mugnosius* est, jam nobis dictus: cognomen *Romani* familiæ ex veteri ortum esse ait Siculorum more, quo insignes viros à patria ipsorum appellare consueverint, hinc cum FRIDERICUS Columna, in Siciliam cum fratre suo *Johanne*, in Archiepiscopum Messanensem electo, delatus, sedem ibi, ducta uxore ex *Anivarum* illustri gente, fixerit, Romani nomine non ipsum tantum, sed omnem ejus posteritatem salutatam esse. Filii illius, JOHANNIS, eam statim fuisse existimationem, ut summum ipsi apud Messinenses officium, quo fungentem *Straticum* vocant, demandatum fuerit, hujusque posteà gnatum CHRISTOPHORUM à Friderico Aragonio Rege Siciliæ Baronatu *Cesarensi in Valdemona* anno 1332. auctum esse idem autor tradit; Ab ejusdem nepotibus *quatuor* ortæ sunt *lineæ*; prima Baronum *de Cesarò*, cujus continua series apud Mugnosium desideratur, postquam quoad mares extincta ad unicam sequioris sexus hæredem rediisset, cum secunda coaluit, per matrimonium PAULÆ Baronissæ *de Cesarò* cum JOH. JACOBO Barone *de Fiume de Nisi*, quorum progenies hodieque viget, ortusque ex ea est FRANCISCUS Romanus Columna, qui Ducis *de*

Reytano titulo insigniri meruit; primatus tamen & primogenitura in familia penes Barones *de Fiume de Nisi & Cesarò* est, ex quibus THOMAS, Josephi Filius secundogenitus, superioribus eminuit annis, quippe qui fratri natu majori MARIO, quod is gibber esset, in successione ex Regia dispensatione fuit prælatus. Tertia linea Barones *de Montalbano*, *Refuttano & Favarotta* produxit; quarta verò Barones *de Calatabiano & Palizzi*, ex quibus orti sunt *Marchiones de Albavilla*, sive *Altavilla*, qua dignatione primum mactum fuisse JACOBUM Columnam Romanum, Josephi Filium, vigore privilegii Madritii an. 1646. d. 8. Mart. dati, *Diegus Vincentius de Vidania in Genealogia familiæ Benavidesiæ* refert.

GAMBA-

GAMBACURTIÆ FAMILIÆ

Pisis in Etruria olim, nunc in Regno Neapolit. illustris,

GENEALOGIA.



GAMBACURTÆ scuto uti consueverunt *aureo*, in quo *Leo* conspicitur *erectus septem tæniis nigris argenteisque variegatus*, cum *cephalo rubeo cruce argentea* qualem *Calatravenses* Equites gestare solent, insignito.

GAMBACURTIÆ

I. ANDREAS GAMBACORTA

II. Petrus Gambacorta, *Dominus Pisarum* 1369. occ. 1392. Ux. 1. *Pisana*, 2. N. *Auria*, *Genuensis*.

III. Laurentius. Benedictus. *occisi unà cum patre an.* 1392. — Tora, *monialis* sub nom. *Claræ* † 17. Apr. 1420. — Johannes Dom. Pis. an. 1405.

IV. Gerardus Gambacorta Dominus *Vallis de Bagno*.

V. Petrus Dom. *de Campochiaro*. *Selvagia Strozzia*. — JOANNES Dom. *de Celenza*. *Vid. Schema II.* — Ginevra, nup. 1. N. *Com. Brocearao.* 2. *Christophoro Cajetano*.

VI. Malatesta, II. Dom. *de Campochiaro*. *Maria de Bostariis*. — Marcellus, Eq. *Hieros. & Commendat. S. Joannis*. — Ferdinandus. † 1543. *Antonia Scondita*.

VII. Jo. Baptista, III. Dn. *de Campochiaro*. *Joanna d'Annecchino*. — Jo. Berardinus. — Hannibal Baro *de Toraca*. *Joanna Carafa, Ferdinandi ex Duc. Ariani* F. — Jo. Alphonsus, *monachus Dominic.* — Scipio. *Constantia de Montalto*.

VIII. Jo. Alphonsus. — Jo. Petrus. — Jo. Donatus. — Jo. Maria. — Ferdinandus † *inf.* — Fabritius B. *de Toraca*. *Virginia Gambacorta, Marci Antonii Dom. de Frasso* F. — Jo. Antonius.

IX. Hannibal Dn. *de Frasso & Milzano*.

FAMILIÆ SCHEMA.

I. DOMINUS PISARUM 1347.

II. Gerardus Gambacorta *Dn. Scarlini.*

III. Rinierius, *Marescallus Regni Neapol.* 1392. — Carolus, † 1396. — Andreas *Archiepisc. Pis.* — Jacobus. — Antonius.

IV. Uxor, *Margarita degli Albizi, Rinaldi* F.

V. Bartholomæus, *Eques Hierosol. Commendator S. Johannis in Fonte Padula.* — Sfortia Gambacorta. *Viola Monforte, Caroli Com. de Termoli* Fil. — Andreas. — Joanna, ux. . . . . . *Cicinnelli.*

VI. Antonius Gambacorta.

VII. Andreaua, *monialis.* — Petrus, † *cœlebs.* — Diana, ux. *Marini Mastrojudice.* — Hippolyta, nup. 1. *Matthæo Rocco*, 2. *Jacobo Rombo.* — Lucretia, ux. *Joannis de Rossis.*

VIII. Aurelia, ux. *Vincentii Caraccioli.* — Cæsar. — Horatius. — Antonius. — Pompejus.

GAMBACURTIÆ

V. **JOANNES GAMBACORTA**, Gerardi Filius secundogenitus, DOMINUS de uxorem *Margaritam de Monforte*, Caroli

VI.

- Carolus Baro *de Celenza. Diana Siscara, Pauli Com. d'Aiello* F.
- Angelus, *Eq. Hierof. Commendat. S. Joannis.*
- Francisca *Fundatrix monasterii S. Mariæ Reginæ cœli.*

VII.

- Jo. Paulus B. *de Celenza. Constantia Tuttavilla, Hieronymi Com.* F.
- Jo. Vincentius.
- Margarita, ux. *Mutii Capece.*
- Domicella *Abbat. ad S. Archang.*
- Euphemia, *monialis.*
- Archilus.
- Angelus.

VIII.

- Carolus B. dein Marchio *de Celenza*; cr. 1598. *Victoria Caracciola, Josuæ* F.
- Dianora.
- Olympia.
- Julia.
- Isabella.

IX.

- Jo. Paulus.
- Andreas.
- Jo. Vincentius.
- Marcus Antonius.
- Diana, nup. *Joanni Andreæ Gambacortæ.*

FAMILIÆ SCHEMA II.

Gambacortæ & Margaritæ Albiziæ
CELENZA *Ripa & Loratino* per
Comitis de Termoli Filiam.

V.

VI.

Francifcus Gambacorta. *Catharina della Ratta, Francifci, II. Com. Caferta* F. † 1511.

Laura ux. *Antonii Guinnazi B. de Mirabella.*

Beatrix, ux. *Jo. Baptiftæ Caraccioli, dicti Ingrelli.*

VII.

Jo. Balthafar. *Virginia Columna, Marcelli Dom. Zagarola Fil.*

Anna nup. *Julio Antonio Aqaaviva C. de Bitonto.*

Margarita, ux. *Antonii Monforti.*

Johanna, nup. *Hannibali Maftrojadice.*

VIII.

Marcus Antonius Baro *de Fraffo & Limatola.* *Ifabella Columna, Alexandri* F.

Francifcus Baro *Limatolæ.* 1. *Topatia Agliati.* 2. *Ifabella, Jo. Donati de Marra* F.

Marcellus.

IX.

Virginia, nup. 1. *Fabritio Gambacorta B. de Toraca,* 2. *Marcello Pignatello,* 3. *Fabritio Cofciæ.*

2. Jo. Balthafar.

2. Jo. Andreas. *Diana Gambacorta, Caroli M. de Celenza Fil.*

X.

Francifcus Dux *de Limatola.*

Petrus, *Theatinq.*

Ifabella, nup. *Joanni Baptiftæ Carafa.*

E X E-

EXEGESIS HISTORICA.

GAMBACURTÆ imperio quod Pisis, Etruriæ urbe nobilissima, aliquandiu tenuerunt, illustrati sunt; jus civitatis hujus jam an. 1160. Friderico Barbarossa imperante, obtinuisse in Annalibus leguntur: sed ad autoritatem & potestatem summam, quam in illa consecuti sunt, viam aperuit ANDREAS, quippe qui ope propinquorum suorum, nec non Agliatorum, an. 1347. civitatem tyrannide Dini & Tinuccii *de Rocca* oppressam in libertatem vindicavit, & Reipublicæ administrationem in se transtulit; etiamsi verò filios post se reliquisset duos, non hos tamen, sed *Lottum* & *Franciscum* Gambacurtas, quos ex fratre ejus natos esse arbitrantur, successores in regimine civitatis habuit: his an. 1355. qua tempestate Carolus IV. Imperator Pisis agebat ab adversa factione per tumultum è medio sublatis, PETRUS & GERARDUS, Andreæ filii, exilii causa solum verterunt; *Petrus* Florentiam, Aretino referente, se contulit, & in omnes occasiones intentus, discursiones in Pisanum agrum crebras suo nomine fecit, conatus si qua posset in patriam regredi; demum an. 1369. accidit, ut Joannes cognomento Agnus, qui Pisanis tunc præsidebat, Lucam ad salutandum Carolum Imperat. profectus, ibi casu quodam prolapsus coxam frangeret; delatus confestim Pisas rumor, alios spe, alios metu concitavit, totaque civitas fuit in armis, prævalenteque diversa factione *Petrus Gambacorta*, qui ad eam diem exularat, favore suorum receptus gubernationem Reipubl. suscepit. (a) Hac XX. & amplius annos præclarè functus indignum regiminis & vitæ exitum habuit, quem verbis scriptoris paulò ante citati referam: *Pisanorum civitas satis diu sub gubernatione Petri Gambacurtæ requievit. Is fuit modesti vir animi, & Florentino Populo inprimis amicus. Habuit verò adjutorem rerum agendarum Jacobum Appianensem scribam, qui cùm multos annos ei obsecutus esset, cunctaque etiam secretissima arduissimaque tractaret, in eam paulatim ascendens devenit potentiam, ut dominatori etiam ipsi formidabilis esset. Factionem enim sibi non mediocrem comparaverat in Pisanis, præsertim eorum hominum, qui Mediolanensi favebant, Florentinis adversabantur. Nam has quidem partes Jacobus ipse vehementer auxerat, filiumque ejus Vannem vigente nuper bello ad Galeatium palàm miserat, adversus Florentinos militaturum. Hic Vannes in fuga illa hostium ex agro Pistoriensi facta captus à nostris fuit, quæ res facinus jam compositum longiùs retardavit. Ostendit verò Galeatius, quanti faceret hunc juvenem, quamque sibi placerent illius cogitata, quod Johannem Riccium, de cujus captivitate ac retentione supra diximus, Appianensi concessit, quo filium redimeret. Redemto igitur juvene, ac Pisas reverso, suspiciones majorem in modum creverunt, multique Petrum monebant, ut ab insidiis caveret. Nam comparari ab Appianensi vires, ac se præmunire non obscurum erat. Nec sanè ipse negabat, sed adversus Janfrantos inimicos suos, ne quid mali pateretur, sese munire prædicabat. Petrus autem Gambacurta utpote vir bonus, qui non de alio crederet, quod non ipse faceret, quamvis sæpè admonitus, fidem non adhibebat. Itaque antevenit Appianensis, ac Petro Gambacurta cum filiis interfecto, imperium sibi civitatis arripuit.* (b)

Cum illo modo Dominium Pisarum ad Appianos transiisset, venditum ab eis est Joanni Galeatio Duci Mediolanensi, qui moriens per testamentum Gabrieli Mariæ filio suo illegitimo illud legavit: hic animi consiliique impos civitatem cum omni ejus ditione Florentinis pretio CC. millium florenorum vendidit, arcemque eis illicò tradidit an. 1405. hanc Pisani resumta libertate eodem anno in suam potestatem redegerunt soloque æquarunt, quare bellum illis à Florentinis indictum illatumque est: id Pisanis grave multò gravius intestinum dissidium effecit, quod JOHANNI Gambacurtæ Petri filio, ansam recuperandi dominii Pisani præbuit, sicut *Antonius Archiepiscopus* *Flo-*

(a) *Aret. Hist. Florent. Libro VIII.*
(b) *Ibid. Libro XI.*

Florentinus memoriæ prodidit verbis sequentibus: *Erant in civitate Pisana nempè factiones duæ: altera Gibellinorum, Guelforum alia. Prioris caput erat familia eorum qui dicebantur* agnelli *seu* rafpantes, *alterius familia dicebatur* Gambacurta, *quos vocabant &* bergolinos: *Initio belli Gebellini urbem regebant, expulsis antè Gambacurtis. Visum est admodum utile ad urbis defensionem Pisanis odia intestina sopiri, exulesque in urbem reduci, quo facilius plurium consilio auxilioque unita civitas defenderetur. Advocarunt igitur* Johannem Gambacurtam *cum sua secta, qui in urbem restituti, abolitis prioribus, ut videbatur, odiis, firmataque inter eos jurejurando pace, publicæ utilitati consulere videbantur. Addita est etiam Religio, cujus vinculum frangere nefas & scelestum putatur. Ambo enim earum familiarum capita ejusdem hostiæ sacramento fœdus inter se firmarunt. At paulò post repetita priorum injuriarum memoria, neque pluris Religionem quam fidem faciens, Gambacurta occiso Johanne Agnello, multique ex primoribus adversæ factionis civilibus cæde sublatis, tyrannidem urbis occupat, sperans, propter pristinam suæ domus conjunctionem cum Florentinis, se ejus voluntate susceptam tyrannidem retenturum;* (c) sed ea spe frustratus cum urbe à Florentinis circumsessa, acriterque armis sed magis fame oppugnata, & spe omni auxiliorum extraneorum consumta, eam seque mox in potestate victorum fore videret, extremam necessitatem spontanea deditione prævenire statuit, tentatisque Decemviris Florentinis ita cum eis pactus est, ut sibi darentur Florenorum millia L. duo oppida, quæ de Comitibus Balnei capta erant, immunitas prætereà sibi familiæque & domus Florentiæ concederetur. His conditionibus utrinque confirmatis deditio Pisarum Florentinis facta est V. Idus Octobris anno MCCCCVI. (*d*) hicque finis fuit imperii Gambacurtarum ea in civitate.

Translato inde ab illis domicilio in Vallem, qui *à Balneis* nomen habet, GERARDUS Gambacorta Joanni patri in ditione, quam is à Florentinis acceperat, successit. & in bello, quod Philippus Vicecomes Mediolani Dux cum Florentinis gessit, Garzani strenua defensione laudem sibi peperit, sed eam posteà, orto inter istos & Alphonsum Regem Neapolitanum bello, corrupit consilio sinistro, quo loca illa Regi tradere moliebatur, ut alia in eorum vicem in Regno Neapolitano acciperet, ejus rei *Facius* & *Machiavellus* in Historiis suis mentionem fecerunt, hic aliquantum prolixè, ille verbis paucioribus usus, hunc in modum: *Gerardus Gambacurta Florentinorum dominatum ægrè ferens, castella quatuor, quæ pater à Florentinis acceperat, intra Apenninum sita, per Ludovicum Podium, Montesiæ Ordinis Antistitem, in Regis potestatem tradere se velle pollicetur. Mittuntur ob eam rem in propinqua loca pedites atque equites, qui rem conficiant. Cæterum cum Gerardus promissum exequi vellet (profectis jam ad se, qui Balneum castellum, in quo & familiam & opes suas habebat) proditus à nepote qui turrem arcis cum sociis ceperat, ut Florentinorum gratiam promereret, non potuit destinata perficere.* (*e*) Antonius Gualandus, Pisanus, adolescens audax Machiavello dicitur, qui illa Gerardi destinata evertit, hacque illum usum esse arte refert; dum Gerardus ad portum ad introducendos regios milites concessisset, ipse à tergo eum invadens, tanto conatu ambabus manibus incautum porta ejecit, ut antequam Gerardus sese recolligere posset, præsidiarii Antonii hortatu in ipsis Gerardi oculis portam obserarent, arcemque Reipublicæ Florentinæ assererent. *Cùm ergo ea*, hæc porrò addit Machiavellus, *Florentiam delata fuissent, Florentini non modò Gerardi filium, quem anteà suspicione illis mota obsidem dederat, in vinculis habuerunt, verùm etiam vallem istam, copiis eò missis, in potestatem suam receperunt. Gerardo vero vix fuga se subducere licuit, interim uxore, omnique familia & facultatibus in hostium potestate relictis.* (*f*)

Ad Alphonsum Regem *Gerardus Gambacurta* post improsperum illum eventum, qui in an. MCDLIII. incidit, se recepit, à quo benignè exceptus, & re fortunisque fultus, larem in Regno Neapolitano fixit, ubi progenies ejus hodieque viget in Principibus *de Macchia*, Marchionibus *de Celenza* & Ducibus

(c) *Histor. Tit. XXII. Cap. 4. §. 3.*
(d) *Antonin. Archiep. Flor. Histor. Parte III. Tit: XXI. Cap. IV. §. 2--5.*
(e) *Facius Libro X. Flor. Lib. VI.*
(f) *Machiavell. Hist.*

cibus *de Limatola*, à JOHANNE, filio ejus ſecundogenito, ortis; nam primogeniti, cui PETRO nomen fuit, poſteri cum civilibus fluctibus, quibus jactatum fuit Regnum Neapolitanum ſe commiſiſſent, paullatim interierunt. Claudam narrationem de familia Gambacurtia epitaphiis duobus, quorum prius Piſis in æde monaſterii S. Dominici, in memoriam *Toræ* Petri Gambacurti filiæ, ejus fundatricis conditum fuit, alterum Neapoli in fano Mariæ Reginæ Cæli legitur:

Hic jacet devotiſſima religioſa ſoror Clara vita & miraculis glorioſa, Prioriſſa atque fundatrix hujus monaſterii, filia olim Mag. Domini Domini Petri de Gambacurtis. Obiit Anno Domini MCCCCXX. die XVII. Aprilis. Ætatis vitæ ſuæ LXII. & in monaſterio vixit annis XXXVII.


FERDINANDO Petri filio Gambacurtæ, cujus majores Piſarum dominatu claruere, apud Reges Aragoneos ob rem bellicam ſæpiùs benè geſtam in caris habito, Antonia Scondita, quas cum ann. ferè XLIV. concordiſſimè vixerat, marito optimo fecit; vixit ann. LXVII. obiit MDXLIII.

PIGNA-

PIGNATELLIA STIRPS

In Regno Neapolitano titulis poſſeſſionibuſque, ampla & potens

Hiſpanicisque Magnatibus inſerta.



INSIGNIA Pignatelliæ gentis in illorum ſunt numero, quæ *loquentia*, ſive *æquivoca*, à fecialibus dici ſolent, eò quod nominibus conveniunt ſuis: *ollulæ* quippe, quæ in ſcuto hic exhibito conſpiciuntur, Italis *pignatelle* vocantur; illas verò *nigras aureo in campo* geſtant.

PIGNATELLIÆ
DOMINI DE ORTA ET TURITTO

I. JACOBUS PIGNATELLO, Ricardi F. Prorex Aprutii. 1326.

II. Thomas, Præfectus domus regiæ

III. Angelus, Capitaneus sub Carolo III.

IV. Thomas, dictus vulgò *Masello*. Uxor

V. (1) Joannes *Eques Hierosol.* — (2) Stephanus. *Francisca del Giudice.* — CAROLUS *Vid. Tab. IV.* — Berardus *Eq. Hierosol.*

VI. Cæsar, Dom. de *Orta* & *Turitto. Antonella Palagana*, *Godefridi Dom. de S. Vito Filia.* — Thomas Berardinus.

VII. Alexander, Dn. de *Orta* & *Turitto. Laura della Marra.* — Troianus, *Abbas.* — Sigismundus. — JOANNES BAPTISTA. *Vid. Tab. seq. II.*

VIII. Hector, † *æ*... N. *Caracciola.* — Ludovicus, Dn. de *Orta* & *Turitto. Lucretia de Luna.* — Vespasianus.

IX. Hector, Dom. de *Orta* & *Turitto. Victoria Puppacoda.*

X. Ludovicus, I. MARCHIO de CASALNOVO, Dn. de *Tufata. Isabella Barile*, *Angeli Duc. de Caivano Fil.*

XI. Antonius, II. *March. de Casalnovo*, † cœlebs. — Cæsar, III. March. *de Casalnovo Maria Beltrana*, *Ferdinandi Com. de Misciagna Fil. hæres.*

XII. Joannes, IV. March. *de Casalnovo.* — Margarita, nup. 1. *Francisco Philomarino*, 2. *Placido Dentice.* — Anna, ux. *Jacobi de Russis*, *Duc. delle Serre.*

FAMILIÆ TABULA I.

MARCHIONES DE CASALNOVO.

Uxor, *Sanctia de Madalono*, *Domina de Gerentia*. I.

Sub Roberto Rege. Ux: *incomperta*. II.

Rege. Ux. *incomperta*. III.

1. *Augustina d'Anna*, 2. *Cicella Philomarina*. IV.

PALAMEDES, *Vid. Tab. IV. B.* Troilus. Lanciottus. Constantia, nup. *Galeotto Carafa*. Margarita, uxor *Baptistæ Capece*. V.

Theseus, *Eques Hierof. Commendator de Troja, Aarano & Chieti*. VI.

HANNIBAL, *Vid. Tab. III.* Francisca, ux. *Ludovici de Aquino Dom. de Castiglione*. Casandra, nup. 1. *Joanni Jacobo Gumiazzo*, 2. *Jacobo Capece Latro*, 3. *Jacobo Antonio Brancaccio*. Polyxena, ux. *Alphonsi B. de Leporano*. VII.

Roberta, nup. *Joanni Antonio delli Fasconi Bar. de Pazzano*. VIII.

Aloisia, nupta *Camillo de Venere*. IX.

Joanna, nup. 1. *Antonio Mastrillo*, 2. *Petro Venato Com. de S. Maria in Grisone*. X.

Joannes Dn. de *Montredori*. *Hippolyta de Somma*, *Fabritii M. de Circello fil. Antonii Barrile D. de Caivano vid.* Victoria, nup. *Paulo Ruffo*, *Duci della Turfara*. XI.

Isabella uxor *Hieronymi Pignatello*, *II. Duc. di Tolve*, † 1695. Fabritius. Ludovicus. Antonius. Josephus, *Theatinus*. XII.

MARCHIONES DE S. MARCO, DUCES DE

VII.

JOANNES BAPTISTA Pignatello, Cæsaris Dom. de Orta & Turitto F. DN. de MARTIGNANO, 1522. Prorex Hydrunt. & Bariensis provinciæ 1526.

VIII.

Cæsar, Dn. de *Martignano.* *Isabella Bonifacia, Roberti March. de Oira* F.

Pompejus.

Sigismundus. Ux. 1. *Laura Carafa.* 2. *Felicia Carafa.*

IX.

Joannes Baptista † 1578. *desu.*

Cæsar. Ux. 1. *Vincentia del Tufo, Jacobi I. March. de Lavello fil. Trojani Caraccioli vid.* 2. *Beatrix de Guevara, Francisci fil.*

Hector. *Beatrix del Tufo, Jo. Hieronymi, II. March. de Lavello fil.*

X.

Scipio. *Virginia Bucca de Aragonia, Jo. Michaelis* F.

Francisca, nup. *Leonardo de Tocco, Pr. de Acaja & Apici.*

Camillus. N. *Cognetti, Octavii fil.*

XI.

Cæsar, † *dn.*

Franciscus *Popa Capece, Ludovici Dom. de Montagano* F.

Michael, Marchio de S. *Marco*, cr. 1645. † *sine pr.*

Hector.

Franciscus, DUX D'ALLISTE. *Julia Beltrano, Ferdinandi Com. de Miscague* F.

Joannes Baptista, † *cæl.*

Anna, nup. 1. *Alphonso Basurto*, 2. *Ferdinando Beltrano, Com. de Miscague.*

Delia, ux. *Thomæ de Francis.*

XII.

Cæsar Marchio de S. *Marco* ex adoptione patrui, & Dux de ROCCA *Mannolfa.* Ux. 1. *Victoria Pignatella, Jo. Bapt. Duc. de Montecalvo* F. 2. *Maria Caracciola ex Duc. Siciniani, Jacobi Caraccioli Duc. de Rocca vidua.*

Scipio, † an. æt. 23. *clarus militia.*

Ludovicus, *Clericus.*

XIII.

Franciscus, II. Dux de *Rocca Mannolfa*, March. de S. *Marco.* *Anna Maria Carafa, Fabritii, 9. Com. de Policastro* F.

Joannes, *Equitum Magister in Catalonia.*

FAM. TAB. II.

ALLISTE, ROCCA ET TOLVE, PR. DE STRONGOLI.

VII.

Uxor, *Clementia Effrem, ex Barienſi civitate oriunda.*

VIII.

Eleonora, nupta *Pardo Pappacoda.*

Octavianus, *Eques Ord. S. Jacobi. Iſabella Palagona, Lucii Dom. de S. Vito Fil.*

IX.

Fabritius. *Lucretia Villana.*

Octavius, *Eques Hieroſ.*

Marcellus. *Virginia Gambacorta, Marci Antonii Dom. de Limatula fil. Fabritii Gambacorta vidua.*

X.

Hieronymus. *Joanna Campitelli, Jo. Bapt. Com. de Meliſſa fil.*

N. nupta N. *Bucca de Aragonia, M. de Alſidena.*

Octavianus. † *ἄτ. Iſabella Criſpano.*

Marcellus, *poſthumus. Helena Falangola, Bar. de Fegnano.*

XI.

Cicia, nx. *Antonii Carafa.*

Fabritius.

Dominicus PRIN. de STRONGOLI & Com. de Meliſſa. 1. *Iſabella Caracciola, Joſephi D. de Montefardo ſor.* 2. N. *Gambacurta, filia Duc. de Limatola, vidua Pr. de Macchia.* † *ἄτεκ.*

Antonius.

Iſabella, nup. *Joanni Bapt. Pignatello, Duc. delle Tolve.*

Joannes Bapt. I. DUX delle TOLVE. *Iſabella Pignatella, Principis de Strongoli ſor.*

Octavianus.

Fabritius Eq. Hieroſ.

XII.

Marcellus, †

Hector, *Eques Melit.* †.

Hieronymus, Dux II. *delle Tolve,* Pr. de *Strongoli,* Com. de *Meliſſa.* 1. *Iſabella Pignatella, Joannis Dom. de Montrodori F.* 2. . . . *Caracciola, ex March. de Capriglia.*

Michael Dux *delle Tolve.* . . . . *Caracciola.*

Angelus.

N. nupta *Julio Cæſari Bonito, Duci de Iſola.*

XIII.

(1) Filii duo, qui puelli obierunt.

MARCHIONES DE PALLETTA,

VII.

HANNIBAL Pignatello, Cæſaris Dom. de Orta & Turitto filius natu minimus, Caſtellanus Neapolitanus.

VIII.

- (1) Marcus Antonius Pignatello. *Camilla Acclociamura, Friderici Dom. de Carpincto & Toſillo Fil.*
- Portia, nup. 1. *Mario Caracciolo*, 2. *Jo. Antonio Filangiero, Dom. de Lapigio.*

IX.

- Fridericus Baro de *Carpineto Laura Mormile, Fabritii F.*
- Fabritios, Dn. de *Toſillo. Victoria Brancia.* ☾
- Scipio.

X.

- Carolus, Eques S. Jac. MARCHIO de PALLETTA, cr. 1603. Ux. 1. *Virginia Jaſtiaiana.* 2. *Hippolyta Pignone, Joannis Vincentii* F.
- Lælius. ux. N. *Turboli, è March. de Peſchici.*
- Hannibal, *Eques Hieroſol.*
- Camilla, nup. *Franciſco Sorgente.*

XI.

- (1) Pompejus, Marchio Pallettæ. *Violanta Gaetano, Joannis Bapt. Dom. de S. Marco* F.
- (2) Viocentios, *Abbas.*
- Hannibal.
- Laura, nup. *Joanni Bapt. Gagliardo, Duci de Montecalvo.*

XII.

Joannes Baptiſta, Marchio de Palletta, & DUX de MONTECALVO, per uxorem *Iſabellam Gagliardo, Pauli Duc. de Montecalvo Fil.*

XIII.

- Pompejos, Dux de *Montecalvo* & M. de *Palletta.* N. *Milano, Joannis, March. IV. de S. Georgio* F.
- Victoria, ux. *Cæſaris Pignatello, M. de S. Marco.*
- N. nupta *Carolo Palavicino, Duci de Caſtro.*

DUCES DE MONTECALVO.

VII.

Uxor, 1. *Lucretia Carbone*, 2. *Isabella Caracciola*, *Nicolai Mariæ Fil. Friderici Acclociamura vidua.*

VIII.

Antonius.

Petronius.

Joannes Jacobus Pignatello. *Portia Acclociamura, Camillæ soror.*

(2) Pompejus, *Clericus Regularis.* † 24. Aug. 1600. æt. 74.

IX.

Mutius. *Beatrix Riccia, ex Dom. de Montebello.* ☉

Zenobia, nup. *Joanni Vincentio de Tocco, Com. de Montemileto.*

Isabella, ux. *Ferdinandi Caraccioli.*

X.

Franciscus, Dom. de *Tofillo*, † ân. *Joanna Pignone Jo. Vincentii F.*

Joannes Baptista, B de *Tofillo*, † ân. *Hippolyta Guindazza.*

Camillus B. de *Tofillo*, † *cælebs.*

Joanna, ux *Ferdinandi Lombardo, M. de Rofito.*

Camilla, ux. *Hieronymi Merlino.*

Petrus. Ux. 1. *incomperta*, 2. *Hieronyma Lombarda*, 3 *Cornelia Caracciola.*

XI.

Josephus, *Clericus.*

Hercules. *Joanna Gaetano, Violantæ soror.*

(2) Faustina, ux. *Joanni Marsenlo.*

(3) Josephus.

Victoria, nup *Francisco del Duce.*

XII.

Carolus.

Victoria, nup. 1. *Augustino Justiniano*, 2. *Antonio Ursino, Pr. de Galluccio.*

Cornelia, ux. *Francisci de Palma, Filio Ducis de S. Elia.*

Hercules, posthumus, *Abbas.*

DUCES DE MONTELEONE

V. CAROLUS Pignatello, Thomæ, dicti *Masello* F. Dn. de Moa

VI. Hector, DUX de MONTELEONE COMES de BORRELLO, Prorex Sicil. 15. † 1534. *Hippolyta Gesualdo, Samsonis Com. de Consa Fil.* — Fabritius, *Eques Hierosl. Prior Barletta.* — Catharina, ux. *Honorati Cajetani de Aragon. Com. de Fondi, Duc. de Trajetto.*

VII. Camillus, Comes de *Borrello*, † ante patrem. *Julia Carafa, Berlingieri Fil.* — Cæsar, † *juvenis.*

VIII. Hector, II. Dux de *Monteleone*, III. Comes de *Borrello*. Ux. 1. *Diana de Cardona, Petri Com. de Golisano F.* 2. *Emilia Vintimiglia.* — Fabritius, *Eques Hierosl. Prior S. Euphemiæ.* — Hieronymus, Baro de *Trentola*, † ἄπ. *Laura Carafa.*

IX. (1) Camillus, III. Dux de *Monteleone*, IV. Comes de *Borrello*. *Hieronyma Columna, Ascanii Duc. de Palliano F.*

X. Hector, IV. Dux de *Monteleone*, V. Comes de *Borrello*, *Magnas Hispaniæ*, cr. 1613. *Prorex Cataloniæ*, † 4. Aug. 1622. æt. 48. *Catharina Caracciola, Caroli Com. de S. Angelo F.*

XI. Camillus, † *in juventa.* — Anna, uxor *Francisci Mariæ Carafæ, Duc. de Nocera, Magnatis Hisp.* mortua ante patrem.

B.

V. PALAMEDES Pignatello, Caroli de quo suprà, frater.

VI. Angelus Pignatello. *Victoria de Trento.*

VII. Antonius. *Vincentia Galeotta, Geronis Dom. de Monterone Filia.*

VIII. Carolus, † ἄγαμος. — Julius, † *cælebs.* — Joannes Franciscus, † ἄπαις. *Aurelia Moccia.* — Fabritius, † *cælebs.*

COMITES DE BORRELLO.

ticello, † 1476. Uxor; *Mariella Offieri.* V.

VI.

Julia, nup. *Jacobo Filengierio.* Diana, ux. *Joannis Bapt. Brancaccii.* Laura, nup. *Thomæ Guindazzo.* Lucretia, ux. *Gurrelli Carafæ.*

VII.

Constantia, ux. *Jacobi Mariæ Cajetani de Aragon. Com. de Morcone.* Isabella, nup. 1. *Paulo Siscara Com. de Ajello*, 2. *Jo. Francisco de Capua*, *C. Palenæ.*

VIII.

Catharina, nup. *Francisco de Moncada*, *Com. de Caltanassedа.* Hippolyta, ux. *Petri Antonii Spinelli*, *Com. de Seminara.* Camilla, nup. *Cæsari Cajetano*, *March. de Sortino.*

IX.

(2) Isabella, ux. *Petri Borgiæ de Aragonia*, *Pr. de Squillace.* Catharina, nup. *Joanni Bapt. Spinello*, *Pr. de Scalea.*

X.

Joanna, nup. 1. *Carolo Tagliavia de Aragonia*, *Duci de Terranova*, 2. *Petro de Toledo*, *Duci de Ferrandina*, *March. de Villafranca.*

XI.

Hieronyma, V. D. de *Monteleone*, VI. Com. de *Borrello*, nupta *Fabritio Pignatello*, *March. de Cerchiaro*, de quo Tab. VI. Angelica, *monialis.*

B.

Uxor, *Restituta*, *Simonis Caccietæ Filia.* V.

VI.

JACOBUS Pignatello, DN. de NOJA & CERCHIARO, *de quo ejusque posteris Tab. seq.* V.

VII.

Andreas, *Eques Hierof.* Joannes Franciscus, † *ux. Aurelia Caracciola.*

VIII.

Constantia, nup. *Ansoldo Grimaldo*, *March. de Madagno*, † 1633. Aurelia, ux. *Mutii Pappacoda.* Livia, nup. *Stanislao Glodinio.*

PRINCIPES DE MONDORVINO

VI.

JACOBUS Pignatello, Palamedis F. DN. de NOJA & CERCHIARO.

VII.

(2) Fabritius, I. MARCHIO de Cerchiaro, cr. 1556. † 3. Maii 1567. *Victoria Cicinella.*

VIII.

- JULIUS, II. March. de *Cerchiaro*, de cujus poster. *Vid. Tab. seq.*
- Tiberius. *Julia de Loffredo.*
- Marius.
- Fabius, *Episc. Monopolit.* † 1. Sept. 1568.
- Jacobus Dn. de *Castellanetta. Hippolyta Caracciola.*
- Cornelia ux. *Jo. Jacobi Sanseverini C. Saponaræ.*

IX.

- Tiberius, *posthumus*, M. *Cancellar. Regni.*
- Hieronymus, *Clericus Regul.* dein *Archiepisc. Rossan.* 1615. † 1619.
- Fabius, † ἄγαμ.
- Victoria, ux. *Hieronymi Carafæ, D. de Laurino.*
- Eleonora, nup. *Carolo de Aquino, Pr. de Castiglione.*
- Zenobia, ux. *Julii Pignatelli, Pr. de Noja.*
- (2) Detius, II. M. de Spin. *Dorothea Acquaviva de Arag. Alberti D. de Atri* F.
- Joannes Baptista III. M. *de Spinaz. Adriana de Sangro, Pauli Pr. de S. Severo* F.

X.

- Martius, II. Pr. de *Mondorvino*, V. March. *de Spinazzola*, † *Constantia de Guevara, Joannis Duc. de Bovino* Fil.
- Ludovicus, *Clericus.* †
- Fabritius *Jesuita.* † 25. Aug. 1656.
- Antonius, n. 13. Mart. 1615. *Archiepisc. Neapolit. & Rom. Eccl. Cardinalis* cr. 1. Sept. 1681. PONTIFEX ROM. 12. Jul. 1691. dictus INNOCENTIUS XII. † 27. Sept. 1700.
- Paula Maria, *monial. in monast. Sapientiæ*, † 18. Apr. 1694.

XI.

Franciscus VI. Marchio de *Spinazzola*, † *ante patrem* ἄγαμος.

FAMIL. TAB. V.

ET DE MARSICO NOVO.

VI.

Uxor 1. *Lucretia Caracciola*, *Angeli ex Caracciolis Rubeis F.*
2. *Maria Coscia* (*Cossa*) *Petri Dom. de Procida F.*

VII.

SCIPIO Pignatellus, sator Marchionum de *Lauro* & Ducum de *Bisaccia*, de quibus *Vid. Tab.* VII.

VIII.

Martius, MARCH. de SPINAZZOLA. Ux. 1. *Diana Coscia*, 2. *Cornelia Filomarino*, *Jo. Bapt. Com. de Rocca* F.

Octavius, Dn. de *Regina*. *Camilla Carafa*, *Jo. Thomæ M. de S. Eramo* F.

Zenobia, nup. *Jo. Alphonso Bisbal*, *M. de Briatico*.

Lucius DN. de MARSICO *novo*. *Victoria Filomarino*, *Jo. Bapt. Com. de Rocca* F.

Decius.

IX.

Franciscus, IV. March. de Spinaz. & I. PRINCEPS de MONDORVINO. *Portia Carafa*, *Fabritii Duc. Andria* Fil.

Martius, Dn. Reginæ. *Faustina Caracciola*.

Zenobia, ux. *Sigismundi Clodinii Augusti Duc. de Lizzano*.

Isabella, nup. *Nicolao Bartiretto Pr. de Castellanetia*.

Octavius, *posthumus* †

Franciscus, Dn. de *Marsico novo*. *Julia Caracciola*, *Jo. Bapt. II. M. de Vaiturara* F.

Hippolyta ux. *Francisci Filomarino*, *Pr. de Rocca*. *Duc. de Perdifumo*.

X.

Octavius Antonius, Dn. de *Regina*, † cælebs.

Clericus Regul.

Maria, ux. *Caroli Vennato*, *Com. de S. Maria in Grifone*.

Lucius, abdicata primogenitura *Jesuita*.

Joannes Bapt. Dn. de *Marsico novo*. *Hippolyta Cavaniglia*, *filia Marchionis de S. Marco*.

Violanta, ux *Joan. Bapt. de Sangro Pr. de Veggiano*.

Fabritius, & Lucius, *mortui in juv.*

Cicco.

XI.

Hieronymus Maria PRINCEPS de *Marsico novo*, † 1700. Ux. 1. . . . . *de Capua*, *ex Duc. de Termoli*. 2. *Julia Cæcilia Conti*, *ex Duc. de Poli*.

XII.

(2) Joannes Baptista, II. Princeps de *Marsico novo*.

MARCHIONES DE CERCHIARO, PRINC. DE NOJA ET

VIII.

JULIUS Pignatello, Fabritii, I. Marchionis de Cerchiaro F. II. MARCHIO de CERCHIARO, Dom. de *Noja*.

IX.

Fabritius, PRINCEPS de NOJA, cr. d. 2. Jun. 1600. Marchio de *Cerchiaro* III.

X.

Julius, II. Princeps de Noja, IV. Marchio de *Cerchiaro*, Du. de *Montecorvino*. Ux. 1. *Zenobia Pignatella, Jacobi Dom. de Castellanetta F.* 2. *Clarice de Capua, Vincentii Ludovici II. Pr. de Riccia Fil. tertium vidua*, 3. *Beatrix Carafa, Joannis Ducis Nojæ Fil.*

XI.

(1) Fabritius, V. March. de *Cerchiaro*, V. DUX de MONTELEONE, VI. Com. de *Borrello* & March. de *Caronia in Sicil.* per ux. *Hieronymam Pignatellam, Hectoris, IV. Duc. de Monteleone Fil.*

Hieronymus, † *in Flandr. anno æt. 26.*

Josephus, *occ. in flore ætat.*

Jacobus, *Eques Melit.* † *an. æt. 26.*

Fabius, *Cleric. Regul.*

Violanta,

Lucretia, *moniales.*

Hippolyta.

Agnellus, PRINCEPS de MONTECORVINO, DUX de S. *Mauro*. *Joanna Brancia, Francisci, M. de Padulo F.*

XII.

Hector, VI. Dux de *Monteleone*, Pr. de *Noja* &c. *Magnas Castellæ, Prorex Aragon. Joanna de Aragon. & Cortes, V. Dux de Terranova, M. del Valle de Guaxaca & de Favara, Pr. de Castel. Vetran. Didaci Tagliavia* [illegible] *Aragon. Duc. de Terranova F.* † 7. *Mali* 1692.

Zenobia.

Catharina. *Obierunt in juv.*

Julius MARCH. de SABUCA, per ux. . . . *Bardi Siculam.*

Franciscus, *Abbas*, †

Carolus, *Cler. Regul.*

Andreas, † æt. 7.

Antonius, *Eques Melit.* †

Julius, Dux II. de S. Mauro, Pr. de Montec. *Hieronyma Pignatella, Hectoris, VI. D. de Montel. F. Principis de Avellino vid.*

XIII.

Didacus March. de *Avola*, † *ante patr.*

Andreas Fabritius Pignatello de Aragon. VII. Dux de *Monteleone, Eq. Aur. Vell. occ. in Catalon.* 1677. *Theresia Pimentel, Alphonsi Antonii, XI. Com. de Benevente F.*

Hieronyma, nup. 1. *Francisco Marino Caracciolo, Pr. de Avellino*, 2. *Julio Pignatello Duc. de S. Mauro.*

Joanua, nup. *Francisco Roderico de Vintimiglia*, XII. *March. de Geraci*, V. Pr. *de Castelbono.*

Mariana, ux. 2. *Jacobi Francisci Victoris Fernandez Sarmiento de Silva, V. Duc. de Hijar*, † 1681.

Stephania, ux. *Ferdinandi de Zuniga, V. Duc. de Penaranda*, 8. *Sept.* 1688.

XIV.

Joanua, VIII. Dux de *Monteleone*, & VI. *de Terranova*, nup. *Nicolao Pignatello, proavi sui fratri*, m. Jan. 1679.

Rosalia Maria, ux. *Inici de la Cruz Manrique de Lara Arellano, XI. Com. de Aguilar, V. March. Hinoiosæ*, 1689. 12. Nov.

MONTECORV. DUC. DE MONTEL. ET BELRISGUARDO.

VIII.

Uxor, *Johanna Spinella, Trojani Spinelli, Principis de Scalea Filia.*

IX.

Uxor, *Violanta de Sangro, Joannis Francisci, primi Principis de S. Severo Fil.*

X.

- Adriana, nup. *Marino Caracciolo, M. de S. Eramo.*
- Justiniana, uxor *Galeatii Pinelli, Ducis de Ceronza, M. de Galatena.*
- Jacobus Dn. de *Casalnovo, Florentia Vaez Ducissa de Belrisguardo.* ♀

XI.

- (3) Joannes Baptista, *occ. in Catalon.*
- Didacus.
- Franciscus *monach. Theatinus,* dein *Archiep. Tarent.* 1683. post *Neapolit. & Rom. Eccl. Cardinalis,* cr. 17. *Dec.* 1703.
- Justiniana, nup. *Carolo Spinello, Pr. de S. Gorgio.*
- Catharina. Theresia. *Moniales.*
- Nicolaus, VIII, Dux de *Monteleone & Prorex Sardin, Eques Aur. Vell. Magnas Hisp. Joanna Pignatella, Fabritii, VII. Duc. de Monteleone F. m. Jan.* 1679.

XII.

- Ferdinandus, Nobilis Cameræ Regiæ in Hisp. *Joanna Petronella de Silva VII. Dux de Hijar, Friderici de Silva, III. March. de Orani vidua.*
- Fabritius *Episc. Lecc*ens. cr. 1696.
- Jacobus.
- Zenobia, ux. *Francisci Renotere D. de Salandra.*
- Josephus, March. *del Valle,* † *puer.*
- Didacus, Marchio *del Valle.*
- Ferdinandus.
- Antonius.
- Fabritius,
- Maria Theresia, ux. *Joannis Philippi Eugenii de Merode, March. de Westerloe,* 1701.
- Stephania. nup. *Jose bo Sanseverino Com. de Claromonte.*
- Catharina.
- Rosalia.

♂

XI.

- Fabritius, II. Dux *de Belrisguardo, Lavora Carafa, Fabritii* F.
- Franciscus, † *in bello Catalon.*
- Michael, *ex Clerico Theatino Episc. Leccens.* ob. 1696.
- Carolus. Paulus. *Clerici Regulares.*
- Josephus, †
- Antonius, †
- Hieronymus, †
- Dominicus.
- Violanta, ux. *Salvatoris Caraccioli Pr. de Marsico Vet.*

XII.

- Jacobus, III. Dux de *Belrisguardo.* † Ux. 1. *Beatrix Bucca de Aragonia,* N. *Ducis de Montenegro* F. ux. 2 *Anna Maria de Capua, Joannis Baptistæ Duc. de Mugnano* F.
- Carolus *Cler. Reg. Theatinus.*
- Michael, *Cler. Reg. Theatinus.*

XIII.

- 2. Fabritius, † ante patr.
- Franciscus, IV. Dux de *Belrisguardo.*
- Beatrix.
- Margarita.
- Magdalena, †

PIGNATELLIÆ FAMILIÆ TAB. VII.

MARCHIONES DE LAURO, DUCES DE BISACCIA.

VII. SCIPIO Pignatello, Jacobi F. COMES, dein MARCHIO de LAURO, Dn. de *Summonte* & *Casalnovo*, *Prorex Hydrunt.*

Uxor 1. *Julia de Loffredo*, *Sigismundi Dom. de Monteforte de Cardito* F.
2. *Isabella Caracciola.*

VIII.

- (2) Camillus, † ante patr. *Lucretia Carafa*, *Joan. Bapt. Com. de Montecalvo F.*
- Laudomia, ux. *Balthasaris Milano.*
- Portia, nup. *Garsiæ Cavaiglia*, *C. de Montella.*
- Ascanius, Eq. S. Jac. DUX de BISACCIA, cr. 17. Oct. 1600. *Lucretia de Capua.*
- Cornelia, ux. *Joan. Camilli Coscia Duc. de S. Agatha.*
- Mutius, † 1579. æt. 30. *Diana Caracciola*, *Mariani Pr. de Avelliano* F.
- Fulvius, *Clericus Regal.* sub nom *Basilii*, dein *Episc. Aquilæ* 1593.

IX.

- Scipio, March. de *Lauro*, & de S. *Valentino* Comes. *Victoria della Tolfa*, *Caroli C. de S. Valentino*, *Dn. de Palma Fil. primog.*
- Franciscus, II. Dux de *Bisaccia*, Com. de *Montagano* Dn. de *Cirigaola.* *Victoria de Capua*, *Petri Antonii Pr. de Termoli* F.
- Scipio, *Jesuita.*
- Marcellus, † ἄγαμ. *Camilla Sanfelice.*
- Andreas.
- Isabella, ux. *Julii Caraccioli D. de Celenza.*

X.

- Camillus, III. March. de S. *Lauro*, & Com. de S. *Valentino.* *Livia Pinella*, *Cosmi March. de Galatola* F.
- Carolus, † ἄγαμ.
- Ascanius, Com. de *Montagano* & S. *Joan.* † ante patr. ἄγ. *Isabella de Loffredo*, *Marci Antonii Pr. de Maida.* F.
- Carolus, III. Dux de *Bisaccia.* Ux. 1. *Cornelia de Judice*, *Nicolai Pr. de Collamare* F. 2. *Clara de Judice*, *Corneliæ soror.*

XI.

- Scipio.
- Cosmus *Joanna Spina*, *M. de Saliceto*, *Antonii Sanseverini vid.*
- Carolus.
- Josephus.
- Victoria, ux. *Fabritii Sanseverini*, *Com. de Saponara.*
- 2. Franciscus IV. Dux de *Bisaccia*, ἄγαμος.
- Nicolaus, Dux de *Bisaccia.* . . . . *de Egmond*, *Philippi Ludovici*, *Com. de Egmond*, *Pr. de Gavre in Flandria Fil.* 1695.

EXE-

EXEGESIS HISTORICA.

PIGNATELLORUM familiæ origo vetustate obruta est; non defuere tamen, qui circa eam eruendam satagerunt, sed ex cerebro suo magis vel historia fabulari, quàm ex annalibus fide dignis & monumentis sinceris, ut mirari subeat commenta, quæ de illa scriptores nonnulli tradiderunt, & *Carolus de Lellis* Parte II. familiarum Neapolitanarum recensuit. (*a*) Gens ipsa satis habet ostendisse sui generis nobilitatem jam diu floruisse Neapoli, tum ex magistratibus obitis sexcentos abhinc annos, tum verò etiam ex feudorum possessione: constat siquidem sex hujus familiæ viros patritios propter feudorum possessionem in agro Neapolitano meruisse in Manfredi Regis exercitu, quem ille adversus Alexandrum IV. Pont. Max. conscripsit & comparavit. Quin etiam ex vassallorum possessione intra Neapolitanæ urbis mœnia colligitur, eos fuisse Barones magni nominis, jam tum ab Normandorum Regum ætate, qui ejusmodi dominatum tantummodò concessere, ut habent verba *Car. Borrelii* in *Vindice Neapol. nobilitatis.* (*b*) In diplomate quodam an. 1190. scripto, quod idem Borrellus recensuit (*c*) inter Decuriones, qui Neapolitanam Rempublicam tunc administrabant, quos *Comestabulos* appellabant, *Joannes Pignatellus* legitur, qua dignitate etiam *Lucium Pignatellum* an. 1102. claruisse ferunt. *Petrum* Pignatellum in numero illorum fuisse, qui Carolo I. Regi venienti civitatis nomine claves obtulerunt, & fidelitatis juramentum præstiterunt, liquidò constare ait *Franc. Ælius Marchesius.* (*d*)

Filum stemmatographiæ Pignatellorum continuum *Car. de Lellis* supra citatus à RICCARDO duxit, qui an. 1280. & circiter vixit, paterque fuit JACOBI, Proregis Aprutiensis, in principio Tabulæ primæ memorati. Hic ex filio nepotem habuit ANGELUM, fortitudine ac fide erga Carolum III. Regem insignem, pro quo etiam in bellis adversus Andegavenses mortem denique oppetiit; ornatus insignibus Ordinis Equestris, cui à *Nave* nomen erat: hunc dictus Rex Carolus III. an. 1381. instituit, virisque nobilibus in eum cooptatis deferendam dedit torquem, *ex conchis & lunis cornutis* compositam, à qua pendebat navigium, cum lemmate: NON CREDO TEMPORI. (*e*)

THOMAM, Angeli filium, communem agnoscunt parentem; quotquot ex Pignatellorum familia vivunt: à filiis enim ejus lineæ omnes ortæ sunt, in quarum divergia gens hæc abiit: equidem natu maximus inter istos JOANNES, abdicato primogenituræ jure, militiam Hierosolymitanam amplexus est, ætatemque cælebs exegit; hinc STEPHANUS, secundogenitus in jura primogenituræ successit, & lineam Dominorum de *Orta* & *Turitto* condidit, ex quibus locis priorem illi uxor *Francisca de Judice* dotis loco attulit, alterum in Bariensi terra situm CÆSAR ejus filius à Rege Ferdinando I. emit. Hujus filii lineam hanc in tres diduxerunt ramos: ab Alexandro, qui natu maximus, & Ortæ Turitiique Dominus fuit, Marchiones de *Casalnovo* descendunt, quo titulo LUDOVICUS, ejus pronepos, primus auctus est, nunc verò alia gaudet familia, nempe Bolognensis, quæ in numero nobilissimarum Neapolitanæ civitatis, sedilisque Nidi (*del Seggio di Nido*) est; ex ea quippe ortus Nicolaus *de Bologna*, Ducis de *Palma* dignatione mactus, Mariam Ruffam, Paulo Ruffo & Victoria Pignatella, Ludovici dicti, primi Marchionis de *Casalnovo* filia, prognatam in conjugio habuit, gnatumque post se reliquit Cæsarem *de Bologna*, qui Marchio de *Casalnovo* appellatur.

LI AD

(a) *Pag.* 89. *& seqq.*
(b) *Pag.* 125.
(c) *Pag.* 77.
(d) *Lib. cit. pag.* 124.
(e) *Giustiniani Hist. degli Ord. milit. pag.* 607.

AD TAB. II.

JOANNES BAPTISTA Pignatellus, Martiniani Dominus, Proregis in Hydruntina & Barienſi regione functionem, cum aliis rebus fortiter & prudenter geſtis, tum munitione arcis Brunduſienſis nobilitavit, eoque nomine Carolo Imperatori à Comite de S. Severino, totius Regni Prorege, de meliori nota commendari meruit. Ejus ex filio natu maximo nepos cognominis cùm improlis eſſet hæredem omnium bonorum ſuorum ſcripſit noſodochium & ædem S. Annunciatæ Neapolitanæ, ubi à curatoribus loci ſtatua illi erecta fuit, ſequenti inſignita inſcriptione:

Joanni Baptiſtæ Pignatello
Qui ædem hanc ſacram hæredem inſtituit,
Pii Rectores ipſius Templi hoc poſuere monumentum
Sed Alma Virgo Dei Mater
In cœlo paravit locum. Anno Dom. MDLXXVIII.

A SIGISMUNDO & OCTAVIANO, natu minoribus Joannis Baptiſtæ Senioris filiis, diuturnior orta eſt propago: prior gnatos tres habuit, illuſtri poſteritate beatos, namque à primogenito CÆSARE Marchiones de S. *Marco*, nec non Duces de *Rocca Mannolfa*, à ſecundo HECTORE Duces de *Alliſte*, & à tertio, cui nomen erat FABRITIO, Principes de *Strongoli* Comiteſque de *Meliſſa* orti ſunt. Hos titulos HIERONYMUS, Fabritii filius, familiæ ſuæ peperit per matrimonium, quod cum *Joanna Campitellia* contraxit: hujus enim fratri, ſine liberis mortuo, DOMINICUS, Hieronymi F. in illis ſucceſſit; verùm cum & ipſe prole careret eoſdem nepoti ſuo ex ſorore HIERONYMO Pignatello tranſmiſit ex Octaviani, paulò ante memorati, ſtirpe prognato, cujuſque pater JOANNES BAPTISTA Ducis *delle Tolve* dignatione mactus fuit. Iſte, Hieronymus nempè ſpe prolis amiſſa fratri ſuo MICHAELI auctor fuit, ut matrimonium cum uxoris ſuæ ſorore ſtirpi propagandæ contraheret, Duciſque *de Tolve* titulum eidem impertivit.

Ducis de *Alliſte*, qui locus in Hydruntina Provincia ſitus eſt, axioma obtinuit FRANCISCUS Pignatellus, Hectoris ex Camillo filio nepos; ſed Marchionis de S. *Marco* titulo MICHAEL Pignatellus Cæſaris ex gnato Scipione nepos, decoratus eſt ob perſpectam virtutem ac fidem, quam in bellis Germanicis & Inſubricis, tandemque in civilibus Regni Neapolitani Philippo IV. Regi Hiſpan. probavit. Memoratur interfuiſſe prælio memorabili apud Nordlingam an. 1634. Cæſareos inter & Suecos commiſſo, aliiſque, quæ id exceperunt; expeditionibus; in Taurinis poſteà atque in Catalonia contra Gallos militans, cum adverſo utrobique fato in manus eorum incidiſſet, & poſt primam captivitatem caſtro Pignarolienſi, poſt ſecundam verò arci Lugdunenſi incluſus, &, maximè in poſteriori, in acri cuſtodia detentus eſſet, ex utroque tamen carcere mira arte & maxima audacia ſe eripuit atque evolavit. Inſigni denique opera, quam Regi ſuo domi, cum an. 1647. Regnum Neapolitanum inteſtino flagraret bello, navavit, ampliſſimas opes, titulumque Marchionis de S. Marco ſibi peperit; hunc autem nepoti ſuo è fratre natu majore CÆSARI ceſſit, aucto inſuper dignatione Ducis de *Rocca Mannolfa*, ob fortitudinem quam in dictis exeruit turbis. Michaelis memoriam Theatina civitas ob eximia in turbis civilibus ab eo accepta beneficia monumento poſteris commendavit publico, cui hæc ſunt inſcripta:

Philippo IV. Regnante ſemper Auguſto,
Integerrimo ac Imperterrito viro
D. Michaeli Pignatello
Marchioni Sancti Marci,

Ca-

Catholicæ Majestatis à latere Consiliario,
Præsidi, ac in his Provinciis Armorum Præfecto;
Proscriptorum Infestantium Profligatori,
Vindicique Acerrimo;
Urbis hujus in Austriaco Domanio Reparatori;
Theatina civitas addicta,
Hoc grati animi obsequium
Dicat, Consecrat.

AD TAB. III.

HANNIBALIS Pignatelli, à quo tertiam orsi sumus tabulam, virtus cum multa prudentia conjuncta à Carolo de Lellis celebratur, cujus respectu à Carolo V. Imperatore in pretio habitus, inter Consiliarios status Regni Neapolitani cooptatus, & arcibus S. Eramo & Vovo urbis Neapolitanæ præfectus fuit. MARCUS ANTONIUS ejus filius, ducta in uxorem *Camilla Accrociamura*, novercæ suæ gnata, Baronatum Carpinetensem cum ea accepit, quem, maximamque patrimonii sui partem FRIDERICUS isto natus, melior miles quam œconomus, in securitatem creditorum suorum opposita reliquit. Hujus verò filius, CAROLUS, ad pinguiorem emersit conditionem, à Philippo II. Rege, ob fortem operam ad depellendos à Tarento Turcas navatam, insignibus Ordinis Equestris S. Jacobi, & à Philippo III. Marchionatu Pallettensi auctus. Nepoti posteà ejus JOANNI BAPTISTÆ, Ducatus Montecalvensis uxorio jure accessit.

POMPEJUS Pignatellus, quem Hannibal initio dictus, ex posteriore matrimonio suscepit, in civilibus negotiis magna prudentiæ & integritatis laude diu versatus, ætate matura tanto rerum mundanarum bonorumque ejus fallacium tædio est correptus, ut familiæ *Clericorum Regularium* nomen daret, *Pauli* nomine assumto, ubi probitate morum & inculpatæ vitæ austeritate universum cætum exornavit, ita ut post mortem eum hominum fama inter Beatos cœlites collocaret, id quod ex elogio, quo eum *Jo. Bapt. Castaldus*, in libro cui titulus: *memorie di cinquanta Padri celebri della Religion dei Chierici Regolari*, prosecutus est, patere Car. de Lellis refert.

AD TAB. IV.

CAROLUS Pignatellus, regnantibus Neapoli Alphonso I. & Ferdinando II. existimatione publica floruit, multisque ab illis affectus est beneficiis, posterior etiam Borrelli, Rosarni & Brancaleonis, Calabriæ oppidorum, præfecturam illi contulit, quæ posteà *Hector* ejus filius à Friderico Rege in feudum accepit; iste patri vita defuncto Neapoli in æde S. Mariæ Pignatellorum epitaphium posuit sequens:

Carolo Pignatello Equiti Neapolitano
Viro virtutibus ornatissimo, & ætatis suæ
ann. LV. agenti
Cum omnium benevolentia, & admiratione,
Annoq. MCCCCLXXVI. Salut. Christianæ defuncto
Hector Pignatellus Montisleonis, Borrellique
Comes filius sapientissimus facere cur.

HECTOR Caroli F. Borrello feudi nec non Comitatus titulo à Friderico Rege donatus, auctus deinde est à Ferdinando Catholico Hispaniarum Rege, cùm is omni Regno Neapolitano potitus esset, Montisleonis oppido pari di-

gnatione. Dato posteà fidei virtutisque suæ egregio documento in repressa rebellione, quam per mortem Ferdinandi Regis Catholici Siculi adversus Hugonem Montecatinum S. Moncadam Proregem suum concitaverant, à Carolo Imperatore Siciliæ Prorex an. 1517. constitutus, & an. 1527. *Dux de Monteleone* creatus est: quo interim spatio haud levi periculo defunctus erat à seditiosis quibusdam in Panormitana Regia expugnata captus: ea ex custodia cum evasisset, vixque motus sedasset, aliam conjurationem, ab exulibus quibusdam cœptam, atque à nonnullis Siciliæ proceribus suffultam detexit, & oppressit, auctoribus, complicibusque, quotquot comprehensi fuerunt, supplicio affectis, quorum capita ad justitiæ severioris exempla ad verticem Regiæ Panormitanæ domus laternis affigi jussit, bonis omnibus Regi adjudicatis, inter eos eminuere Friderici Patellæ duo, alter Comes Cameratæ, alter Cephalæ Dominus, (*a*) Sedit Hector Pignatellus ad gubernacula Regni Siciliæ usque dum rebus humanis exemtus est, filio tamen natu majore CAMILLO in partem curarum an. 1527. assumto Locumtenentis titulo, qua in functione is anno sequenti à Carolo Imp. confirmatus est; cum verò ejusdem opera non ita multò post in pellendis Calabria Gallis eximia exstitisset, in morbum incidit, eoque extinctus, & funere Imperatori patrique acerbo mersus est.

HECTOR, II. hujus nominis Pignatellus, avo successit non tantum in Neapolitanis ditionibus, Ducatu nempe Montisleonis & Comitatu Borrellensi, sed etiam in feudo Melitensi *Marsa* nominato; prætereaque ex hæreditate Hieronymi fratris sui Trentolam & Julianum nactus, Pisciottam à Sanctio Leyva emit. In Sicilia verò Caroniam, vicum amplum & copiosum, per transactionem cum Antonio Aragonio Duce de Montalto initam sibi asseruit: cum eo enim de hæreditate Artalis Cardonæ Comitis de Golisano sine prole mortui, (cujus sororem natu majorem Dianam, fratri præmortuam, in matrimonio habuerat, cum altera Antonia, Ducis Montalti uxor fratre animam efflante non superstes tantùm sed & cælebs adhuc esset; & constitutiones Regni, cælibes fœminas (*le donne in capillo*) maritatis in hæreditatibus præferrent,) diuturna conflictatus lite ita denique transegit, ut cesso huic Comitatu Golisanensi, sibi Caroniam cum 24. feudis, ex quibus $\frac{m}{18.}$ ducati quotannis redeunt, pacisceretur. (*b*)

HECTORIS, III. hujus nominis, Pignatelli, laudes & præcipua gesta eloquatur inscriptio, quæ effigiei ejus Romæ in ære expressæ adjecta est, sic se habens:

Quem aspicis Iconicum Ducem

Hector III. est, Camillo Pignatello, & Hieronyma Columna genitus, Dux verò Montisleonis IV. ac præamplæ ditionis Dominus; Inter Hispaniarum Magnates nulli, ulla in re secundus; morum elegantia non solùm, & consummata prudentia, sed probitate, religione ac divinarum rerum contemplatione; In Egenos quoque commiseratione & lauditate planè admirabilis; In Catalaunia tùm legum, tùm armorum summum regimen diu administratus. Expulsis Mauris, Incolis pacem auxit, religionem firmavit. Diu quoque pro Catholico apud Christianissimum Regem legationem agens. Maxima dexteritate, eorum animis, & Regnis auream conciliavit concordiam. Demum calculi morbo correptus, castitatis amantissimus incidi, ac mori maluit quam fædari.

Anno Salutis MDCXXII. *ætatis suæ* XLVIII.

Quoniam ille masculam prolem nullam post se reliquit, gravis post ejus obitum contentio orta est inter ipsius generos, nempe *Franciscum Mariam Carafam Nuceriæ Ducem*, & *Fabritium Pignatellum*, quorum priori filia illius natu maxima, sed ante patrem vivis exempta, alteri Hieronyma natu minor, genitori superstes, nuptæ erant; Carafa itaque defuncti hæreditatem gnato suo, utpote ex filia ejus primogenita suscepto competere contendit, Hieronyma ve-

(a) *Fazella de Reb. Sic. Dec. Poster. Lib. X.*
(b) *Car. de Lellis p.* 137. 138.

verò sibi eam vindicabat, eò quòd viro è sua gente oriundo, nupta esset, atque ita ab Hectore primo Montisleonis Duce provisum fuisset ne possessiones ejus è Pignatella familia egrederentur; sed transactione tandem lis finita est, qua Carafæ Comitatus S. Angeli, quem *Catharina Caracciola* Hectori attulerat, concessus est, reliquæ ditiones Hieronymæ permanserunt. (c)

AD TAB. V.

JACOBUS Pignatellus, Palamedis F. Regnum tenente Neapolitanum Friderico Aragonio, clarus spectatusque fuit; à quo castello *Montisfortis* an. 1498. donatum, annoque sequenti ad Turcarum Imperatorem Bajazetem cum corpore fratris ejus Zizimi, Romæ mortui, missum esse *Car. de Lellis* refert. Ferdinando Catholico rerum potito in numero Legatorum fuit, quos civitas Neapolitana homagii præstandi ergo in Hispaniam misit; qua occasione cum viri præclaras dotes Rex dictus perspexisset, Provinciæ Principatus & Basilicatæ in Regno Neapolitano eum Proregis dignatione præfecit, gravissimisque negotiis adhibuit, & denique in præmium meritorum *Noja* in Calabria & pagis eò pertinentibus donavit, jam dum in eadem Provincia *Cerchiarum*, *Platiam*, *Reginam* & *Amendolaram* possidentem.

FABRITIUS, Jacobi Filius natu major, *Marchionis de Cerchiaro* titulum à Philippo II. Rege Hisp. accepit; cui fortem operam variis in bellis navavit, & duobus maximè factis gloriam sibi peperit æternam, primum discussa rebellione, quam Calabri, duce quodam Marco Berardo de Mangone, in Regem Calabriæ coronato, fecerant, & deinde victo occisoque in duello Turca immanis magnitudinis, nepote Draguti, famosi piratæ, qui dum Melita à Turcis oppugnaretur, in Calabria excensionem fecerat, & Cerchiarum usque prædas agebat, sicut ex Thomæ Costæ Additionibus ad Compendium histor. Regni Lellisius paulò ante citatus retulit. Pater idem fuit filiorum novem, ex quibus præter natu maximum JULIUM, Marchionum *de Cerchiaro* propagatorem, quinque alii uxoribus ductis liberos genuerunt, quemadmodum in Tabula videre est: inter eos MARTIUS eminuit, qui regimine Hydruntinæ Provinciæ & Aprutii præclarè perfunctus *Marchionis de Spinazzola* titulum, tanquam laborum ac fidei decoramentum, tulit, ad quem FRANCISCO, filio ejus tertiogenito, & fratrum suorum, sine prole defunctorum successori, *Principis de Mondorvino* axioma accessit.

Hunc genitorem habuit ANTONIUS Pignatellus, quem Summum Pontificem sub Innocentii XII. nomine nostra vidit ætas: studiis quippe pacis & religionis à pueris deditus, postquam præsularem induit vestem, summis ob ingenii præstantiam rerumque peritiam admotus est officiis: sub Urbano VIII. Papa cum spartam Prolegati in Ducatu Urbinensi ornasset, ab ejus successore Melitam, Inquisitor missus, deinde Viterbio præfectus, & denique Florentiæ Nuntii munia obire jussus est. Alexander VII. eadem illum dignatione nec non titulo Archiepiscopi Larissensis insignitum in Poloniam primùm, dein ad Cæsaream aulam, ablegavit. Romam reversum Clemens X. Episcopum Leccensem creavit, Secretariumque Congregationis Episcoporum & Regularium constituit, & prætorio suo præfecit. Ab Innocentio XI. ad cubiculi sui præfecturam adscitus (*Mastro di Camera*) & deinde sacra purpura ornatus, anno 1682. Episcopatu Faventino, anno autem 1685. Archiepiscopatu Neapolitano auctus est. Ad extremum cum in Comitiis post Alexandri VIII. Pontificis excessum habitis, discordia Purpuratorum Sedem Romanam sex fermè menses vacuam reliquisset, in Antonium Pignatellum tandem consensum, isque ad supremum illum rerum humanarum fastigium evectus est. Altero statim Pontificatus sui anno Bullam contra Nepotismum, quo nomine potestas nimia, quam Papæ propinquis suis indulgere, gravi famæ tum ipsorummet, tum Romanæ Curiæ detrimento, consueverant, appellabatur aut perstringebatur, promulgavit, Cardinalium omnium, quotquot tum Romæ præsentes erant subscriptione firmatam; posteà ad amplificandos & muniendos portus Civita-

 tis

(c) *Ibid. pag.* 145.

tis veteris (*Città Vecchia*) & Neptuni, quæ loca ex ruinis Centumcellarum & Antii surrexisse creduntur, curæ pecuniæque plurimum contulit, sed destinatis ejus haud respondente successu. Pauperum singularem semper habuit rationem, ità ut singulis Lunæ diebus copiam sui eis faceret, & publica mendicatione prohibitos in Lateranense palatium suscipi, ibidemque ali ac sustentari curaret. In bello, quod ferè dum ad clavum sederet, inter Austriacos, Anglorum Batavorumque auxiliis suffultos, & Gallos flagravit, studio in neutram partem declarato, extra ejus consortium se tenuit, propensionis autem erga Gallos suspicione non vacavit; cùmque tandem halcyonia orbi Christiano reddita vidisset, antequam nova tempestas morte Caroli II. Regis Hispaniæ exoriretur, è medio excessit, medio anno seculari eoque *Jubilæo*, cujus initio jam decumbebat, ita ut solemni ceremonia sacram, quam vocant, portam aperiendi, ipsemet defungi nequiret, sed Cardinali Bullionæo, Collegii Cardinalium Decano, eam provinciam tradere cogeretur maximo suo dolore. Vivente eo cum contentiones inter Jesuitas & Carmelitani Ordinis Monachos maximè incaluissent, illique insinceræ & nefastæ methodi, qua in convertendis Sinensibus uterentur, tanquam cauponantes verbum Dei, palàm delati essent, argumentum inde accessit epitaphio, quo nonnemo memoriam defuncti ivit servatum non rogatus, hunc in modum:

Pignatelli Nobilissimo genere Innocentius
Duodecimus, Pontifex Maximus,
Pastor Ecclesiæ bonus, Pater Pauperum, Romanorum Imperator,
Pius, Augustus, vixit,
regnavit.

Stupete, Romani, Nepotismum ausus est
non amare, & ad tempus delevit.

Quantus illi honos, si Lojolitarum Arces
jaculatus, grave ne rediret superbæ
gentis Sæculum, Sinensium prophanos ritus, nova Monstra,
delevisset!

Curaverat tamen, at proh dolor!
noluit mors invida.

Flete, boni.

Hoc Sepulcrum vivens sibi condidit,
hic jacet Corpus.

Manus Pauperum ad Cælestem Jerusalem deportaverunt animam.

Abi, Viator, luge. Veritatis, Ecclesiæ,
Orthodoxiæ infensos hostes nunc time.

AD TAB. VI.

FABRITIO Pignatello, Julii, secundi Marchionis *de Cerchiaro* filio unico, Rex Hispan. Philippus III. ad paternum titulum *Principis de Noja* dignationem addidit anno MDC. die 2. Junii, hinc amplificandæ Nojæ maximoperè incubuit, atque in ejus territorio castellum condidit, cui S. Joannis nomen imposuit, quodque posteà *Terranova* dici cœpit, eò quod recens ex-

exstructum, ædificiisque & incolis insigniter auctum esset; Mendollum etiam, veterem in eodem districtu locum, facinorosorum & truculentorum hominum ex Albania receptaculum, hac colluvie purgatum, renovavit, colonis Italis concessit, & antiquato illo nomine *Fanum Georgii* appellavit. Cerchiari prætereà monasterium ædemque fundavit, & monachis Franciscanis, quos *Minores Observantes* vocant, tradidit. Filios post se reliquit duos, à quibus multa procreata est soboles, namque natu minorem, JACOBUM, uxor *Florentia Vaëz*, non tantum Ducem *de Belrisguardo*, sed etiam patrem liberorum decem fecit, JULIUS verò natu major Fabritii, Principis Nojensis, filius ex iterato conjugio liberos sedecim genuit: hos inter primas forte nascendi tenuit FABRITIUS, Marchio *de Cerchiaro* quintus, idemque jure uxoris suæ Hieronymæ Pignatellæ Dux *de Monteleone* quintus, eoque nomine *Magnas Hispaniæ*, Comes *de Borrello* sextus, nec non Marchio *Caroniæ* in Sicilia, postquam nempè cum Francisco Maria Carafa, Duce Nuceriæ, qui fororem Hieronymæ natu majorem in matrimonio habuerat in transactionem superius memoratam descendisset: hinc opes amplissimas multosque & insignes titulos filio suo natu maximo HECTORI reliquit, cui splendidum etiam conciliavit matrimonium, videlicet *Joannæ Tagliaviæ de Aragonia & Cortes*, Sicularum virginum ditissimæ, quippe quam ab utroque parente luculenta & opima manebat hæreditas: patrem enim habuit Didacum *Tagliaviam de Aragonia*, Ducem de *Terranova*, Principem de *Castelvetrano*, Marchionem de *Avila & Favara*, Comitem de *Burgetto & S. Angelo*, Dominum de *Montedoro*, *Mensis*, *Castel Termine*, *Berribada* & aliorum locorum, Magnatem Hispaniæ, Magnum Admiralium & Comestabilem Siciliæ, Equitem Ordinis S. Jacobi & *Commendatorem* de *Villafranca*, cumque hoc beneficio in commodum nepotis sui, Fabritii Pignatelli, se abdicasset, Equitem Aurei Velleris, Oratorem Regis Hispaniæ Philippi IV. in aula Cæsarea, dein deductorem Mariæ Annæ Austriacæ ad regium in Hispania torum, posteà Proregem Sardiniæ, & denique dicti Regis Catholici ad Summum Pontificem, Legatum illustrissimis ortum majoribus, de quibus ad Tabulam IV. Stemmatis regii Aragonici aliqua sunt dicta; mater autem Joannæ fuit Stephania *de Mendoza & Cortes*, Marchionissa *Vallis de Guaxaca* in nova Hispania, quam Petrus *Carrillo de Mendoza*, Comes Octavus de *Priego*, cum Joanna Cortesia, secunda uxore sua, genuit, quæque Petro Cortesio, Marchioni dictæ Vallis quarto, avunculo suo, sine prole defuncto, successit, tanquam proneptis Ferdinandi Cortesii *de Monroy*, qui Mexicanum Regnum in America occupavit, & Caroli Quinti Imperatoris Regisque Hispaniæ ditioni adjecit, eaque propter ab illo dignatione Marchionis Vallis *de Guaxaca* & Magnatis Hispanici an. 1529. mactus est. Hectori Pignatello itaque, cum tantorum parentum gnata unica nupta data fuisset, socrus titulum Marchionis de Valle Guaxacæ statim cessit, cum quo post ejus obitum res ipsa consolidata fuit, socer deinde Didacus videlicet Tagliavia de Aragonia, pari modo, omnes possessiones suas in generum suum transtulit, excepto solo Ducatu Terrænovæ, & reservatis sibi ex reditibus suis XXIV. ducatis annuis. Post Hectoris mortem, quam cum Prorex Aragoniæ esset, obiit, Joanna ejus uxor, Ducissæ *de Monteleone* titulum nurui suæ reliquit, & genitore suo vita in Sicilia an. 1673. defuncto Ducissa *de Terranova* salutari amavit, quo nomine inclaruit, cum Mariæ Aloisiæ, Caroli II. Regis Hispaniæ uxori, *Camerariæ Majoris* dignatione admota fuisset, sed Reginæ Gallicæ comitati & facilitati assuetæ supercilio suo, cum perpetua censura conjuncto, gravis, molesta & denique intolerabilis evasisset. Gnatus ejusdem, ANDREAS FABRITIUS Pignatellus, Dux Montis Leonis septimus, strenuus militiæ sanguinem pro Rege profudit in pugna, quam in Catalonia inter Loca *Epouille & Coll de Bagnales* d. 4. Jul. an. 1677. Comes *de Monterey* adversus Gallos, quos Dux *de Navailles* ductabat, commisit, atque ex vulneribus in illa acceptis paulò post mortuus, masculam prolem nullam post se reliquit, sed natas duas, quarum natu major, avitarum hæres ditionum, ne istæ è familia dilaberentur, Nicolao Pignatello, proavi sui fratri, matrimonio juncta fuit,

fuit, qualis cognationis inter conjuges exemplum vix in omni occurrit historia.

NICOLAUM Pignatellum splendido illo, de quo modo dictum est, matrimonio auctum, eximiisque virtutibus præditum Carolus II. Hispaniarum Rex honoribus etiam ornavit; quippe dignitates *Comestabilis* & *Admiralis* Siciliæ, à prosocero suo possessas, ei concessit, in numerum Cubicu-lariorum suorum illustrium eum cooptavit, atque an. 1686. Proregem Sardiniæ constituit, hac autem provincia defunctum torque equestri *Aurei Velleris* insignivit. Est ei frater Germanus, isque natu major & sacro fulgens munere, jam diu non Romæ tantùm, sed passim, summo propter præclaras animi ingeniique dotes honore & nomine videlicet FRANCISCUS Pignatellus; Hic à prima juventa pietatis & sanctioris disciplinæ studio flagrans, *Theatinorum* familiam ingressus, & inter eos *Lectoris* munere ob præclaram eruditionem ornatus est: Inde à Rege supra dicto an. 1683. ad Archiepiscopatum Tarentinum provecto Innocentius XII. Papa, purpuram, qua dignissimum esse diffiteri nequiebat, additurus erat, nisi ad arcendos honore isto gentiles suos, nepotum speciem præbituros, animum obfirmasset; quare satis ille habuit tali eum loco collocasse, ubi à successore honestè præteriri nequiret, *Nunciique* dignatione mactum in Poloniam misit, nec destituit Pontifex hodiernus Clemens XI. vota antecessoris, meritaque tanti Præsulis, sed vacuefacto morte Cardinalis Cantelmi Archiepiscopatu Neapolitano, illum ad suscipiendnm Ecclesiæ istius regimen à Polonia sub initium anni 1703. revocavit, eodemque anno ad finem vergente *Cardinalem*, prima creatione sua & quidem solum, majoris haud dubie honoris ergo, in consistorio d. 17. Dec. habito renuntiavit, nepotemque suum è fratre Abbatem Albanum ad galerum illi perferendum ablegavit. Inter fratres illorum consanguineos, eodem nempe patre, sed alia matre, prognatos, fuit AGNELLUS, huic genitor oppidum *Montecorvino* reliquit, Rexque Hispaniarum Philippus IV. *Principis* axioma contulit, cui posteà *Ducis de S. Mauro* titulus accessit; utroque jam gaudet filius ejus natu maximus JULIUS, quem licet in conjugio viventem, prole destitui accepimus; fratres ei sunt FABRITIUS, Leccensi Episcopatui ab Innocentio XII. Papa an. 1696. præfectus, JACOBUS, ἄγαμος, nec non FERDINANDUS; hic militiæ nomen dedit, eximiumque in ea gradum in Hispania adeptus, uxorem etiam ibidem accepit, summo loco summoque genere ortam, hæredem videlicet ducatus Ixariensis; hinc ipsemet *Dux de Hijar* sive *Hixar* in præsentia audit, idemque est, qui Galætiæ Proregis munus haud ita pridem gessit.

Belrisguardenses etiam Duces ad hanc Pignatellorum lineam pertinent, quem titulum cum re ipsa JACOBO Pignatello, Fabritii primi Nojæ Principis filio natu minimo uxor *Florentia Vaez* attulit, & fato suo functa filio primogenito FABRITIO transmisit; is fratres habuit FRANCISCUM, qui in bellis Catalonicis mortem oppetiit, MICHAELEM, qui Leccensi Ecclesiæ ante Fabritium agnatum suum, paulò ante memoratum, præfuit, & DOMINICUM, in Catalonico exercitu supremum equitatus præfectum (*Mastro di Campo generale.*)

AD TAB. VII.


DE Lauri Marchionibus & Bisacciæ Ducibus, in quibus explicit genealogia Pignatellia, pauca narratu digna occurrunt; communis illorum sator SCIPIO fuit, primi Machionis de Cerchiaro frater, *Comes Lauri* primò creatus, dein *Marchionis* titulo auctus; præfuit idem Hydruntinæ Provinciæ aliquandiu Proregis dignatione; filii sui natu maximi Camilli funus, quoniam turbato mortalitatis ordine, extulit, nepoti ex illo suo, eique cognomini Laurensem Marchionatum transmisit, cum ipse naturæ concessisset: huic uxorio jnre Comitatus S. *Valentini* & *Palmæ* Toparchia

chia accesserunt, quibus opibus adeò animum non dedidit, ut earum & curarum mundi pertæsus togam sumeret sacerdotalem, titulis ditionibusque suis omnibus filio CAMILLO traditis, eas iste immoderata largitate omnes profudit & disperdidit.

ASCANIUS, filius primi Marchionis Lauri secundogenitus, magno animo ingenioque felici præditus, Martem cum Musis rara copula conjunxit, namque & carminum gloria præcelluit, quorum nonnulla lucem aspexerunt publicam, & bellica laude floruit, ob quam præcipuè *Bisacciæ Ducis* axiomate à Rege Hisp. Philippo II. ornatus est; isto bini illius pronepotes, hac tempestate viventes, utuntur, eò quod FRANCISCUS, eorum natu major, delecto cælibatu id fratri suo NICOLAO impertiit, cumque eo communicavit; hic bellicæ gloriæ cupidine flagrans ad bellum Belgicum profectus est, ibique supremam rei tormentariæ præfecturam gessit, ducta eodem loco uxore ex illustrissima Comitum *ab Egmond* & Principum *de Gavre* stirpe. Ea nuper quoad mares defecit, cum *Procopius Franciscus* Comes Egmondanus & Princeps Gavrensis in Hispania, castra ibi secutus Gallica, morbo militari extinctus fuit mense Septembri an. 1707. improlis, decennalis quamvis maritus Luisæ de Conac, Francisci Marchionis de Conac gnatæ, ductæ an. 1697. d. 24. Mart. Frater illi fuit natu major, *Ludovicus Ernestus*, qui an. 1693. d. 13. Sept. decessit, nullis pariter liberis ex uxore sua, Maria Theresia Arembergica, quæ anteà Ottonis Henrici de Carretto, Marchionis de Grana, matrimonium tenuerat, susceptis.

RUFFENSIS STIRPS

In Regno Neapolitano *Magna domus* encomio inclyta hodieque in Comitibus de Sinopoli, Principibus de Scilla, Palazzolo & S. Antimo, nec non Ducibus de Bagnara florentissima.



SCUTO Ruffensis familia uti consuevit isto, quod hic exhibetur, in duas videlicet regiones transversim distincto, quarum superior *argento* tincta est, inferior verò *nigra*, ita ut sex cuspides sive runcinæ ejusdem coloris in superiorem partem argenteam ascendant.

RUFFENSIS FAMI

COMITES DE CATANZARO ET

I. SERIUS, five SIGERIUS, cogn. RUFFUS de Ca Regni sub Friderico II. Imperat. & Rege Sicil. cujus

II.

FULCO, DOM. de SINOPOLI, de quo *Tab. seq.*

Petrus COMES de CATANZARO. *Prorex Sicil.* † 1302.

III.

Joannes, Com. *de Catanzaro*, Dn. *de Policastro* &c. *Capitan. General. Calabriæ* 1316. *Francisca de Licinardo, Conradi filia.*

Belladama, ux. *Joannis de Gianvilla, Dom. de Piedimonte.*

Jacobina nup. *Riccardo de Aquila, C. de Fondi.*

Jordanus Comes de MONTALTO, † 1345. Ux. 1. *Joannella de Leonessa*, 2. *Odolina de Chiaramonte, Francisci della Ratta Com. Casertæ vidua.* ☾

IV.

Petrus, Com. *Catanzar. Sibylla, Leonis de Reggio F.*

Elisabetha, nup. *Gerardo de Sanguineto, C. de Corigliano.*

Conradus.

Berardus.

Nicolaus Dn. *de Bovalino. Sancia de Merlotto.*

Joanna, nup. 1. *Thomæ Stendardo*, 2. *Gosfredo de Marzano, II. Com. de Squillace.*

Thomasa, *monial.*

V.

Antonellus, Comes *de Catanzaro.* Uxor *incomperta.*

Antonia.

Riccardus, Dn. *de Bovalino.*

Joanna, nup. *Rostanno Cantelmo.*

VI.

Nicolaus Ruffo, Comes *de Catanzaro, Prorex Calabriæ* 1384. MARCHIO de COTRONE cr. 1390, Dn. *d'Altavilla, Strongoli, Martorano, Scillone, Motta Grimalda, Misuraca, San Lucide & Satriano*, obiit exul in Gallia. Uxor 1. *incomperta.* 2. *Margarita de Poitier:, Ludovici Dom. de Saint Valier Fil.* 1414.

Joannes, *Eques Hierosol. & Prior S. Euphemiæ.*

VIII.

(1) Polyxena, uxor fecunda *Ludovici de Poitiers, Dom. de S. Valier.*

Joannella March. *de Cotrone* & Com. *de Catanzaro*, uxor *Antonii Columnæ, Pr. Salerni, &c.*

Errichetta March. *de Cotrone*, Com. *de Catanzaro*, nup. *Antonio Centellas, Comiti de Collesano, March. de Cotrone & Geraci.*

Gozzolina, ux. *Lucæ Sanseverini, I. Pr. de Bisignano.*

VIII.

Polyxena, nup. 1. *Jacobo Marilli, M. Senescallo Regni Neap.* 2. *Francisco Sfortiæ. &c.*

IX.

Joannes Franciscus Marinus *Marzano*, III. Dux *de Sessa*, & Dux *de Squillace*, Princeps *de Rossano*, Comes *de Montalto*, M. Admiralis Regni Neapol.

X.

Joannes Baptista *Marzano*, IV. Dux *de Sessa*, & II. *de Squillace*, II. Pr. *de Rossano*, † s. p. 1508. Ux. *Constantia Davalos, Inici March. Piscar. Fil. Friderici de Balzo, Pr. Altamuræ vidua.*

Cubella, ux. *Alexandri Sfortiæ, Pr. Pisauri.*

MONTALTO, DOM. DE BADOLATO.

I. labria, Magnus Marefcallus (*Maeftro Marefciallo*) teftamento teftis fubfcripfit d. 13. Dec. an. 1250.

II.

- Uxor, *Joanna de Aquina, Atenulphi, III. Com. Acerræ Fil.*
- Joannes DOM. de BADOLATO. Ux. 1. *Benincafa d'Oppide.* 2. *Conftantia de Sangineta, Rogeris Com. de Corigliano F.*

III.

- Sigerius. ⊙
- Claricia, ux. *Gentilis Urfini.*
- Petrus, † *fine lib.*
- Jordanus Dn. *de Badolato.* ♃
- Boëmundus Dn. *d'Oppide.*
- Margarita, nup. *Guilielmo Pareelleto, Dom. de Calatafimi.*
- Jacobina, ux. *Joannis Carmignano.*

IV.

☽ — ⊙ — ♃

- (1) Joannes, Com. *de Montalto*, † 1341.
- Carolus, † *ante patrem, circa an.* 1315.
- (2) Covella, ux. *Conradi de Antiochia Com. de Capizzi.*
- Benedictus. *Helena de Ranone, Dom. de Gavrano.*
- Joannes, Dom. de *Badolato. Palmina de Reggia.*

V.

- Carolus, III. Comes *de Montalto*, Dn. *de Paola, Fufcaldo & S. Marco.* Ux. 1. *Laudana de Sabrano, filia Com. de Ariano,* 2. *Joanna Sanfeverina, Roberti Com. de Corigliano filia hæres.*
- Petrus, Dom. *de Badolato.*

VI.

- (2) Antonius Ruffo, IV. Comes *de Montalto & de Corigliano. Joannella Sanfeverina, Henrici Com. de Mileto F.*
- Carolus Ruffo, *Magnus Juftitiarius Regni Neap.*
- Fulco Ruffo, Dn. *de Badolato.*

VII.

- Carolus, V. Com. *de Montalto & Corigliano*, M. *Juftitiarius Regni*, † an. 1400. *Cecearella Sanfeverina, Hugonis Com. de Potenza* F.
- Leonellus.
- N. uxor *Francifci Prignano Pr. Capuæ, nepotis Urbani* VI. *Papæ.*
- Cubella, nup. 1. *Jacobo de la Marra, Dom. de Riule,* 2. *Rogerio Sanfeverino, I. Duci de S. Marco.*
- Robertus, M. *Juftitiar.* † *ãv.*
- Stephanus Dn. *de Badolato.*

VIII.

- Cubella, patris & fororis hæres, uxor prior *Joannis Antonii Marzano V. Com. de Squillace, Admiral. Neap. & II. Ducis de Seffa*, obiit illa an. 1445.
- Marcus Antonius, Dom. *de Badolato.*

IX.

- Uxor, *Beatrix de Aragonia, Ferdinandi I. Regis Neapol. Fil. nat.*
- Joanna, Dom. *de Badolato*, nup. *Ludovico de Arena, Com. Arenæ.*

X.

- Catharina, nup. *Antonio de Rovere, Com. Soræ.*
- Margarita, nup. *Leonardo Tocco, Pr. Achajæ.*
- Maria, ux. 2. *Antonii Piccolominei, Duc. de Amalfi.*

DOMINI ET COMITES DE SINOPOLI, PRINCIPES

II. FULCO RUFFUS, Dom. *de Seminara*. S. *Christina* & *Bovalino*, Petri, Comitis de Catanzaro primi frater.

III.
- Jordanus.
- Fulco.
- Henricus, DN. de SINOPOLI, Seminara & al. vixit adhuc an. 1301.

IV.
- Petrus, *obiit ante patrem.*
- Fulco, Dn. *de Bovalino* Ux. 1. *Berarda, Trifiligardi, Dom. Gaardiæ Fil.* 2. *Altadonna, Jordanas de Baldano Fil.*
- Guilielmus, Dom. dein COMES *de Sinopoli* 1335. Ux. 1. *Catharina Dom. de Corbatio,* 2. *Aloisia de Eroilla.*

V.
- Petrinus, Dn. *de Sinopoli*, † *ān. Joanna, Philippi Turdæ* F.
- (2) Nicolaus, Dn. *de Bovalino, improlis.*
- Henricus, Dn. *de Jeraci*, † *ante patr. Julia Moleto.*
- Fulco, II. Comes *de Sinopoli.* Uxor *incomperta.*

VI.
- Antonellus, Dn. *de Palicio, Condojanni & al. Maria Filangiera.*
- Joanna, nup. *Thomæ Sanseverino, Com. de Terlizzi.*
- Gulielmus, III. Comes *de Sinopoli. Lucretia Caracciola, Antonii Com. de Jeraci* F.

VII.
- Fulco, Dn. *de Palicio & Condojanni.*
- Carolus, IV. Com. *de Sinopoli.* Ux. 1. *Catharina Grimalda, Dom. de Policastro, Nicolai* F. 2. *Maria Centelles, Antonii March. de Cotrone soror.*
- Maria, nup. *Nicolao de Arena.*
- Covella, ux. *Baptistæ Caraccioli, Com. de Jeraci.*

VIII.
- Henricus Dn. *de Palicio & Condojanni.*
- Joannes Nicolaus.
- (2) Joannes, V. Comes *de Sinopoli. Eleonora de Cardines, Alphonsi* F.
- Covella, nup. *Marino Correale, C. Terræ Novæ.*
- Filaritus, *nothus, Eq. Hierof. Prior S. Euphem.*

IX.
- Antonellus, Dn. *de Palicio.*
- Paulus, VI. Comes *de Sinopoli. Catharina Spinella, Caroli I. Com. de Seminara* F.
- Violanta, nup. *Gaterio Nava Dom. de Scilla.*

X.
- Hieronyma, al. Joanna nup. *Alphonso de Aragonia d'Ayerbe, I. Com. de Simari.*
- Fabritius, VII. Com. *de Sinopoli*, I. PRINCEPS de SCILLA. Ux. 1. *Isabella de Gennaro, Com. Nicoteræ.* 2. *Isabella Aquaviva, Jo. Hieronymi Duc. de Atri F.*
- Julia, nup. *Federico Carafæ, C. Policastri.*
- Marcellus. *Joanna de Benavides de Alarcon Sanctii F.*
- Hieronymus.
- Joannes Baptista.
- Virgilius.

XI.
- (1) Maria, Princ. *de Scilla* Com. *de Sinopoli*, nup. 1. *Vincentio Ruffo, patrueli suo,* 2. *Tiberio Carafæ, Pr. Bisiniani.*
- (2) Margarita, ux. *Josiæ Aquavivæ, Duc. de Atri.*
- MUTIUS *de quo Vid. Tab.* IV.
- Vincentius, Princ. *de Scilla* & Com. *de Sinopoli* per ux. *Mariam Ruffam, patruelem suam.*

XII.
- Fabritius † *patr.*
- Joanna Pr. *de Scilla* & Com. *de Sinopoli*, nup. *Vincentio Ruffo, Pr.* de *Palazzolo*, de quo *Tab. seq.*
- Imara, ux. *Francisci Ruffi, Duc. de Bagnara.*
- Margarita, nup. *Joanni Fabritio de Capua, III. Pr. Ricciæ.*

DE SCILLA, DOMINI DE BAGNARA.

II. Uxor, MARGARITA, *Carnelevarii de Pavia, Domini de Sinopoli & aliorum locorum in Calabria filia & hæres unica.*

III.
Uxor, *Margarita de S. Lucido ex Dom. de Maida.* — Aloisia, nupta *Ægydio de S. Lucido, Dom. de Maida.*

IV.
Aloisia, nup. N, *Filingiero.* — Jacoba, *monialis in monast. S. Mariæ Reginæ.* — Margarita, ux. *Boemundi, Dom. d'Oppido.* — Constantia, nup. *Vincigueræ Grimaldo, Dom. de S. Demetrio in Calabr.*

V.
Carolus. — Rogerius. — Margarita, nupta *Jordano de Arena, Dom. Arenæ.*

VI.
Henricus, *Abbas.* — Margarita, nup. 1. *Joanni Antonio de Costanzo, Dom. de Casaldone,* 2. *Nicolao Caracciolo.* — Nicolaus.

VII.
Catharina, nup. *Ottino Caracciolo, Com. de Nicastro.* — Margarita, ux. *Jacobi de Nantolio, Dom. de Francavilla.* — Esau, Dn. *de Nicotera. Alvina Centelles, Mariæ soror.* ☽ — Lisa, nup. *Francisco Branciæ.* — Nicolaus Antonius. *Ramondetta Centelles, Mariæ & Alvinæ soror.*

VIII.
☾ Diana, nupta *Carolo Caracciolo.* — Gulielmus, Dn. *de Bagnara, occ. in pr. ap. Seminariam* 1462. — Carolus Dn. *de Girifalco, ux. Alphonsina de Longobucio.* — Esau Dn. de *Bagnara. Hieronyma* del *Carretto.* — Henricus.

IX.
Berardus, Dom. *de Bagnara. Leonora de San Ginetto.* ⊙ — Nicolaus Antonius, Dn. *de Solano.*

X.
Octavius. *Isabella Sances, March. de Grottola F.* — Carolus. — Victoria, ux. *Octavii Sersale, Com. de Sellia.* — Hippolyta nup. *Hieronymo Tomacello, Dom. de Galatro.* — Julius. — ⊙ Hieronymus Dn. *de Bagnara. Antonia Spadafora.*

Catharina, *monialis & fundatrix monast. S. Josephi Russorum.*

XI.
Sanctius, *Eq. Hieros.* — Hippolyta, ux. *Joannis Baptistæ della Marra D. de Macchia.* — Laudonia, nup. 1. *Jacobo del Tufo M. de Lavello,* 2. *Flaminio Caracciolo.* — Jacobus, Dn. *de Bagnara & Solano. Hippolyta Spinella, Salvatoris, I. March. Fuscaldi F.*

XII.
CAROLUS, Dux *de Bagnara.* *Vid. Tab. seq.* III. — Joannes. — Flavius. — Feliciana, nup. 1. *Joanni Rota.* 2. *Fabritio Villano.*

T A B.

DUCES DE BAGNARA, PRINCIPES DE S. ANTI

XII.

CAROLUS RUFFUS, Jacobi Dom. de Bagnara & Hippolytæ Spinellæ F. DUX primus de BAGNARA, Dn. *de Fiumara di Muro, S. Antimo, Motta* &c. † 25. Sept. 1619.

XIII.

- Franciſcus, II. Dux *de Bagnara*, Dn. *de Sant Antimo* &c. † 10. *Maji* 1643. *Guiomara Ruffa, Vincentii & Maria Principum Scillæ* F.
- Flavius, *Abbas ad S. Bartholom.*
- Bernardus *Eques Melit.*

XIV.

- Carolus, III. Dux Bagnaræ, I. PRINCEPS de S. ANTIMO, † 10. Mart. 1693. Ux. 1. *Conſtantia Boncompagna, Gregorii*, II. *Duc. Sora* F. 2. *Diana Caracciola, Jo. Baptiſtæ, II. Duc. de Celenza* F.
- Anna. Illuminata. *Moniales.*
- Maria, ux. *Hugonis Boncompagno, III. Duc. de Sora.*
- Paulus. *Victoria Pignatella, Ladovici M. de Caſalnovo* Fil. ⊙
- Vincentius. Ux. 1. *Maria* . . . . 2. *Lucretia Vintimiglia, Placidi* F. ☾

XV.

- (1) Franciſcus, IV. Dux Bagn. II. Pr. de S. *Antimo*, & I. *della Motta*. *Joanna Lanza & Moncada, Laurentii, V. Com. de Muſumeli* F.
- Tres *moniales in Fano Gregor. Mecinæ.*
- (2) Joſephus III. Pr. de S. *Antimo*. *Catharina Ruffa, patruelis.*
- Thomas Archiep. Niceæ. *Mag. Cameræ Pap. R. E. Cardinal. cr. 17. Maji* 1706.
- Dominicus, *Eques Melit.*
- Lucretia, ux. 2. *Ferdinandi Mendozæ VII. March. de Valle.*
- Paulus.
- Fabritius.

XVI.

- Carolus, II. Pr. Mottæ. *Anna Maria Ruffa, Joſephi Tiberii Pr. de Palazzolo* Fil.
- Conſtantia, nup. *Carmineo Nicolao Caracciolo, Pr. de S. Bono.*
- Antonius.
- Dominicus.
- Joſephus.
- Guiomara.

♂

- Placidus, Antonii F. Princeps Scalettæ & Floreſtæ in Sicil. *Dorothea Corvina.*
  - Antonius, Pr. *della Floreſta.*
- Flavius, Abbas.
- Franciſcus.

MO DELLA MOTTA, SCALETTA ET FLORESTA.

XII. Uxor, ANTONIA *Spadafora*, *Friderici Baronis de Venetico & Palermo*, *& Juliæ Agliatæ filia.*

XIII. Petrus, Vicecomes *de Francavilla.* *Agatha Balsama.* — Antonius, PRINCEPS SCALETTÆ in Sicilia. *Antonina Grotta.*

XIV. Fabritius, *Prior Baguaræ & Capuæ in Ord. Melit. Dn. de Maida, Laconia* &c. — Thomas, *ex monacho Ord. Domin. Archiepisc. Bariens.* — Joannes, *† juvenis.* — Jacobus, Vicecom. *de Francavilla.* *Agatha Ansalone.* — Carolus.

XV. Fabritius. *Guiomara Ruffo, Vincentii, patrui Fil.* — Carolus, *Dn. Ciccalæ.* — Franciscus, *monachus Casin. Ord. Bened.* — Maria, nup. *Nicolao de Bologna, I. Duc. de Palma.* — (1) Catharina nup. *Josepho Ruffo, Ill. Pr. de S. Antimo.* — (2) Franciscus. *Theodora Ruffi, Alberti, D. de Melito.* — Gulomara, ux. *Fabritii Ruffi, patruelis sui.*

XVI. Franciscus, nat. 1691.

Federicus. Carolus. Jacobus. Antonius. Petrus. Joannes.

T A B. IV.

PRINCIPES DE PALAZZOLO ET SCILLA, MARCHIONES DE LICODIA, COMITES DE SINOPOLI.

XI. MUTIUS RUFFUS, Marcelli Ruffi & Joannæ Benavides de Alarcon filius primogenitus.
Uxor, CAMILLA *Santapau*, V. *March. de LICODIA, Francisci, II. Pr. Buteræ, & IV. March. Licodiæ Fil. Petri Velazquez Dom. de Palazzolo vidua.*

XII.

Franciscus Ruffo & Santapau, † *cælebs.*	Vincentius Ruffo & Santapau, III. PR. de PALAZZOLO, VI. MARCH. de LICODIA. *Joanna Ruffo, III. PR. de SCILLA, IX. Com. de Sinopoli, Vincentii Fil.*	Josephus, *Clericus.*	Guiomara, nup. *Jacobo Spadafora, Pr. de Venetico.*

XIII.

Fabritius Ruffo, IV. Princ. *de Scilla & Palazzolo*, VII. March. *de Licodia*, X. Com. *de Sinopoli & Nicotera*, † *drau.*	Franciscus Maria, V. Pr. *de Scilla & Palazzolo*, VIII. March. *de Licod.* XI. Com. *de Sinopoli*, VI. *de Nicotera, cælebs.*	Josephus Tiberius, VI. Princ. *de Palazzolo*, † *Agatha de Branciforte, Petri de Branciforte & Lanza Fil. Hieronymi March. deli Martini soror,*	Maria, nup. I. *Francisco Mariæ Dominico Carafæ, VI. Duc. de Nocera*, 2. *Dominico Concublet de Arena, March. Arenæ*, 3. *Josepho Carafa, II. Duci de Bruzano.*

XIV.

Gulielmus Ruffo & Branciforte, VII. Pr. *de Palazzolo*, *Silvia de la Marra, Duc. della Guardia.*	Anna Maria, nupta *Carolo Ruffo, Pr. della Motta.*	Joanna.	Henrichetta.

E X E-

EXEGESIS HISTORICA.

RUFFENSIS familiæ nobilitatem summam, potentiamque haud mediocrem, qua aliquando eminuit, multis dein & maximis casibus concussa & attrita, encomium arguit Magnæ domus (*La Gran casa*) quo se jactare solet. Ejus originem nonnulli altius repetentes ad Romanos fontes revocant, & ad *Rufos Rufinosque*, Corneliæ gentis progeniem, referunt, quo in numero *Joannes Ritonius* fuit, qui in Tessera sua omnium familiarum nobilium Italiæ in Valentia an. 1484. impressa, circa deductionem Ruffòrum nostrorum à Pompejo Rufo, Sp. Lucretii Tripitani, primi Consulis Romani post Regem Tarquinium Superbum ejectum, filio, gratis desudavit; eam *Philadelphus Mugnos* Theatri Geneal. Siciliæ, Libro VIII. recensuit. Parem fovisse videtur sententiam Frater *Simon de Leontino*, Episcopus Siracusanus, antiquior illo scriptor, quippe qui regnante Carolo I. vixit, & Siculam historiam elucubravit, in qua hæc legi verba, *Rufa nobilissima & vetustissima familia, tempore Romanæ Reipublicæ magnoperè vixit, & usque ad meum tempus potentissimè vivit*, dictus *Mugnos* in Theatro Nobilitatis mundi (*a*) refert. *Ferdinandus Marranus Guardiæ Dux* in Discursibus, quos de familiis sibi cognatis conscripsit, de Ruffensi etiam tractans, vana illa aut saltem incerta nihil moratus, ultimam Ruffòrum nostrorum memoriam ex Leonis Cardinalis Ostiensis Chronica Cassinensi repetiit, cujus libro II. narratur Græcos circa initia seculi Christiani undecimi Apuliam sibi Calabriamque sociatis sibi *Ruffis* atque Giulianis vendicasse. Anno deinde 1091. Robertum Ducem Apuliæ, Rogerii, qui posteà utramque Siciliam Regni titulo complexus est, patrem, cum adversus Boëmundum Calabriæ Ducem bellum gereret, & exercitu XXV. M. Saracenorum ex Sicilia auctus in Calabriam descendisset, à *Philippo* & *Henrico Ruffis* exceptum, eorumque opibus ac armis corroboratum Hydruntina Provincia & Basilicata potitum esse, ex *Laurentii Buonincontro* Hist. Siculæ Libro II. modò laudatus Guardiæ Dux retulit, & alterutro istorum prognatum esse censuit *Petrum Ruffum*, quem unicum Gelasius II. Papa an. 1118. Cardinalem, tit. S. *Mariæ in Cosmedin*, creavit.

Ab illo tempore usque ad extremam Friderici II. Imperatoris ætatem, atque adeò integri seculi & quod excurrit spatio, deficere annales, tabulasque & literas, quibus Ruffòrum memoria servata sit, idem illustris scriptor haud dissimulavit; sed Friderico Imperatore modò dicto Siciliæ Regnum tenente, claruisse ejusque gratia floruisse memorat SERIUM, aliis SIGERIUM dictum, FULCONEM, PETRUM & HENRICUM *Ruffos*, quorum primus Magnus Regni Marescallus, & cæterorum patruus fuerit, natorum ex *Jordano* ejus fratre. Eundem nec non Fulconem Friderico Imperatori animam reddenti adfuisse, ejusque tabulas supremas, Florentini in Apulia an. 1250. d. 13. Dec. scriptas, obsignasse ait. At Fulconi fratribusque ejus non Jordanum, sed *Sigerium*, Magnum Marescallum ipsum, patrem tribuit genealogia Ruffensis stirpis, quam Neapoli accepimus, & benignitati Carminei Nicolai Caraccioli Principis de S. Bono in acceptis ferimus, cujus etiam vestigiis in Tabula nostra institimus, rem cæteroquin in medio relinquentes.

A FULCONE & PETRO fratribus stirps Ruffensis in duos diducta est ramos, ex quibus ille, qui à priore satus est, hodieque viget, alter dudum exaruit. Petri mentionem in citata superius Simonis, Episcopi Siracusani, Historia Sicula fieri *Phil. Mugnos* testatur, hæc ejus verba referens: *Petrus Rufus Siciliæ & Calabriæ Prorex, ob suam potentiam, prudentiam, valorem & magnanimitatem Princeps gloriosus à vulgo appellatus fuit, & à Rege Conrado Suevo extimatissimus, ideò tota ejus domus* Magnæ *titulo super omnes familias fuit vocitata. Hic non solùm Comes Catanzarii, sed totius Calabriæ Citra dominium habuit; Jordanus & Fulco Rufo, ipsius nepotes, Vallem Crateam,*

(a) *Pag.* 90.

team, Terram Jordanam & majorem partem Calabriæ ultra possederuut. Memoratam ab antore isto Conradi Regis de *Petro Ruffo* existimationem debita ille fidelitate pensavit, operamque dedit pro virili, ut Calabriam Siciliamque in obsequio Regis retineret, adversus Manfredum, Friderici Imperatoris nothnm, sibi Regnum vindicare conantem; hoc verò Petri erga Regem legitimum studium in sinistram rapuit partem *Fazella*, hisce *Libro VIII. Dec. Post. de Rebus Siculis* usus verbis: *Messanenses, qui Manfredo adhæserunt Petrum Rubeum Comitem, geuere Calabrum, adversus Manfredum nova molientem, cum tota familia urbe expellunt, & Legatis missis Manfredum ad Siciliam invadendam hortantur.* Huic, Manfredo nempè, cum fortuna in occnpando Regno adspirasset, *Petrus Ruffus*, ut iræ ejus se subduceret, exilium subiit voluntarium unà cnm *Jordauo* & *Fulcone*, nepotibus suis ex fratre, secessitque in Galliam, unde cum Carolo Andinm Duce, à Pontifice Romano adversus Manfredum accito, in Italiam rediit, ejusque partibns se adjunxit, cumque is Manfredo in prælio apud Beneventum cæso, deindeque Conradino Suevo capto & neci dato, rerum in ntraque Sicilia potitus esset, in pristinas dignitates opesque restitutus est, id quod *Laur. Buonincontro* in Annalibus suis literis prodidit hnnc in modum: *Carolus, priusquam vita decessisset Petrum Ruffum ex ea Ruffòrum familia, quam secum ex Gallia adjuuxerat, Comitem Catanzarii, pluresque uobiles, quos sui itineris socios habuerat, honoribus auctos, & diguitatibus insignitos reliquit.* Superstes Carolo *Petrus* filio ejus Carolo II. æque in pretio ac patri fuit, ab eoque delectus est, qui Eleonoram, ipsius sororem, Friderico Aragonio, Siciliæ, propriè sic dictæ, Regnum, à Petro Rege Aragoniæ patre suo post vesperas Siculas occupatum, tenente, in pacificatione desponsam, Messanam deduceret, qna sparta defunctus, dum domi senio confectus quietem ærnmnarum captat, manu scelerati hominis, quem *Joannem de Moliterno* annales vocant, indignissimè luce privatus est, nonagenario major.

Stirpem Comitum *de Catauzaro* JOANNES, Petri filius natu maximns, propagavit, pater Petri secundi, quo natns *Autouellus* Nicolaum genuit, in quo illa quo ad mares emarcuit. Ætas NICOLAI in illa incidit tempora, quibus Carolus III. & Ladislaus ejns filius Neapolitanis imperabant: utriusque ille gratia atque existimatione floruit, atque à primo Calabriæ regimine anno 1384. nobilitatus, ab altero autem *Marchiouis de Cotrone* dignatione an. 1390. mactus est. Verùm ab hoc Nicolaus tandem, quam ob offensam incertum, descivit, & Ludovici Andegavensis factioni se adjunxit, memoraturque fuisse inter primores Regni, qui ad Parlamentum, à Ladislao anno 1401. Neapoli indictum, non venerunt. Quare in ordinem eum redigere cupiens Rex, armata ditiones ejus invasit manu, & cunctis ferè, licet amplissimas haberet, exuit, nihilo tamen secius veniam & restitutionem bonorum ei obtulit si ad frugem reditnrns esset, sed incassum: perstitit enim ille in obsequio Ludovici, Gallisque Regium & Cotronum, quæ loca sola reliqna habebat, concessit, & in Galliam trajecit, coràm, quem sectabatur, veneraturus. Ibi amissa uxore lares repetiit, spe inflatus potiundi conjugio Mariæ Anghianæ, quæ eodem temporis tractu morte Ramondelli Ursini, Principis Tarentini, vidua facta fuerat; verum excidit hac uxore, ab ipso Rege Ladislao ob formæ præstantiam, maximasque opes in matrimonium ducta. In Galliam itaque rediit, ibiqne è Pictaviensi gente conjugem sibi snmsit, novoque socero gnatam vicissim suam nuptui locavit. Equidem tradunt Ferd. Marranus Dux Guardiæ, aliique scriptores Italici *Margaritam Pictaviensem* unnicam Nicolai Ruffi fuisse nxorem, eaqne defuncta affectatum ab eo esse matrimonium Mariæ Principis Tarentinæ; sed toto, quod ajnnt, cœlo eos errare ex genealogia Pictaviensis familiæ, à Bucheto accuratissimo in Gallia stemmatographo concinnata, & in scriniis nostris extante, liquet; ea quippe annum, qno Nicolaus Ruffus Margaritam Pictaviensem connubio sibi sociavit, indicat, & decimum quartum seculi XV. fuisse notat, at Maria Principissa Tarentina jam dum anno 1405. ad secunda cum Ladislao Rege, cujus rivalem Nicolaum Ruffum fuisse diximus, vota transierat: neutiquam etiam credibile est, quod Lndovico Pictaviensi, socero Ruffi, potestas facta fuisset

fuisset gnatam ejus ducendi, si ea ex sua nata fuisset filia. Nullum itaque est dubium, quin Nicolaus Ruffus ante Pictaviensem aliam habuerit uxorem, ex qua gnatas in Tabula enumeratas suscepit; quarum natu maximam *Polyxenam* Ludovicus Pictaviensis Fani Valerii Dominus secundis sibi adjunxit nuptiis, è priore conjuge, quæ Catharina de Giac, Petri de Giac Cancellarii & Custodis Sigillorum Galliæ sub R. Carolo VI. filia erat, jam aliquot liberorum pater, quorum in numero Margarita fuit, à Nicolao Ruffo, Gallis *Le Roux* dicto, ducta. Vitæ finem iste in Gallia explevit, cum ditiones ejus in fiscum redactas Joanna Regina Neapolitana, quæ Ladislao fratri successit, *Joannellæ Ruffæ*, filiæ ejus secundæ, tradidisset, in gratiam matrimonii, quod cum ea contraxit Antonius Colnmna, Martini V. Papæ nepos. Hac sine prole mortua *Errichetta*, tertia Nicolai Ruffi filia, hæreditatem istam adiit, annuente Alphonso Rege, qui eam Indico Avalo uxorem destinarat, sed nupsit ea Antonio Centilio Calabriæ Præsidi, ingratiis Regis, qui tamen postea placatus, non tantum Marchionatum Cotronensem & Comitatum Catanzarensem, sed etiam Comitatum Belcastrensem Centilio contulit, quemadmodum sæpè laudatus Gnardiæ Dux literis prodidit.

Erat ille origine Catalanus, nobili satus stirpe, & filius Gilberti *de Centelles*, qui in Siciliam unà cum Martino Rege venit, & ducta in uxorem Constantia Ventimilia, Antonii Ventimilii Comitis de Collesano gnata, larem ibi fixit, soceroque in dictum Comitatum, vigore testamenti ab eo conditi, successit. Ex hoc conjugio nati sunt Antonius, Alphonsus & Julianus, nec non fœmellæ tres, tribus è Ruffensi stirpe fratribus nuptæ, quemadmodum Tabula secunda videre est. Antonius cum ex eadem gente, ceu dictum, conjugem accepisset, ejusque jure nec non beneficio Regis Alphonsi Marchionatu Cotronensi, & Comitatibus jam memoratis auctus esset, tanta commoda æqua pati mente non valens, sed novis studens rebns, sæpeque Regi modò dicto, nec non Ferdinando ejus filio ac successori, rebellis factus, fortunarum omnium jacturam fecit, quibus etiam filii ejus, Antonius & Henricus, patrissantes, caruerunt, & citò perierunt, prior à Turcis captus, alter veneno extinctus; hacque ratione omnes ejus ditiones fisco addictæ sunt, quas inter Comitatus Collesanensis in Sicilia Petro Cardonæ, tum Proregi hujus insulæ, collatus est. (*b*) Habuit quidem Antonius Centilius post mortem Errichettæ Ruffæ secundam uxorem Constantiam Moranam, Thesei Baronis de Cotronei & Melissa qui illi Errichettæ nuptias conciliarat, gnatam, sed prolem ex ea genuisse non legitur. Istam verò quasi coactus duxit, cum enim genitorem ejus levem ob rixam, ex venatione ortam, sclopeto interfecisset, filins verò defuncti Joannes Moranus cædem parentis acerrimè ultum iret, ei placando sororem Constantiam in matrimonium petiit, sine dote, & obtinuit. (*c*)

A JORDANO Ruffo, Petri I. Comitis Catanzarensis filio secundogenito ramus Comitum *de Montalto* defluxit; hunc quippe, ex dispositione paterna Dominum Cariati, Nicoteræ, Borrelli & Montalti, Robertus Rex Neapolitanus Comitem *de Montalto* anno 1327. creavit, posteaque intimioribus Consiliariis suis adscripsit, & *Capitaneum Generalem* Calabriæ Ulterioris constituit. Eidem è posteriore matrimonio cum *Odolina Claromontana*, sorore Margaritæ, quæ Claromontanum Comitatum ad Sanseverinates transtulit, quaque ex familia origine Gallica & maximè illustri, Ladislaus & Ferdinandus I. Reges Neapolitani uxores habuerunt, unica nata est filia, Conrado de Antiochia, Comiti de Capizzi, Friderici II. Imperatoris Regisque Siciliæ pronepoti, nupta; è priore verò conjuge gnatos suscepit duos, quorum funera, turbato mortalitatis ordine, extulit, cùm JOANNI, natu majori, Comitatum Montaltensem, nec non regimen Principatus Calabriæ Ulterioris, annuente Rege, cessisset; eodem munere CAROLUS, Joannis filius, & tertius Montalti Comes, functus est; huic ab uxore secunda *Joanna Sanseverina*, magna ditionum accessio facta est; ad eam enim ex paterna hæreditate pervenere Comitatus *Corilianensis* in Calabria, *Terlizzium* &

(b) *Magnos Theatr. Geneal. Sicil. Parte I. p. 267.*
(c) *Ferd. della Marra op. cit. p. 265.*

& *Ruvum* in Barienſi Provincia, *Acerenza*, *Genzanum*, *Alianum*, *Caſtellum grande*, *Raponum*, *Corletum*, *Perticarum*, *Conturſium* in Baſilicata, & *Gricilianum* in Campania. Succeſſit illi in has avitaſque ditiones ANTONIUS, ex iſto natus toro, quem Carolus III. Rex, quo matrueli utebatur, *Seminara*, meroque & mixto in eam imperio, nec non munere *Capitanei Generalis* in Calabria amplificavit. Nec minus in fratre Antonii, Carolo Ruffo, ornando benignitas dicti enituit Regis: huic enim ampliſſimam ditionem, videlicet *Hydruntum* Metropolim, cum quinque vicinis civitatibus, *Gallipoli*, *Alexano*, *Ugento*, *Matera* & *Nardo*, aliiſque in eadem regione locis, nec non inſigne munus *Magni Juſtitiarii* Regni Neapolitani contulit; ſed illa omnia *Roberto Ruffo*, gnato Caroli unico, ſine liberis defuncto, ad patrimonium regium redierunt, ſolo Magni Juſtitiarii munere ad CAROLUM, quintum Montalti Comitem, patruelem Roberti, tranſlato, cum quo, aut ejus fratre, *Leonello*, maſcula Rufforum Comitum *de Montalto* ſtirps extincta eſt: *Leonellus* enim, cui frater per teſtamentum Acerenzam legavit, prolem nullam, *Carolus* verò fœmellas tantum duas poſt ſe reliquit: quarum natu majorem *Polyxenam* paternarum opum hæredem primariam cum priore marito, Jacobo Marillio, qui genere Gallus & Regni Neapolitani Seneſcallus fuit, orbata fuiſſet, Joanna II. Regina Franciſco Sfortiæ, qui poſteà Dux Mediolani factus eſt, in matrimonium dedit, ex quo cum filiam unicam ſuſcepiſſet, unà cum ea ex veneno, ceu creditum fuit, mortua eſt, ſuccedente illi in ditiones relictas ſorore COBELLA, Ducis Seſſæ uxore, fœmina, ut Ducis Guardiæ verbo utar, *terribiliſſima*. Ea cum eſſet ex marito gravida, ita cœpit eum odiſſe atque averſari ut ab illo tempore perpetuò ſecubaret. His moribus præcipuum gratiæ & auctoritatis locum apud Joannam II. Reginam, cui ſimilis erat improbitas, nacta, implacabili odio in Joannem Caracciolum, vulgò *Sergiannem* dictum, Magnum Regni Seneſcallum, quo Regina familiariter utebatur, exarſit, nec quievit donec ille è medio tolleretur, cujus conſilii præcipuam auctorem Cobellam fuiſſe memoriæ proditum eſt, quemadmodum in Exegeſi ſtirpis Caracciolæ, ejuſdemque Tabulæ XIV. alibi diximus. Erat ei amita cognominis, quam nonnulli ſcriptores cum iſta confuderunt, & ad quam ſpectat epitaphium, quod in æde patrum Prædicatorum oppidi *Altomonte* legitur, ita ſe habens:

Ex veterum claro Rufforum germine nata,
Regibus & noſtris illuſtri ſanguine mixta,
Quam tenuit coram Regina Joanna Secunda
Rugerii quondam Comitiſque potentis, & uxor,
Et Sancti Marci Dux, cujus filius extat,
Virtutum comitatu choris Comitiſſa Cubella
Marmoreo hoc tegitur annorum plena ſepulchro.
Julius hanc carpſit Sole fervente Leone.

Martiana familia, cujus ultimæ generationes Tabulæ primæ ſubtextæ conſpiciuntur, inter nobiliſſimas Neapolitanas claruit, atque à loco ejuſdem nominis, cui olim imperitavit, appellationem nacta eſt. Ex ea *Thomam*, Riccardi filium, Robertus Rex an. 1313. Comitem de *Squillace* & Archithalaſſum Regni creavit. Hunc Joanna de Capua, Bartholomæi Protonotarii Regni Neap. gnata, (quæ prior ejus uxor fuit, cum altera enim Simona Urſina non legitur genuiſſe liberos) patrem fecit *Riccardi* & *Godofredi*. Ille ex Margarita de Aquino Comit. de Aſcoli, gnatam unicam ſuſcepit, *Mariam*, hæredem dicti Comitatus, & Ludovico Sabrano Com. de Ariano & Apia nuptam: *Godofredus* autem in Comitatu Squillacenſi & munere Archithalaſſi genitori ſucceſſit, ductaque in uxorem *Joanna Ruffa*, aliquot utriuſque ſexus liberos genuit, filios præcipuè duos *Robertum* & *Thomam*, quorum poſteriorem Carolus III. Rex Comitem *de Aliſi* & Magnum Regni Camerarium creavit, ſed is improlis deceſſit, huncque comitatum fratris ſui Roberti, tertii Comitis *de Squillace*, filio natu minori *Godofredo* tranſmiſit, qui ex Ceccarella Janvilla gnatam unicam procreavit, Rinaldo Principi Capuæ, Ladiſlai Re-

Regis notho, aliquando desponsatam, sed non nuptam: *Jacobus* verò major Roberti gnatus, Comes *de Squillace* quartus, nec non Thalassiarcha Neapolitanus *Ducis Suessæ* dignatione à Rege modò dicto mactus est, habuitque in conjugio Catharinam Sanseverinam, Rogerii Com. de Milito filiam, quæ ei *Joannem Antonium*, gnatasque quatuor peperit, videlicet *Mariam*, Ludovico Andegavensi condictam, sed hisce sponsalibus dissolutis, nuptam primò Nicolao Comiti de Celano, dein Magno Sfortiæ & tertio Nicolao Ursino, Comiti de Manupello, *Angelam*, Antonii Cantelmi Com. de Alvito & Popoli primò, dein Ludovici Camponesci de Aquila, Com. de Montorio uxorem, *Margaritam*, R. Ladislai aliquandin amicam, & posteà Antonello della Ratta elocatam, & denique *Isabellam* Comitis de Tagliacozzo è stirpe Ursina consortem. JOANNES ANTONIUS ille est, qui digressioni huic ansam præbuit, maritus primò *Cubellæ Ruffæ*, Com. *de Montalto*, eaque mortua Mariæ Franciscæ Ursinæ, Joannis Com. de Manupello filiæ, ex qua prolem nullam suscepit, decessitque an. 1453. succedente ei filio unico è priore toro nato, *Jo. Francisco Marino*, quem Ferdinandus I. Rex sibi identidem rebellem in vincula conjecit, Alphonsus II. autem anno captivitatis ejus XXXIV. in Ischiam insulam deportatum neci dedit. *Joannes Baptista*, ejus filius inde à pueris in custodia habitus, sed à Ferdinando II. Rege demum libertati redditus est, & Romæ ætatem peregit, in ædibus Joannis Jordani Ursini, qui ære alieno mersum sustentavit. Quoniam liberos non habebat donatione Squillacensem ditionem ad *Sigismundum Martianum*, qui ab Altobello, Joannis Antonii, I. Ducis Suessæ, filio notho, descendebat, ivit translatum, sed nullo ob defectum consensus regii successu, & illà jam tùm à Rege Godofredo Borgiæ, Alexandri VI. Papæ gnato, Principatus titulo traditâ, quemadmodum Suessensis Ducatus Gonsalvo Cordubæ cessit.

AD TAB. II.

CUM defloruisset Ruffensis stirpis ramus, qui Comites de *Catanzaro* & *Montalto* protulit, superstes mansit *Sinopolitanus*, Ita dictus ab hujus nominis loco in Calabria, quem *Margarita de Pavia* FULCONI Ruffo attulit, quemque Carolus III. Rex in Comitatum extulit in gratiam GUILIELMI. Erat is nepos Fulconis modò dicti, fratrumque suorum natu minimus; cum verò primogeniti inter illos filius *Petrinus*, Sinopolis Dominus, sine prole decessisset, hæreditatem ejus, ad quam Fulconi fratri suo majori potius jus fuit, ad se transmovit, autoritate regia fultus. Pari deinde modo FULCO, Guilielmi filius natu minor, Antonello nepoti suo è fratre majore ante genitorem communem mortuo, Comitatnm Sinopolitanum præripuit, atque ad CAROLUM, gnatum suum transmisit, qui in eo à Joanna II. Regina confirmatus fuit, cum *Catharinam Grimaldam* in uxorem duxisset. Ad secunda deinde vota cum *Maria Centilia* transgressum Alphonsus Rex Comitatibus Jeracii & Terrænovæ auxit, atque anno 1449. investivit, ut illum pariter & Antonium Centiliam, Mariæ fratrem, strenuum virum egregiumque ducem, magis sibi devinciret. Verum cum hic paulò post ab Alphonso desciviffet, Carolusque Ruffus partes ejns secutus esset, omni iste excidit ditione; in gratiam tamen Regis reconciliatus, cùm eo mortuo novæ affinis sui rebellioni adversus filium illius ac successorem Ferdinandum operam præberet, pœnas propinquo suo dedit; GULIELMO nempè Ruffo, ex *Nicolao Antonio* fratre suo nato, qui Regi fidus patrui ditionem invasit atque occupavit, qua de re ita Pontanus: ***Antonius Centilia in regiones ulteriores concessit, atque haud multò post Sinopolim proficiscitur, eo consilio, quod Gulielmus Ruffus, capto abs se Carolo Ruffo Comite, patruo suo, & oppidum & agrum illius omnem occupaverat, ut eorum ipse res opera sua componeret. Nam Ruforum familiæ Errichetta ejus uxor princeps erat*** (filia scilicet Nicolai Ruffi, Marchionis de Cotrone & Comitis de Catanzaro) ***& ipse ambitioni serviens, sibi non minus quàm uxori satisfacere cupiebat.*** (*d*) Gulielmus haud ita multò post in prælio apud Seminariam occubuit, id quod etiam

(d) *Hist. Lib. II.*

etiam *Pontanus* memoriæ prodidit verbis sequentibus: *cæsi equites aliquot strenui ac fortes viri: in iis* GULIELMUS *Ruffus sclopetaria pila trajectus, & quidem dignus ob animi generisque nobilitatem longiore vita vir.* (e)

Istas inter turbas Sinopolitanus Comitatus in fiscum redactus, & Leonardo de Tocco viginti M. Ducatis venditus, postquam verò Fridericus Aragonius ad Regnum pervenisset, Bertoldo Carafæ ab eo concessus est; id quod ægerrime ferens BERNARDUS Ruffus, Esavi filius, maximi vir animi & strenuus manu, Carafam possessione patrimonii familiæ suæ arcere, idque sibi vindicare armis viribusque domesticis annixus est, sed successu non respondente fortiter cœptis: namque Ferdinandi Catholici demum beneficio in avitam ditionem restituti sunt Ruffi, ita ut PAULUS demum, Caroli nepos, in quieta ejus esset possessione, retulitque de eo Guardiæ Dux jam citatus, quod rem familiarem per calamitates supra dictas vehementer attritam prudenti frugalitate restauraverit, & in pristinum nomen decusque restituerit, nec dubitarit Carolum V. Imperatorem, cum is ex Africa rediens ditionem transiret suam, prandio eoque splendido & singulari in œco campestri, tumultuario opere exstructo, & aulæis aliisque ornamentis & rebus necessariis pulchrè instructo, excipere, hancque à tanto hospite gratiam petere, ut ei accumbenti sibi filiisque suis solis, remoto omni alio famulitio, ministrare liceret. Morbo articulari deinde correptus, & lecto multorum annorum spatio affixus, malum hoc in virtutem ita vertit, ut ex sepositis sumtibus, quos benè valens facturus erat, magnam pecuniæ vim congereret, & filiis suis relinqueret. Hinc natu inter eos maximus, FABRITIUS, Principis dignationem, qua mactus est, tueri valuit, auctus insuper Comitatu Nicoteræ per matrimonium quod cum *Isabella Januaria*, Hannibalis primi Comitis Nicoteræ ex Thomasina de Afflictis gnata unica, contraxit. Ex ea unicam etiam suscepit filiam, quam opum suarum hæreditas manebat, quare ne illæ è familia dilaberentur sua, curavit, ut illa VINCENTIO Ruffo, fratris sui *Marcelli* filio, nuberet; iste cum morte filii unici, ex illa geniti, ad parem conditionem redactus fuisset, gnatas tantum reliquas habens, consilium soceri imitatus est, & natu maximam inter eas nepoti ex fratre, cui etiam *Vincentii* nomen erat, nuptui dedit.

AD TAB. III.

BAGNARENSIS ramus, qui juxta cum Sinopolitano in Ruffensi stirpe viget, opibus decoribusque affluit: CAROLO, qui *Ducis de Bagnara* dignatione anno 1603. mactus est, ab uxore *Antonia Spadafora*, Sicula, luculentam allatam esse dotem, *Philad. Mugnos* testatur, quæ commoditas etiam filio ejus natu minimo ANTONIO obtigit, cui præterea mater majorem facultatum suarum partem, frater verò *Flavius* integram hæreditatem suam reliquit: grandi itaque pecunia copiosus amplas in Sicilia possessiones emit, quas inter *Scaletta* & *Floresta* primas tenent, Principisque titulum sibi pariter & filio acquisivit. At FRANCISCUS, natu maximus Caroli filius, Bagnaræ Dux secundus fuit, egregiæque sobolis pater, ex qua THOMAS, marium natu minimus, studia pacis & Religionis à prima sectatus pueritia, familiæ Dominicanorum nomen dedit, in qua tamen non consenuit, sed ad Archiepiscopatum Barensem evocatus, hoc in munere supremum explevit diem. FABRITIUS è contra, qui illum ætate proximè antecessit, vix pubescens militiam Melitensem suscepit, in qua strenui ac maximè pugnacis famam adeptus, Prioratu Bagnaræ & Capuæ, & denique suprema triremium dictæ militiæ præfectura decoratus est; vitam ejus fortiaque facta *Raphael Filamundus*, monachus Dominicanus, in opere, quod *Il Genio Bellicoso di Napoli* inscripsit, & an. 1694. publicæ exposuit luci, recensuit, perpetuæque commendavit memoriæ.

Tres natu majores Francisci Ruffi, secundi Ducis de Bagnara filii, ductis uxoribus sobolem procrearunt; primogenito CAROLO, cum patri in Ducatum

(e) *Lib. III.*


catum successisset. Principis *de Sancto Antimo* dignitas addita est, decreta Madriti d. 21. Sept. an. 1621. & executioni Neapoli data d. 30. Aug. 1642. Eidem ex duplici matrimonio pulchra nata est soboles: è priore natus FRANCISCUS, genitoris successor, Principatum Sant Antimensem JOSEPHO, fratri suo, cum uxor ei ducta esset, cessit, assumsitque titulum Principis *de la Mota S. Joannis*, quem in gnatum suum CAROLUM posteà transtulit. THOMAS Ruffus, è secundo Caroli, tertii Ducis Bagnaræ, toro prognatus, patrui cognominis exemplo ad sacra animum appulit studia, in eisque ita versatus est, ut excellat; *Inquisitoris Apostolici* in Melita insula primùm, deinde *Nuncii* apud Magnum Ducem Etruriæ officiis egregiè perfunctus ab Innocentio XII. Papa anno 1700. munere supremi Cubicularii sui (*Maestro di Camera*) nec non titulo Archiepiscopi Niceæ auctus, & denique ab illius in sede Romana successore Clemente XI. Presbyteris Cardinalibus adscriptus est.

AD TAB. IV.

MUTIUS Ruffus, à quo palmes Comitum Sinopolis Principumque Scillæ jam vigens conditus est, Marcelli, superius dicti, filius fuit natu major, uxoremque accepit genere Siculam, *Camillam Santapau* omni fœmineo decore præstantem, & locupletem, quippe cui ex parentum hæreditate Marchionatus Licodiæ obvenit, ita dictus à castello hujus nominis, quod an. 1693. d. 13. Januar. terræ motu convulsum ruinis suis *Laviniam Brancifortiam*, Hieronymi Brancifortii, Marchionis *de li Martini*, qui Agathæ, sexto Principi de Palazzolo nuptæ, frater fuit, uxorem unà cum octo liberis obruit. Eidem Camillæ à filio è priore matrimonio suscepto, Principatus Palazzolensis modò dictus accessit: nomen isti erat Francisco *Velazquez & Santapau* Principi *de Palazzolo*, quo titulo à Philippo IV. Rege Hisp. anno 1622. auctus fuit, cumque sine prole decessisset, matri illum cum re, Rege annuente, reliquit, quare illa Princeps II. *de Palazzolo* audiit, mater ex secundo toro facta cùm aliorum liberorum, tum præcipuè VINCENTII, qui ducta in uxorem, ceu dictum est, patrueli sua JOANNA *Ruffa* avitos titulos fundosque cum maternis conjunxit. Ex hoc matrimonio tres nati sunt filii, quorum natu maximus FABRITIUS cùm parentum hæreditatem adiisset, fato raptus est inexorabili, cælebs adhuc, fratrique naturæ ordine proximo FRANCISCO MARIÆ illam reliquit: hic cælibatum conjugio præferens, fratri natu minimo JOSEPHO TIBERIO Palazzolensem Principatum cessit, autorque fuit ut propagandæ stirpi uxorem duceret. Hoc itaque & Agatha Brancifortia supra memorata & ex nobilissima familia Sicula orta, genitus est GUILIELMUS, qui patri defuncto in Palazzolensem Principatum successit, patruique viventis hæreditatem expectat, & uxorem haud ita pridem accepit *Silviam Marranam*, *Guardiæ Ducissam*, quæ à *Ferdinando* sæpè nobis laudato sanguinem haud dubiè ducit.

SANSEVERINA STIRPS

In Regno Neapolitano Nobilissima maximeque in PRINCIPIBUS SALERNI ET BISINIANI Illustris.



INSIGNIBUS, hic delineatis, quibus Sanseverinatum familia uti solet, originem *Raph. Volaterranus Cosmographiæ Libro VI.* hanc tribuit, quod Carolo primo Beneventum obsidente, ac jam cum exercitu terga dante, procerum unus ex illa gente ab hoste forte interempto, sublata *sanguinolenta interula* pro vexillo aciem firmaverit, *inde*, pergit, *posteà rubræ lineæ signa posteri adsumserunt.* Genealogiæ telam filo *Campanilius* orsus est sequenti:

TURGISIUS sive Troisius, genere Nortmannus, à Roberto Guiscardo Sanseverinensi ditione donatus. I.

Rogerius Dominus castri S. Severini. *Sirca, Pandulphi ex Princip. Salerni Fil.* — Silvanus. — Turgisius. II.

Arricus Dn. S. Severini. III.

Guglielmus Dn. S. Severini. Uxor, *Isabella, Silvestri Com. de Marsico* Fil. IV.

Guglielmus II. Dn. S. Severini. V.

Jacobus Dn. S. Severini, † improlis. — Thomas COMES primus de MARSICO. *Perna.* VI.

Guglielmus III. — Rogerius II. Comes de Marsico. Ux. 1. N. *Flisca*, 2. *Theodora de Aquino, S. Thomæ soror.* VIII.

2. Thomas III. Comes de Marsico. *Vid. Tab. seq.* VIII.

COMITES DE MARSICO ET CAIAZZO,

VIII.

THOMAS de S. Severino, Rogerii F. III. Comes de *Marsico*, & Dn. Baronatus S. Severini.

IX.

- s. Henricus, Regni Neapol. Comestabilis, † ante patr. *Hilaria de Loria, Rogerii Admiralis Fil.*
- 2. JACOBUS Comes de TRICARICO. *Vid. Tab. seq. II.*
- Guglielmus Dom. de *Montesano.*

X.

- Thomas, IV. Comes de *Marsico*, Comestabilis Regni, † 1358. 1. *Margarita de Noberii Dom. Vallis de Piro*, 2. *Margarita Cliguetta Dom. de Caiazzo.*
- Rogerius Comes de MILETTO Marescallus Regni. 1. *Johanna de Aquino*, † 1365. 2. *Marcbesa del Balzo.*
- Jacobus, † *improl.*

XI.

- 2. Antonius, V. Com. de *Marsico*, Comestab. Regni † 1384. *Isabella de Balzo, Francisci Duc. Andriæ soror.*
- Franciscus Com. de *Lauria.*
- N. uxor *Johannotti Stendardi.*
- s. Henricus Com. de *Miletto & Belcastro*, Marescall. Regni.
- Joannes, † ante patr.
- Hilaria, nup. *Philippo de Sanginetto C. de Altomonte.*

XII.

- Thomas, VI. Com. de *Marsico* † ante an. 1387. *Francisca Ursina.*
- Bertrandus Dn. de CAIAZZO, † post an. 1404. Uxor, *incomperta.*
- Robertus Dn. de *Persano*, † *improl.*

XIII.

- Ludovicus, VII. Com. de *Marsico.* *Catharina Sanseverina, Thomæ Com. de Montesicagioso F.*
- Franciscus.
- Johannella.
- Catharinella.

XIV.

- Thomas, VIII. Com. de *Marsico.*
- Johannes, IX. Comes de *Marsico.* *Joanna Sanseverina.*

Diana, ux. *Guglielmi Raimundi Moncada Com. d'Ardizzone.*

XV.

- Ludovicus X. C. de *Marsico*, † paulò post patr.
- Robertus, XI. Com. de *Marsico*, I. PRINCEPS SALERNI, cr. 1463. † 2. Dec. 1474. *Reimundina de Baizo Ursina, Gabrielis Duc. Venusiæ* F.
- Bernabos.
- Galeatius.
- 2. Jo. Franciscus II. Com. de *Caiazzo*, † 7 Sept. 1502. 1. *Diana de Ratta, Joannis VI. Com. Casertæ* F. 2. *Barbara Gonzaga, Jo. Francisci Dn. Sabionetæ* F.
- Julia, ux. *Jo. Francisci Carafa C. de Madalon.*

XVI.

- Antonellus, II. Pr. *Salern.* XII. Com. de *Marsico*, Admiralis Regni, † 1497. *Constantia de Montefeltro, Friderici Duc. Urbin.* F.
- Johanna, ux. *Ludovici Gesualdo C. de Consa.*
- Robertus Ambrosius III. Com. de *Caiazzo.* *Hippolyta Cibo, Francisci Com. de Ferentillo* F.
- Hieronymus *civitate Genuensi donatus.*
- N. uxor *Joannis Adorni*, 1492.

XVII.

- Robertus, III. Pr. *Salern.* XIII. Com. de *Marsico*, n. 1. Maii 1485. † sub fin. an. 1508. *Maria de Aragonia, Alphonsi Duc. de Villahermosa Fil. ux.* 1506.
- Jo. Galeatius, IV. Com. de *Caiazzo*, † immat. ætate.
- Magdalena, *hæres Caiatii*, ux. *Julii de Rossis C. de S. Secundo.*
- Lavinia, nup. *Jo. Francisco Sanseverino Com. de Colorno.*

XVIII.

- Ferdinandus de S. Severino, IV. Princeps *Salerni*, XIV. Comes de *Marsico*, nat. 18. Jan. 1507. † *exul & extorris* 1572. *sine prole.* *Isabella Villamarina, Bernardi Com. de Capaccio* F.
- Laura, nup. *Inico d'Avalos, March. de Vasto.*

XIX.

- Alphonsus de S. Severino. Ux. 1. *Lucretia Anguissola, Petri Mariæ Scoti vid.* 2. *Lucia de Bellottis.*
- Fridericus.
- Antonius Franciscus.

vixerunt in Flandria.

XX.

- 1. Galeatius, † *juv.*
- Archangelus, *mon. Dominic.*
- Cornelius, *mon. Franciscan.*
- 2. Severinus, *Theologus.*

PRINCIPES SALERNI.

VIII.

Uxor 1. *Isnarda, Amelii d'Agaldo Dom. de Corbano F.*
2. *Sueva d'Avezzano, Grimaldi Dom. de Tricarico Fil. ac her. Philippelti Polliceni vidua.*

IX.

Uxor, *Margarita de Scocca.* — Rogerius. — Robertus Comes de *Corigliano*, † 1361. *Jacoba de Bosco.*

X.

Thomas Dn. de Terlizzi, † 1377. *Joanna Ruffa.* — Franciscus Dn. de *Nardo.* — Thomas, † ante patr. *Catharina d'Alveto.* — Joanna, ux. *Caroli Ruffo* III. *Com. de Montalto.* — Margarita, ux. *Ludovici de Durazzo, Com. Gravinæ, mater Regis Caroli* III.

XI.

Margarita, ux. *Ludovici de Sabrano C. Ariani.* — (2) Catharina, ux. *Jacobi de Marzano, C. de Squillace.* — Joannella. — Agnes, ux. *Francisci de Ratta C. de Caserta.* — Robertus Comes de *Terranova. Leonardo Canacciola, Antonii C. de Hierace F.* — Jacobus Dn. de Terlizzi, † ante an. 1391. & pr. — Clarella, ux *Americi Sanseverini.* — Covella.

XII.

Caspar Comes de *Lauria.* occ. 1403. — Rogerius Comes de *Mileto & Belcastro.* — Joannella, ux. *Antonii Ruffo, IV. Com. de Montalto.* — Henricus Comes de *Terranova*, occ. 1403.

XIII.

Leonettus Dn. de *Caiazzo*, † 1420. *Lisa Attendola, Mutii Sfortiæ Magni F.* — Franciscus Dux *della Scalea. Elisabetha Caracciola.* — Ludovicus Comes de *Mileto & Belcastro.* occ. 1403.

XIV.

Robertus, COMES I. de *Caiazzo*, nat. 1418. † 1488. d. 9. Aug.
Ux. 1. *Elisabetha de Montefeltro, Ferdinandi Duc. Urbin. F.*
2. *Joanna de Correggio*, 3. *Lucretia de Malevoltis.*

XV.

Antonius Maria, Dn. de *Gualfinara* in Salut. March. *per uxorem.* — Caspar, cogn. *Fracassa. Margarita de Piis.* — Fridericus, *Diac. Cardin.* 1489. *Archiepisc. Rothomag.* † 7. Aug. 1516. — Galeatius, † 1525. 1. *Blanca Sfortia*, 2. . . . . *de Carretto.* — Julius, March. de *Valenza. Hippolyta Palavicina.* — Sueva, ux. *Com. Bernardi Anguisciolæ.* — 3. Hannibal. — Alexander, *Archiepisc. Viennæ.*

XVI.

Octavianus. *Alosia de Gonfaloneriis.* — Carolus, *nothus.* — Jo. Franciscus, *armorum ductor ap. Venetos.* — Jo. Franciscus Comes de *Colorno. Lavinia Sanseverina, Roberti Ambrosii C. de Caiazzo* F.

XVII.

Antonius Maria. *Hieronyma Bellochia.* — Pompejus, *Sacerdos.* — Robertus. *Lucretia Cigala.* — Veronica, ux. *Ludovici Anguisolæ.* — Robertus † an. æt. 13. — Julia, nup. *Jo. Baptistæ Borromeo.* — Barbara, ux. *Gilberti Sanvitalis, Com. de Sala.*

XVIII.

Octavianus *Baptista de Zenardis.* — Fridericus, *milit. in Ungar.* — Barbara, nup. *Hannibali Malvicino Fontana.*

XIX.

Francisca. — Dominicus, *monach. Dominicanus.* — Iphicratea, nup. *Jo. Felici Cigalæ.* — Hieronyma, *ux. Caroli Asinelli.*

XX.

Josephus, *Capuccinus.* — Carolus de S. Severino. Ux. . . . . . *ex Arcellis.* — Francisca, nup. *Hieronymo Anguissolæ.*

COMITES DE TRICARICO, CAPACCIA, MONTESCAGG.

IX.

JACOBUS de S. Severino, Thomæ III. Com. de Marsico ex Sueva d'Avezzano Dom. de Tricarico F. **COMES DE TRICARICO**, obiit ante an. 1348.

X.

- Rogerius, II. Comes de *Tricarico*.
- Elisabetha, nup. *Thomæ de Aquino*, III. *Com. de Loreto.*

XI.

- Wenceslaus, III. Com. de *Tricarico*, DUX de VENOSA, dein de AMALFI, occ. 1403. *Margarita de Sanguineto Com. d'Altomonte & Corigliano, Joannis filia unica.*
- Stephanus Comes de *Matera*.
- Americus Comes de *Terlizzi* per ux. *Clarellam de S. Severino, Thomæ Fil.*

XII.

- Rogerius, IV. Com. de *Tricarico*, I. DUX de S. MARCO. *Cubella Ruffa, Antonii C. de Montalto Fil. Jacobi Lamarra vid.* 1390.
- Hercules Dn. de *Calvera* per *Ægidiam de Calabra*, uxorem suam.
- Philippus. *Elisabetha de Aquino.*
- Wenceslaus.

XIII.

- Antonius, V. Com. de *Tricarico*, II. Dux de S. *Marco*.
- Covella, nup. *Innico Guevara.*
- Antonellus Dn. de *Calvera*. *Sueva Aquaviva.*
- Americus COM. de CAPACCIA. *Margarita Sanseverina.*
- Michael Com. de SUTRIANO. *Clorianda Sanseverino.*

XIV.

- LUCAS, VI. Com. de Tricarico. *Vid. Tab. seq. III.*
- Hercules Du. de *Calvera.*
- Franciscus Baro de S. *Donato*. *Vincentia d'Abenante.*
- Caspar, Com. de *Capaccia.*
- Cæsar.
- Antonellus.
- Guilielmus Com. de *Capaccia* *Isabella Carafa, Diomedis C. Madal. F.*

XV.

- Marcus Antonius ~~Dn. de *Calvera*.~~ *Victoria Castrocucco.*
- Petrus Antonius B. de S. *Donato*. *Hippolyta de S. Severino.*
- Julius.
- Americus Com. de *Capaccia.*
- Hippolyta, ux. *Trojani Caracciolo I. Pr. de Melfi.*
- Jacobus Antonius.

XVI.

- Hercules.
- Thadæus Dn. de *Calvera.*
- Scipio Baro de S. Donato. *Isabella Caracciola.*
- Bernardinus.
- Cæsar.

XVII.

- Hercules Dn. de *Calvera.*
- Marcellus.
- Antonius Maria Baro de S. *Donato.*
- Hippolytus.

II.

ET SAPONARA, BARONES DE S. DONATO.

IX.

Uxor, *Margarita de Chiaramonte, Hugonis Com. de Chiaramonte foror ac hæres.*

X.

Hugo Comes de *Potentia*, Protonotarius Regni Neapol. occ. 1403. *Constantia de Sangineto, Philippi C. d'Altomonte Fil, Thomæ de Aquino C. de Belcastro vid.* 1368.

Thomas Comes de *Montescaggioso* Prorex Neapol. occisus 1403.

XI.

Franciscus. — Cevarella, nup. *Carolo Ruffo, C. de Montalto & Corigliano.* — Jacobus.

Guillielmus C. de *Montescaggioso.* — Robertus. — Antonius. — Ludovicus.

XII.

Thomas. — Hugo COMES de SAPONARA. *Beatrix Zurla.* — Franciscus.

Thomas.

XIII.

Carolus. — Robertus. — Simson. Dn. de *Nucara.* — Franciscus.

Sigismundus Com. de *Saponara.* — Antonius. — Joannes. — Franciscus.

XIV.

Thomas. — Theodorus. — Ludovicus. — Carolus.

Aurelia ux. *Joannis Sanseverini.*

Hugo Comes de *Saponara. Hippolyta de Montibus.* — Hieronymus. *Ciancia Dentice.*

XV.

Cæsar. — Franciscus. — Robertus. — Jo. Thomas.

Jacobus Com. *Saponar. Maria Beltrama.* — Ascanius. — Sigismundus.

Antonius *Maria Dn. de Santo mangon.* — Jo. Franciscus.

XVI.

Violanta nupta *Ferdinando de S. Severino.* — Hippolyta. † *infans.*

Hieronymus.

TAB.

PRINCIPES DE BISIGNANO, COMITES DE

XIV. LUCAS de S. Severino, Antonii V. Com. de Tricarico F. VI. COMES de TRICARICO, I. PRINCEPS DE BISIGNANO, 1465.

XV. Hierouymus, VII. Com. de *Tricario*, II. Pr. de *Bisignano*, occ. 1487. *Mandella s. Vannella Cajetana, Balthasaris Com. de Trajetto F.*

XVI.

- Bernardinus. VIII. Com. de *Tricar.* Dux de S. *Marco*, III. Pr. de *Bisignano.* *Dianora Piccolomini, Antonii I. Duc. d'Amalfi* F.
- Jacobus Com de *Mileto.*
- Thomas.
- Sueva, nup. *Belisario Aquaviva I. Duc. de Nardo.*
- Honoratus. *Paula Aquaviva, Jo. Antonii Duc. d'Atri* Fil.

XVII.

- Guglielmus Dux de *Carigliano*, † ante patr.
- Petrus Antonius. IV. Pr. de *Bisignano*, Eq. *Aur. Vell.* 1. *Julia Ursina, Jo. Jordani Dom. de Bracciano* F. 2. *Helena Castriota, Duc. de S. Petro in Galatina.*
- Petrus Romulus, † *ante patr.*
- Maria, ux. *Henrici Ursino C. de Nola.*
- Catharina, *nup. Frederico Cajetano.*
- Joanna ux.
- Jo. Berardinus, II. Dux de *Somma.* † exul. 1570. *Maria Beltrama, Jacobi Sansever. Com. Saponar. vid.*

XVIII.

- 1. Dianora, nup. *Petro Gonsalez de Mendoza, March. de Valle.*
- Felicia, nup. *Antonio Ursino Duc. Gravinae.*
- 2. Nicolaus Berardinus V. Pr. de *Bisignano*, X. Com. de *Tricarico*, V. Dux de S. *Petro in Galat.* † sine lib. *Isabella de Rovere Guidonis Ubaldi Duc. Urbin. Fil.*
- Victoria, ux. *Ferdinandi de Capua Ducis de Termoli.*

XIX. Ferdinandus VI. Comes de *Saponara.* *Isabella Gesualdo, Fabritii Pr. de Venosa F.*

XX. Ludovicus, VII. Comes de *Saponara*, VI. Princeps de *Bisignano* *Magnas Hispan.* nat. 25. Apr. 1588. † *Margarita de Aragonia, Caroli Tagliavia de Arag. Duc. de Terranova* F.

XXI. Delia de S. Severino IX. Com. de *Saponara*, nup *Joanni de S. Severino*, patrueli suo.

XXII. Carolus Maria, VIII. Princeps de *Bisignano* Comes de *Saponara* & *Claromonte.* obiit m. Mart. 1704.

XXIII.

- Josephus Pr. de Bisignano Comes de *Claromonte.* *Stephania Pignatella, Nicolai VIII. Duc. de Monteleone Fil.*
- Nicolaus, Com. de *Altomonte.*
- Joannes Franciscus.

Ludovicus, bapt. 1. Mart. 1705.

TRICARICO, SAPONARA ET CHIAROMONTE.

XIV.

Ux. *Gozzolina Ruffo*, *Nicolai Com. de Catanzaro & March. de Cotrone Fil.*

XV.

Carolus Comes de *Mileto*, occ. cum fratre 1487.	Jo. Antonius Du. de S. *Chirico*. *Henrietta Carafa*.

XVI.

Alphonsus DUX de SOMMA. *Maria Diascarlone*.	Johanna.	Beatrix, ux. *Roberti Ursini Com. de Paceatro*.	Antonius, R. E. *Cardinalis* cr. 1527. *Archiep. Cosentia. & Tarent. Episc. Portuensis*, † 16. Aug. 1543.	Johannes. *Aurelia de S. Severino*, *Thomæ Fil.*

XVII.

Violanta, ux. *Julii Ursini Du. de Monterotundo*.	Jo. Antonius, ob. *cælebs*.	Henrietta, nup. *Hieron. Carafæ Pr. de Stigliano*.	Portia, ux. *Fabii Mastrogiudice*.	Ferdinandus COMES de SAPONARA per ux. *Violantam Sanseverin. Jacobi Fil.*	Americus, *Episc.*	Delia nup. 1. *Francisco d'Arenu. M. Areaæ*, 2. *Francisco Bisbaldo C. de Briarico*.	Lucius, *Abbas S. Angeli de Rapara*.

XVIII.

Jo. Jacobus V. Comes de *Saponara*. *Cornelia Pignatella*, *Fabritii, I. March. de Cerchiaro* F.	Lælius.	Cæsar.	Aurelia, nup. *Caspari Toraldo Dom. de Balodato*.

XIX.

Lucius, *Archiepisc. Rossan.* 1592 dein *Salernit.* 1622. R. E. *Presbyter Cardinalis* 21. Jul. 1621. † 25. Dec. 1623.	Fabritius.	Victoria, nup. *Detio Coppolæ*, *II. March. de Misanello*.

XX.

Fabritius, VIII. Comes de *Saponara*. *Victoria Pignatella*, *Camilli March. de Lauro* Fil.	Carolus Comes de *Chiaromonte*, VII. Princeps de *Bisignano*. *Cæcilia . . Orefice de Mendoza . . . Pr. de Sanza* F.

XXI.

Johannes IX. Comes de *Saponara* per ux. *Deliam Sanseverinam*, *Fabritii Fil.*	Antonius de S. Severino. *Hippolyta Spina*, *Francisci M. de Salcito F.*

XXII.

Uxor, *Maria Fardella Gaetano*, *Jo. Francisci Fardellæ Pr. de Paceco Fil. & hæres.*

XXIII.

Aurora, nup. 1. *Jo. Hieronymo Aquaviva Com. de Conversano*, 2. *Nicolao Cajetano de Aragonia*.	Lilla, uxor *Caroli de Tocco Pr. Achajæ*.

EXEGESIS HISTORICA.

SANSEVERINIÆ stirpis originem ex Gallia alii, alii ex Italia derivant, utramque sententiam levi tetigit brachio *Jo. Jov. Pontanus Historiarum Libro* I. ubi in laudes *Roberti Sanseverinii* digressus sequentia subjecit: *Singulis in rebus nobilitatem præ se ferebat generis, quod alii Gallicum ab origine quàm Italicum malunt. Nobiles enim quosdam secutos è Gallia Normannos ac Viscardos duces, pulsisque ex Apulia, Salentinisque Constantinopolitani Imperatoris Præfectis, virtutis merito donatos in initio oppidis, iisque posteros eorum imperitasse, in quibus Venusiam, Materam, Cupertiuum, Neritonium fuisse tradunt. Qui Dominatus in dies magis magisque auctus fuit bellicam ob virtutem, qua hæc quidem familia in Italia ex eo adhuc etiam floret. Quo factum est, ut dum partim ipsi Regum quorundam impotentiam, superbámque Dominatum parum æquo ferunt animo, partim ipsi à Regibus timentur, aliquando familia omnis ad internecionem penè redacta fuerit, vix uno aut altero superstite. Adeò evertendæ illi nihil reliqui ad crudelitatem Regibus ipsis fuit. Contrà qui Italicam eam afferunt, nec olim fuisse, nec nunc quidem extare apud Gallos, Britannosve tali cognomento familiam: deductámque agnationem volunt ab oppido, cui ex ea domo primus imperaverit, ut Celanam, Martianam, Ebulam, Molisiam, Aquevivam, quæ ab oppidis sunt agnominatæ.*

Scipio *Admiratus Parte prima de famil. nobil. Neapolitanis* Sanseverinorum originem priorem à Gallis, posteriorem à Marsi Comitibus manasse arbitratus est. Philibertus *Campanilius* à Troisio sive Turgisio, Equite Nortmanno, cui Robertus Guiscardus Dux Apuliæ Comitatum Sanseverinensem donarit, gentem deduxit, sicut superius ostensum est, veterum Tabularum testimonio usus, quæ in monasterio S. Trinitatis Cavensis custodiantur; initia unius ex eis ita se habere refert: *Anno Domini* 1081. *temporibus Domini Roberti Ducis mense Aprili Indict. IV. Turgisius Dominus castri S. Severini donat monasterio Cavensi: alterius, Anno Domini* 1121. *temporibus Guglielmi gloriosissimi Principis & Ducis: nos Rogerius de Sancto Severino, filius quondam Turgisii Normanni, divina inspirante clementia, pro amore omnipotentis Dei, pro salute animæ nostræ, & pro anima Dominæ Sircæ dilectæ quondam conjugis nostræ, filiæ quondam Domini Pandolfi, filii Domini Guaimarii Principis Salerni, offerimus monasterio Sanctissimæ Trinitatis Cavensis* &c.

ROGERIUS modò nominatus, cum à *Sirca* prole auctus esset, monachorum Benedictinorum familiam, eodem auctore referente, ingressus est. JACOBUS ejus nepos jussus ab Imperat. Friderico proficisci ad bellum contra Saracenos, cum dicto non fuisset audiens, in carcerem conjectus & denique exilio multatus fuit. THOMAS, Jacobi frater ac successor, Sanseverinensem Comitatum nec non Baronatum Cilentonensem cum Comitatu Marsicensi, additis mille unciis argenti, permutasse traditur. Hujus filii eorumque gentiles conjurationem cum aliis Regni Baronibus adversus dictum Imperatorem initam capite omnes, solo ROGERIO excepto, luerunt, qua de re ita *Thomas Fazellus de rebus Siculis posterioris Decadis* Libro VIII. *Theobaldum, Franciscum & Guilelmum de S. Severino, pluresque alios proceres, qui apud Neapolim anno Salutis* 1244. *mense Martio ab eo ad Pontificem defecerant, captos immanibus adscriptis judiciis, plerosque eorum ardenti flamma combussit: uxores verò cum infantibus in palatio Panormitano subterraneis latebris devotas inedia conteri ac exinaniri mandavit.* ROGERIUS ætate adhuc parvus exitio subductus, & Romam deportatus, ab Innocentio IV. Papa susceptus, & liberaliter educatus, & postquam adolevisset cum ejus ex fratre Comite Flisco nepte matrimonio junctus est. Deinde Carolo Andegavensi, ab Urbano IV. Pontifice adversus Manfredum, Regni Siciliæ Usurpatorem, è Gallia excito sese adjunxit, atque à potito rerum navatæ operæ præmium tulit restitutionem Comitatus Sanseverini, arcem *Cilento* cum pagis suis, prætereaque Atenam, Salam, Dianum & Marsicensem Comitatum. Potentiam

tiam ejus posteà suspectam habens, sub specie honoris à rebus Regni virum amovit, & Romam Vicarii sui dignatione, indeque Hierosolymas ablegavit, ubi supremum diem obiisse creditur.

ROGERIO Comiti *de Mileto*, Thomæ, de quo modò dictum est, nepoti, Terrænovæ Comitatus ex hæreditate materteræ, Margaritæ de Lauria, Nicolai Janvillæ uxoris, obvenit, quem ille ROBERTO filio suo, è secundo matrimonio suscepto legavit: HENRICO verò, filio suo primogenito, Comitatum Miletensem, Capacciam Principatus oppidum aliaque loca transmisit; idem in munere etiam Marescalli Regni genitori successit, atque à Johanna II. Regina an. 1376. Belcastrensi Comitatu auctus est; sed utroque Comitatu & fortassis etiam vita exutus est LUDOVICUS ejus nepos in calamitosa tempestate, quæ sub Regno Ladislai in universam gentem propè ad ejus internecionem sæviit; HENRICO Comiti Terrænovæ quoque post diuturna vincula, in quæ à dicto Rege conjectus fuerat, tandem consilium evadendi, quod cepit, capite constitit; propaginem tamen ex Sanseverinatum Comitatum Miletensium stirpe in Baronibus *de Marcellinara* vigere *Ferdin. Marranus Dux Guardiæ* in commentario de familiis suæ cognationis extinctis, eo loco quo de Morana gente agit, testatur.

THOMÆ, hujus nominis secundo, Rogerii Comitis Mileti fratri natu majori, qui Comitum *de Marsico* stirpem propagavit, epitaphium in æde S. Francisci positum fuit, quod ita se habet: *Hic jacet corpus Magnifici & Potentis. Domini Tomasii de Sancto Severino Comitis Marsici, Baroniar. Cilenti, Lauriæ, & Sancti Severini, & Castri S. Georgii Domini, & Regni Siciliæ Magni Comestabilis. Obiit Anno Domini MCCCLVIII.*

Inter posteros Thomæ modò dicti occurrit ROBERTUS, qui Comes Marsici undecimus numeratur, idemque est in cujus laudes *Jo. Jov. Pontanum* in Historia sua excurrisse initio diximus, eas hoc loco recensere juvat ibi desinentes, ubi superius de genere Sanseverinatum allata incipiunt: *Roberto Sanseverinio*, inquit, *pater fuit Johannes Sancti Severini (id oppido nomen est) Comes, mater Joanna, & ipsa quoque ex eadem cum marito stirpe edita. Quo mortuo superstitibus ex eo compluribus liberis, cælebs ipsa, summa illos cura & aluit & eorum res procuravit. Nam & domi parca erat & continens: & quòd esset supra muliebrem sexum animo elato & magno, utrasque patris & matris vices gerere se videri volebat. Cùmque eorum singulos materna prosequeretur caritate, Roberto tamen, qui natu erat maximus (qua prærogativa paternus ei Dominatus obvenerat) & indulsit supra maternos affectus: & dum augere quacunque ratione res illius posset, parum omnino pensi habuit. Ad cæteras autem matrona dignas artes illud etiam adjunxit, quòd, ut erat ipsa fidei, ac regii nominis colens, iisdem artibus, eodem etiam fidelitatis studio filium imbuit. Itaque nihil prius habuit, quàm ut Robertum egregiè institutum, Ferdinando quibus liceret artibus conciliaret. Ille igitur, ubi primùm ætas tulit, equitando, venando cum æqualibus sese nunc jaculo, nunc gladio exercendo, nullo turpi ocio adolescentiam labefecit: quo etiam tempore literis operam dedit, quas post natu grandior majori studio complexus est. Is igitur artibus inter regulos facilè eminebat, Ferdinandóque propterea maximè carus atque acceptus erat, naturæ quoque muneribus ad ea adjutus: quippe cujus decora esset facies, statura procera & cum dignitate, oratio pro tempore non minus suavis quam gravis, atque ingenua. Ipse facilis aditu, gratus responsu, atque in primis urbanus & liberalis, cujus etiam domus generosissimo ac probatissimo cuique quotidie pateret.* (a)

In magna illa Baronum Neapolitanorum adversus Ferdinandum Regem conspiratione ROBERTUS Sanseverinius inter postremos ab eo descivit, minis partim, partim pollicitationibus illorum, nec non Johannis & Renati Andegavensium, labefactatus, & denique viribus suis diffisus, quod omnem in se belli impetum versuros eos cerneret; sed data prima occasione illorum partes iterum deseruit, tametsi Johannes Andinus conatus sit quó arctissimo posset vinculo devincire sibi eum, ascitum cooptatumque in socium *Crescentis*, eo Galli nomine *Lunam* appellant *corniculatam*, quæ tessera erat militiæ ab illo institutæ, & ex argento brachio subligata gestabatur; ad eam admissi

(a) *Pontanus Hist. Libro I.*

& initiati jurare verbis conceptis cogebantur, futuros se socios periculorum neque ullo unquam tempore arma adversum laturos, fidem amicitiamque perpetuam servaturos & simil: Hoc religionis ac militiæ genere honestatum Robertum Joannes sibi cùm obligasset, Pius inde Pontifex Maximus illum haud multò post absolvit, sicut etiam Pontanus memoriæ prodidit. Ita ad obsequium Regis reversus Robertus *Principatum Salernitanum*, Danieli Ursino ob rebellionem ademptum, grande meritorum pretium tulit.

ANTONELLUS, Princeps Salerni secundus, ab institutis paternis discessit, & factiosis sese adjunxit, quorum consilia cùm malè evenissent, in exilium illi abeundum, honoribusque ac fortunis omnibus carendum fuit; in Galliam itaque secessit, & unà cum *Bernardino Sanseverinate*, *Bisiniani Principe*, aliisque exulibus Carolum Regem ad expeditionem Neapolitanam concitavit, ea decreta classi juxta cum Serenonio præfectus, in Regnum Neapolitanum delatus, amissa facili recuperavit negotio, prætereaque in officium Architha lassi restitutus est. Post trium Regum, Ferdinandi I. Alphonsi & Ferdinandi II. funera, quæ sese trium annorum spatio exceperunt, cùm ad Fridericum Aragonium, postremi patruum, Regnum Neapolitanum devolutum esset, cui à multis annis Antonellus benè cupiebat, inter illos fuit, qui primi Neapoli ejus nomen proclamarunt, eumque Regem salutarunt. Regni præfecturam, qui magistratus habetur amplissimus, à novo Rege statim ei traditam, filiamque hujus illius desponsam filio fuisse *Bembus* refert. (*b*) Haud tamen ita multò post casu factum est, ut à Friderico Rege alienaretur: nam sicuti *Guicciardinus* literis prodidit, cùm quadam nocte Bisiniani Princeps in castelli Novi Neapolitani egressu, à quodam Græco graviter esset vulneratus, secutus Salernitanum Principem, ne hoc Regis jussu ad præteritas injurias ulciscendas factum esset, terror invasit, ut statim suspicionis causa minimè dissimulata, Neapoli Salernum se contulerit, & quamvis Græcum, à quo ob injuriam, ut constabat, ab eo ante multos annos in uxoris corpore acceptam, fuerat vulneratus, captum Rex in ejus potestatem misisset, nihilominus, ut in veteribus gravibusque odiis firmam pacem constituere, quod ea vel suspicione vel ultionis cupiditate impediatur, difficile est, nunquam amplius Princeps, ut ei sideret, flecti potuit. Quare Rex arma in Principem Salernitanum convertit, qui denique in Diani arce obsessus atque ab omnibus desertus, ut incolumis unà cum rebus suis abiret, obtinuit, ea sui imperii parte, quam nondum amiserat, in Bisiniani Principis potestate ea conditione relicta, ut eam Friderico traderet, simul ac se Senogalliam incolumem pervenisse intelligeret. (*c*) Atque ibi exul ac extorris vitæ finem implevit.

ROBERTO Sanseverino, Antonelli filio, Ferdinandus Rex Catholicus, rerum Neapolitanarum potitus, non tantùm Principatum Salernitanum, & feuda avita restituit, sed etiam fratris sui illegitimi, Ducis de Villaformosa, gnatam ac hæredem uxorem dedit: is citò morte abreptus gnatum unicum post se reliquit FERDINANDUM nondum trienuem. Is sub disciplina Bernardini Villamarinæ, soceri posteà sui, adolevit, atque ob publicam magnificentiam cultumque splendidissimum maximè gratia & auctoritate apud Neapolitanos valuit; sed Principum Salernitanorum stirpisque suæ postremus fuit. Cum enim à Carolo Imperatore ex indignatione, quà adversus Petrum Toletanum, Proregem Neapol. exarsit, desciviſset, & apud Gallos Turcasque nova patrocinia præsidiaque quæsivisset, variis casibus, multumque terrà & alto jactatus, in exilio improlis fatis concessit. Circa annum mortis ejus variant scriptores; *Summontius* supremum diem eum refert obiisse Avenione in Gallia anno 1568. postquàm ad extremum Protestantium, quos *Hugonotas* ille vocat, partes sectatus esset, (*d*) aliis usque ad an. 1572. eum superfuisse perhibentibus.

A BERTRANDO Sanseverino, Thomæ Comitis de Marsico VI. fratre ramus Comitum *de Cajazzo*, strenuorum virorum ferax, prognatus est; ille ex uxore incomperta LEONELLUM genuit, virum manu strenuum, bel-

(b) *Hist. Venet. Libro III.*
(c) *Guicciard. Hist. Libro III.*
(d) *Historia di Napoli Lib. IX. p.* 249.

bellatorem promptissimum, militarisque disciplinæ admodum peritum, ita ut Sfortia, cui Magni cognomen virtus bellica peperit, eum generum deligeret. Sed qui præliis invictus fuit, in duello cecidit, quod *Bernard. Corius Parte IV. Historiæ Mediolan.* hunc in modum retulit: deliberatum est Sfortiæ mittere Leonellum Sanseverinum generum suum in vallem Diannensem, ut ibi hostes armis persequeretur; sed accidit, ut Carafellus Carafa, Gurelli filius, tubicinem eò, ubi Leonellus castra habebat, mitteret, provocatum viros strenuos si quis lanceis duabus secum experiri vellet: nemine sese offerente Leonellus certamen acceptavit: Carafa tergiversari, quod eum patris instar coleret, ille verò urgere, ut una saltem lancea secum congrederetur; ita dum concurrunt, Carafellus Leonellum in fronte lancea percussit, adeò ut penetrante per galeam cuspide lethali vulnere saucium prosterneret, ex quo post decimum & tertium diem spiritum reddidit, relicto filio unico trienni, cui nomen fuit ROBERTO. Is militari avunculi, Francisci Sfortiæ, disciplina eductus, omnem propè ætatem in castris contrivit, ea fama, ut præstantissimus ævi sui armorum ductoribus æquipararetur. Hoc nomine à Bernard. Corio in Annalibus Mediolan. sæpiusculè laudatur, in Pontani quoque Historiarum Libro I. sub finem honorifica de eo occurrunt verba, quæ referre juvat: *post labefactatos admodum Argentii muros Robertus Sanseverinus, Comes Calatinus, quem Franciscus Dux Mediolanensis è Gallia citeriore, propter singularem virtutem ac rei militaris disciplinam cum exercitu miserat, è portu Formiano solvens, ad Regem Ferdinandum cum paucis venit: cujus adventus non gratus modò, verum etiam expectatus Regi fuit: tum quia vir bellicosus & acer, atque in victoriis enutritus: tum quòd Francisci sororis cum esset filius, magnam popularibus spem, majores Regi spiritus excitavit. Huic è navi descendenti præstò ad litus Rex fuit, declaravitque, quo suæ, quo hostium res in statu essent, quid illum agere vellet, quid ipse pararet, cuncta simul aperuit.* Comitis Calatini sive *de Cajazzo* dignatione à dicto Rege mactus fuit, deindeque Innocentio Pontifici Maximo stipendia fecit, qui posteaquam eum missum fecit in agrum Patavinum se contulit, atque ibi apud oppidum *Citadellam*, quod ei unà cum urbanis ædibus cumque amœnissimo ac peramplo apud Veronam fundo & villa in Ferrariensis belli exitu Senatus dono dederat, sine stipendio complures menses commoratus, ægrè se suosque milites aluit, Rhætico autem bello à Sigismundo Austriaco excitato, imperium totius belli unà cum Julio Cæsare Varano administrandi *magna opinione civitatis*, ut habent Bembi verba, sibi delatum accepit, & suis cum militibus & liberis, claris bello adolescentibus, in Rhæticum Alpesque contendit. Ea in expeditione ANTONIUS MARIA, ejus filius secundogenitus, duello cum Georgio Sonnenbergio Germano inito, in quo tamen inferior discessit, illustratus est, magis verò insigni in patrem pietate: nimirum, *cum Germani laxius vagarentur* (Bembi iterum hæc sunt verba) *Venetique eos adoriri ex insidiis statuissent, re ab hostibus per exploratores cognita, ipsi in hostium insidias inciderunt: ita excepti à pluribus pauciores, conglobati virtute atque armis se tuebantur, fortitérque præliabantur: ex quibus* Robertus *modò voce imperatoris curam modò manu militis operam præstabat: verùm crescente hostium multitudine circumseptus jamjámque tenebatur, cum* Antonius *filius id conspicatus (non enim longè aberat) in confertissimam hostium aciem se injecit, fortissiméque pugnans, aciémque submovens, patri se recipiendi facultatem præbuit: ipse in hostium potestatem venit, reliqui fugati, paucis captis atque interfectis, se in castra receperunt.* Non potuit tamen effugere Robertus fatum, quod eum persequebatur, quippe in pugna apud Roveretum, cum Veneti Germanis terga præberent, ille autem perterritos & fœdè fugientes sistere & convertere, hostem verò sustinere ac reprimere adniteretur, fortiter diu pugnans, ingenti cæde utrinque facta, urgentibus Germanis cum suorum globo in flumen Athesim dejectus est, ibique periit. Pace paulò post facta *Roberti duo liberi*, ANTONIUS & CASPAR *in Reip. militiam conscripti, sexcentis equitibus præficiuntur.* (*d*) Posteriori à robore, quo pollebat & cui cuncta cedebant, cognomen inditum est *Fracasso*, quod vocabulum diffractorem significat

(d) P. *Bembus Hist. Venet. Libro I.*

gnificat; improlem hunc decessisse *Henningius* tradidit, sed perperàm, gnatum enim, *Crescentio* referente, post se reliquit *Jo. Franciscum*, qui etiam Venetis militavit, paterque fuit *Jo. Christophori* & *Antonii Mariæ*, hoc natus est *Robertus*, qui Rhegii sedem fixit, illo *Jo. Franciscus* II. genitor *Joannis Christophori* II. qui apud Ducem Mutinensem insignem militiæ gradum tennit. Antonius Maria, Casparis frater, uxorem duxit *Pedemontanam*, quæ ei *Gualfinaram* attulit, sed nepos ejus *cognominis* cum fœminam, nobili familia Placentina ortam, sibi connubio sociasset, Placentiam larem transtulit, posterosque in Tabula ex *Crescentii Corona Nobilitatis Italicæ* recensitos habuit.

Sed inter cæteros quoque Roberti Comitis Calatini gnatos plerique bellica laude floruerunt, eam verò natu maximus eorum, idemque Comes Calatii secundus, JO. FRANCISCUS & GALEACIUS contaminarunt infidelitate, qua erga Ludovicum Sfortiam usi sunt, de ea *Libro IV. Historiæ Guicciardinæ* hæc leguntur: Ludovicus Sfortia Gallorum metu Calatii Comitem cum majore copiarum ad Giaradadam contra Venetos tuendam missarum parte revocavit, & Papiam ut Galeacio fratri ad Alexandriæ defensionem jungeretur, ire jussit, sed jam ab omni parte illius pernicies accelerabatur: nam Calatinus Comes Galeacium minorem natu fratrem, militari quoque exercitatione inferiorem, in exercitus imperio omnibusque honoribus & gratia sibi anteponi indignatus, innumerorum ab se & fratribus beneficiorum ab Ludovico acceptorum memoriam in illo superante, anteà clam cum Galliæ Rege convenerat. Et paucis interjectis de Sfortiæ perplexione verbis: dum Calatinus pontem ad Padum ut fratri conjungatur facit, & rem artificiosè protrahit, *Galeacius*, cum quo erant mille ducenti gravis, totidem levis armaturæ equites, & militum tria millia, tertii diei nocte levis armaturæ equitum parte comitatus clam Alexandriæ diffugit, *magnoque suo dedecore, nec minore Ludovici prudentiæ infamia documento fuit, quantum generosum equum tractare, aut in ludicris equitum certaminibus publicisque spectaculis magnas hastas vibrare (quibus in rebus cunctos Italos Galeacius superabat) & exercitui præesse intersit, quantoque cum proprio detrimento Principes, qui in iis, quibus res gravissimæ committuntur, eligendis, magis gratiam, quàm virtutem intuentur, decipiantur.* Hunc certè Galeacii discessum Sfortiæ rebus maximè exitiosum fuisse laudatus scriptor apertè satis indicavit. Cæterum *Jo. Franciscus Calatinus* exinde Ludovico XII. Galliæ Regi in bello Neapolitano strenuam navavit operam, donec paulò post expugnationem Capuæ Neapoli naturæ concessit. *Galeacium* apud Novariam unà cum Sfortia à Gallis captum idem Rex Franciæ anno 1506. Hipparchi (*magnum Scutarium* vulgò vocant) munere, prætereaque ordinis equestris S. *Michaelis* torque ornavit, atque an. 1512. ad Maximilianum Cæsarem consilii causa misit. Idem denique mortem oppetiit in Ticinensi prælio, quo Franciscus Rex Galliæ captus est. JULIUS etiam Gallis militando Ordinis memorati insignia promeruit nec non multa feuda, quæ inter *Valentia* fuit in Alexandrino territorio, quam *Marchionis* titulo tenuit, sed ista Gallis ex Italia ejectis amisit. HANNIBALEM in Gallia uxorem accepisse, prolemque cum ea ibi genuisse *Campanilius* refert. Nothum quoque post se reliquit Robertus Comes Calatinus *Octavianum*, quem Valentiæ à Gallis, cum his urbs prodita fuisset, captum esse *Guicciardinus* ad an. 1499. memoravit.

Ecclesiasticis etiam dignitatibus mactos filios habuit Robertus Sanseverinus Comes Calatii primus, duos videlicet, *Fridericum* è secundo & *Alexandrum* è tertio toro natum. Posterior è Protonotario sedis Apostolicæ *Archiepiscopus Viennensis* in Gallia factus est, & in Casali S. Vasii in Montisferratensi Marchionatu decessit. FRIDERICUS ab Innocentio VIII. Pontifice Rom. in gratiam patris, qui in bello, quod ille cum Ferdinando Rege Neapol. gessit, armis Ecclesiasticis præfuit, *Diaconus Cardinalis S. Theodori* dictus, sed, *Ciacconio* referente, non publicatus est. Cum verò Ascanius Maria Sfortia Cardinalis Innocentio VIII. vita functo novum Pontificem ex voto creare cuperet, ita cum Patribus egit, ut Fridericus confirmato sibi honore plenam Cardinalatus possessionem obtineret, quo futuri Pontificis Alexandri VI. comitiis interesset. Apud hunc deinde in sinistram lapsus opinionem captivi in-

star

ftar aliquandiu detentus fuit. Mortuo Alexandro Pii III. & Julii II. comitiis interfuit, cumque hujus afperam & bellicofam naturam odiffet, utpote deliciis deditus, cum quatuor aliis fui Ordinis Patribus Concilio adverfus illum Pifis inchoato, & Mediolani ac Lugduni peracto, interfuit, ejufdemque poftea Concilii nomine legatione functus eft eo in bello, quo apud Ravennam dimicatum eft, & aciem lucidiffimis armis conjectus contra Julium Rom. Pontificem duxit, militares partes ftrenuè adimplens; quare à Julio honoribus cunctis exutus, & anathemate notatus, ab ejus demum fucceffore Leone X. cantata palinodia abfolutus & in honores omnes reftitutus eft. *Præfuit Epifcopus Ecclefiis Vienuenfi, Morinenfi in Gallia, Novarienfi in Italia, & Archiepifcopus Rothomagenfi. Deceffit Romæ Diaconorum Cardinalium primus, & in æde Capitolina fepultus eft.* (e)

ROBERTUS AMBROSIUS Comes Calatii tertius militari gloria patri avoque haud fuit inferior, & Pontifici Romano, Imperatori, Venetis & Francifco Regi Galliæ egregia fama militavit; fed hanc quoque aliquo animi vitio minuit; nempè avaritia, ob quam inprimis apud Venetos malè audiebat, ficut *Guicciardinus* literis prodidit in hunc fenfum: Calatii Comes Bergomum miffus, eam civitatem rapinis ita afflixit, ut Venetus Senatus, qui eum pedeftribus copiis præfecerat, quum tantam infolentiam & avaritiam amplius ferre non poffet, eum ipfius magna cum ignominia exautoraverit. (*f*) A Francifco I. Galliæ Rege ad extremum accitus, ut Præfecturam equitum Italicorum fufciperet, dum iter in Galliam parat, & cum Marchione de Vafto Buffeti cœnaret, morte fubitanea oppreffus eft, non abfque veneni fufpicione. (*g*) Quoniam gnati, quem habuit, funus ipfe extulit, ad *Magdalenam* filiam ejus natu majorem Calatinus Comitatus devolutus eft, quo nec non forma virginis impulfus *Julius de Roffis*, Troili Comitis de S. Secundo filius, eam Murani prope Venetias unà cum matre & forore commorantem rapuit fibique matrimonio junxit; profcriptus ea propter à Venetis, & natali etiam folo ejectus Neapolim fe contulit, ibique ftirpem Comitum Calatinorum Rubeæ gentis profevit. LAVINIÆ; Magdalenæ forori *Colorna* aliæque poffeffiones paternæ in Lombardia, fororii profcriptione, obtigerunt, quas ea JOH. FRANCISCO Sanfeverino, propatrueli & marito fuo, attulit, fed ifte etiam virilem prolem nullam poft fe reliquit.

AD TAB. II.

JACOBUS Sanfeverinus, à quo hujus Tabulæ initium ductum eft, fecundi rami capitalis in ftirpe Sanfeverina fator fuit, huic ex materna hæreditate *Tricaricum* obvenit in Bafilicata fitum, à quo loco Comitem fe dixit, & ducta in matrimonium *Margarita Claramontia* Comitatu etiam hujus nominis, nec non *Sevifio, Fanochirici, Noja, Caftronovo* & *Turremaris* auctus eft, quæ cuncta ad illam morte fratris fui Hugonis Comitis *de Chiaramonte*, an. 1319. fine prole mortui, devoluta funt. (*h*) Filii Jacobi & Margaritæ, finguli Comitum dignatione floruerunt, namque ROGERIUS, eorum natu maximus, in paternum Comitatum fucceffit, HUGONEM Joanna I. Regina Comitem *Potentiæ* & Regni *Protonotarium* creavit, THOMAS ejufdem Reginæ beneficio Comes de *Montefcaggiofo* fuit, ab ifto Saponariæ primi Comites defcenderunt; Thomas Ludovici Andium Ducis, à Joanna adoptati, partes fufcepit adverfus Carolum III. Regem, licet cognatione fibi junctum, nempè poftquam is Sanfeverinos à fe abalienaffet, affinitate cum Bauciis, Sanfeverinorum inimicis, inita, fororem enim uxoris fuæ Agnetem Dyrrachiam Jacobo Baucio, Francifci Ducis Andriæ filio, in matrimonium dederat: hinc ufque adeò Carolo fefe oppofuit *Thomas Sanfeverinus*, ut Proregem in Regno Neapolitano Ludovici Andini nomine ageret, cumque Carolus Urbanum Papam, huic faventem, Nuceriæ obfediffet, exercitu

(e) *Hift. Pontif. & Cardin. Tomo III. p.* 142.
(f) *Guicciard. Hift. Libro XIX.*
(g) *Sanfovin. delle fam. Nob. d'Ital. p.* 201.
(h) *Lellis de fam. Neap. Parte III. p.* 7.

citu quatuor M. equitum coacto ad eum liberandum accurreret, & Carolum ab incepto depelleret. Post hujus obitum viduæ filioque ejus, Margaritæ & Ladislao, æque adversatus est, & potitus urbe Neapolitana, illos Cajetam, ducemque eorum Albericum Barbianum in Apuliam fugere coëgit, Ludovicum Andinum è contra in Metropolim admissum Regem salutavit, quem postea accepta offensa vicissim Regno expulit, & Ladislaum accersivit. Ad extremum cum denuò adversus Ladislaum Sanseverini conspirassent, præventi ab eo & in vincula conjecti sunt, ubi aliquos ex eis strangulari, cadaveraque in fossas conjici jussit, ut à molossis devorarentur, occisorum hunc *Summontius Libro IV. Historiæ Neapolit.* recensuit syllabum: Thomas *Comes de Montescaggioso cum uno gnatorum suorum*, Wenceslaus *Dux Venusiæ & Amalfi cum filio*, Hugo *Comes Potentiæ*, Ludovicus *Comes de Mileto & Belcastro*, Henricus *Comes de Terranova* & Caspar *Comes de Matera*, vel *de Lauria, sicut Admiratus*, rectius fortassis, retulit. Rogerium Wenceslai filium natu maximum, tresque alios ejus fratres in custodia relictos, reliquos Sanseverinos fuga in arcem Tarentinam se subduxisse idem auctor memorat.

Joanna II. regnante Sanseverini superstites ad possessionem avitorum bonorum redierunt, è quibus ANTONIUS, Rogerii IV. Comitis de Tricarico filius, comitiis ab Alphonso Rege in urbe Neapolitana anno 1443. habitis, interfuit, sequentibus inclytus titulis: *Dux de S. Marco*, *Comes de Tricarico*, *Chiaramonte*, *Altomonte & Carigliano.* Ab ejus patruo HERCULE *Calveræ & S. Donati* reguli descenderunt; posteriores Ducum dignatione denique macti fuerunt; utrorumque verò stirpem, quam integram dare nequivimus, emarcuisse arbitror, sed haud ita pridem, postquam denique connubio coivissent: namque Francisci Sanseverini Baronis Calveræ & Marianellæ filia, è Catharina Caracciola genita, *Portia* matrimonio juncta fuit cum *Hippolyto Sanseverino Duce de S. Donato*; hocque viduata ad secunda tertiaque vota transiit, Octavio Carafæ, Principi de *Belvedere*, & denique Hieronymo Serfalio Principi de *Castelfranco* nupta.

Ab Hugone Sanseverino, Comite Potentiæ, stirps Comitum *Saponaræ* prior orta est, cui ornamento præcipuè fuit triga fratrum præstantissimorum cunctis ingenii, animi & corporis dotibus præditorum, videlicet JACOBI Comitis Saponaræ, ASCANII & SIGISMUNDI, sed in vigore ætatis uno eodemque tempore venenata potione è medio sublatorum, scelere, sicut *Admiratus* haud obscurè innuit, patrui eorum, *Hieronymi Sanseverini*, dira habendi cupidine ad nefandum hoc facinus incitati. Dignum est memoratu, quod idem autor refert, nempè *Ascanium* Sanseverinum cum Marino Solima, Præceptore suo, per Saponaram deambulantem fortè in ruina casulæ tres vidisse perdices, captoque subito & emisso telo mediam ex eis dejecisse, reliquis nullatenus sese moventibus, itaque secundo tertioque missili etiam istas necasse, id in triste omen traxisse ait Solimam, remque Alphonso Sanseverino Duci Sommæ perscripsisse cum hoc epilogo, *utinam mali nihil nobis accidat!* brevi verò contigisse, ut *Ascanius*, hausto juxta cum fratribus veneno, primus animam efflaret, huncque *Jacobus* exciperet, quem *Sigismundus* secutus est: Mater eorum, funeribus his acerbissimis superstes, monumentis tribus memoriis, inscriptionibusque sequentibus calamitatem suam posteritati narravit:

Hic ossa quiescunt JACOBI Sanseverini Comitis Saponariæ veneno miserè ob avaritiam necati cum duobus miseris fratribus eodem fato eadem hora commorientibus.

Hic situs est ASCANIVS Sanseverinus cui obeunti eodem veneno, iniquè atque impiè commorientes fratres nec alloqui nec videre quidem licuit.

Jacet hic SIGISMVNDVS Sanseverinus, veneno impiè absumptus, qui eodem fato, eodem tempore pereuntes germanos fratres nec alloqui nec cernere potuit.

Sibi denique & marito hoc posuit epitaphium:

Hospes miserrimæ miserrimam defleas orbitatem, en illa IPPOLITA MONTIA, *post natas fœminas infelicissima, quæ Vgo Sanseverino conjugi treis maximæ expectationis filios peperi, qui venenatis poculis, vicit in familia,* proh

proh fcelus, *pietatem cupiditas, timorem audacia & rationem amentia, una in miserorum complexib. parentum miserabiliter illicò expirarunt. Vir ægritudine sensim obrepente paucis post annis in his etiam manibus expiravit. Ego tot superstes funeribus, cujus requies in tenebris, solamen in lachrimis, & cura omnis in morte collocatur, quos vides separatim tumulos ob æterni doloris argumentum, & in memoriam posui illorum sempiternam, Anno* MDXLVII.

AD TAB. III.

LUCÆ Sanseverino, Comiti Tricaricensi sexto, Alphonsus Aragonius Rex Neapolitanus an. 1457. Baroniam *Roccæ Augitolæ* cum pagis suis, & paulò post *Rendam* in Calabria, nec non *Domanico, Mendicino, Carolei* & S. *Fele*, dono dedit, *Bisinianum* verò XX. M. ducatis vendidit; hinc latè magnum ejus in Lucanis Brutiisque dominatum fuisse, sed cum *Robertus* Sanseverinus in Joannis Andini verba metu correptus jurasset, exemplum ejus, quod & ipse iisdem diebus in Brutiis malè pugnaverat, secutum esse, *Pontanus Histor. Libro I.* ad an. 1460. retulit. Ejusdem autem Roberti voluntati etiam in reditu ad obsequium Alphonsi Regis *Lucas* obsecutus est, affuitque ei tribus cum peditum millibus, equitibusque sexcentis, sicut idem scriptor *Libro II.* memorat. *Principis* Bisiniani titulum an. 1465. Lucam assumsisse *Admiratus* tradit.

HIERONYMUS, Lucæ F. & in Principatu Bisinianensi successor, cum omni Sanseverina familia conjurationi, à Baronibus Regni adversus Ferdinandum Regem factæ, nomen dedit; in gratiam deinde cum Rege reconciliati, cum in utramque aurem dormirent, die quadam ex inopinato in carcerem plerique conjecti & truculenta morte affecti sunt; videlicet Hieronymus *Princeps Bisiniani*, Carolus *Comes Mileti, ejus frater*, Barnabos *Comes de Lauria Principis Salernitani frater*, nec non Johanna *Sanseverina, postremi avia*. Filios Hieronymi mater Regis sævitiæ subduxit, eorum natu maximus BERNARDINUS Princeps Bisinianensis tertius in Galliam delatus suasor Regi Carolo VIII. fuit, ut bellum Neapolitanum adversus Aragonios susciperet, votique damnatus cum Salernitano Principe gentili suo navi in patriam rediit, Campaniamque aggressus est, & Gallis dum prospera uterentur fortuna utilem navavit operam; sed post victoriam à Ferdinando II. Rege apud Atellam reportatam cum eo in colloquium venit, in quo res suas, Salernitani Principis & Capaccii Comitis, nec non aliorum quorundam regulorum composuit, ea conditione, uti omnes res suas possiderent, sed Ferdinandus arces ad certum tempus teneret; hisque rebus compositis Neapolim se cum cæteris contulit, & Ferdinando paulò post vivis exempto egregiam in Fridericum ejus patruum & successorem, voluntatem exeruit, donec casus ille, quo à Græco quodam in castelli Novi Neapolitani egressu vulneratum esse superius diximus, intervenerit. (l)

PETRUS ANTONIUS, Bernardini F. Princeps Bisiniani quartus, observantia sua erga Austriacam Domum, quæ in Regno Neapolitano Aragonicæ successit, torquem Ordinis *Aurei Velleris* promeruit; publicam ille dilexit magnificentiam, atque immensos reique familiari suæ detrimentosos sumtus fecit; Carolum V. Imperatorem ab Algeriensi expeditione reducem in Calabria hospitio excepit adeò lautè ac splendidè, ut cunctis esset admirationi: venationi impensè deditus catervas canum quàm plurimas aluit, & vetulorum etiam tanquam emeritorum curam habere jussit. Filium post se reliquit unicum, è posteriore cum *Helena* vel *Erina Castriota*, ab Epiri Principibus oriunda, & Ducatus S. *Petri in Galatina* hærede, susceptum, NICOLAUM BERARDINUM, possessionibus ac titulis cumulatum, namque præter Principatum *Bisinianensem* tenuit Ducatus duos, de S. *Petro in Galatina* & de S. *Marco* nominatos, Comitatus quatuor *Tricaricensem, Altomontanum, Chiaramontanum & Cirifalcensem*, aliaque inferioris dignationis feuda benè multa. Hinc cùm sine prole vivis excessisset litigiosam reliquit hæreditatem; equidem adiit eam Julia Ursina, è sorore natu maxima defuncti Principis, *Felice Sanseverina*, Ducissa Gravinæ nata, & tunc Tiberio Carafæ nupta, qui Principis Bisiniani titulum, cæterósque illicò assumsit; sed dicam mox eis impegit grandem LUDOVICUS *Sanseverinus*, *Saponariæ Comes*, ex capite *Fideicommissi* in familia Sanseverina dudum insti-

(l) *Guicciard. Hist. Libro* III.

tuti, atque à multis Regibus confirmati, vigore cujus successio in fenda agnatis masculis etiam remotissimis, fœminis gradu propioribus exclusis, competat: calente hac lite, cum Julia Ursina vivis excessisset, nuncupato hærede in bonis feudalibus Philippo III. Rege Hispan. in allodialibus marito, novæ ortæ sunt contentiones, quæ denique regio decreto ita compositæ fuerunt, ut *Ludovico Sanseverinati* Principatus *Bisinianus*, cum dignatione *Magnatis Hispaniæ*, nec non Comitatus *Claromontanus* cesserit, quemadmodum in *Exegesi Tabulæ XV. stirpis Carafensis* uberius dictum fuit. Ludovico sine liberis mortuo successit in Principatu frater natu minimus, cui nomen fuit CAROLO, cujus nepos *cognominis* avitas ditiones omnes paterno maternoque jure conjunctas fato nuper functus ad gnatum suum transmisit.

De ANTONIO & LUCIO Sanseverinis, qui sacra purpura fulserunt, & Tabula tertia dicti sunt, subjungere lubet, quæ in *Ciacconii Historia Pontif. & Cardinal.* de iis referuntur: *Antonium*, ait, Hierosolymitani Ordinis Equitem, virum generis nobilitate, & virtutum ornamentis illustrem, nondum Clericum in Cardinalium Senatum à Clemente adlectum esse. Leo enim hujus nominis decimus, Romanus Pontifex, eundem Cardinalibus sub quibusdam conditionibus ascripserat, quæ cum fortasse non fuissent adimpletæ, ipso Leone & Hadriano successore pro Cardinali minimè habitus fuit. At Clemens VII. die 21. Novembris anni 1527. Leonis literas confirmavit, attamen non nisi die 17. seu 19. Februarii anni sequentis 1528. *Cardinalem* publicavit cum titulo S. *Susannæ*, qui mense Martio ejusdem anni 1528. dum Clemens Urbeveteri moraretur, insignitus fuit Clericali charactere ab Alexandro Cardinali Farnesio, postea Paulo III. ut ipse testatur. Die verò Dominica 16. Februarii 1528. in castro S. Angeli Romæ rubrum illi galerum primo imposuit Laurentius Campegius Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtyberim in urbe Legatus. Insuper die 24. mensis Februarii in festo S. Matthiæ, iterum idem Laurentius Campegius Legatus pileum rubrum, aliaque Cardinalatus insignia Antonio tradidit, ne fecundæ literæ Clementis datæ 19. Februarii contemni viderentur. *Quod rarò, aut fortasse nunquam evenisse scimus, ut unus idemque nondum Clericus Cardinalitia dignitate decoratus, sæpius renunciatus, bis publicatus, semel atque iterum insignibus Cardinalitiis ornatus fuerit. Fuit primo Presbyter Cardinalis S. Susannæ, deinde S. Apollinaris, posteà S. Mariæ Transtyberim; præfuit Episcopus Ecclesiis Conversanæ in Regno Neapolitano, tum Prænestinæ, Sabinæ & Portuensi. Rexit Archiepiscopus Cosentinam ac Tarentinam Ecclesiam, sed usque ad Caroli V. coronationem impeditus, quo minus Sacerdotis Tarentini possessionem iniret: administravit Nicoterensem ac Laquedonensem Ecclesias in eodem Regno Neapolitano. Legatione Apostolica functus est ad Carolum V. ex civitate Neapolitana venientem ad urbem.* Decessit Romæ sub Paulo III. cujus comitiis interfuerat, die 16. Aug. an. 1543. & sepultus in Sanctissimæ Trinitatis ad montem Pincium.

LUCIUS Sanseverinus die 2. Dec. an. 1592. à Clemente VIII. *Rossanensis Archiepiscopus* delectus est. Præfuit huic Ecclesiæ annis XX. cum Cathedralem pretiosa supellectili exornasset, à Philippo III. Hispaniarum Rege nominatus est *Salernitanus Archiepiscopus*. Annuente igitur Paulo V. Romano Pontifice translatus à priori Ecclesia ad Salernitanam anno 1612. *Diœcesim omnem diligentissimè perlustravit, celebrataque Synodo ad puriores mores Clerum reformavit. Nuncii Apostolici munere functus in Belgio, ac sub Gregorio XV. Senatoriam Purpuram assecutus est, & titulum S. Stephani in Cœlio monte, die enim 24. Julii pileo purpureo, & 30. Augusti anni 1621. aureo annulo & titulo donatus est ab eodem Gregorio. Eoque defuncto, in comitiis Urbano VIII. suffragatus est, sub quo Salernum reversus decessit die 25. Decembris anno Salutis 1623. ætatis 58. sepultusque in Metropolitana cum hac inscriptione:*

LUCIO S. R. E. CARDINALI SANSEVERINO
SALERNITANO ARCHIEPISCOPO
NON MINUS VIRTUTUM OMNIUM OMNIBUS CHARO
QUAM FAMILIÆ SPLENDORE CLARO
VIVENTI HUMILI LOCO HUMILE SEPULCRUM
JUBENTI D. ALOYSIUS SANSEVERINUS BISINIANI PRINC.
EX FRATRE NEPOS POSUIT.
XXV. DECEMBRIS MDCXXIII.

UR-

URSINÆ FAMILIÆ
GENEALOGIA.



ROSA & fasciæ inferiores, quæ in scuto supra delineato visuntur *Ursinorum* insignia ab omni fuerunt memoria, anguilla verò, quæ per fasciam intermediam serpit, *Anguillariæ* Comitatum denotat.

URSINI COMITES DE NOLA, PRINCIPES

JOHANNES, URSI F. cogn. *Cajetanus* ob maternam originem.

Napoleo, Vexillifer Ecclesiæ, ab eo Comites *de Tagliacozzo*, *de Manuppella* & *de S. Valentino* deducuntur, de quibus nonnihil in Exegesi refertur.

Gentilis. | 2. Johannes Cajetanus, *Diaconus Cardinalis*, dein *Archipresbyter ad S. Petri in Vatic.* denique *Papa* dictus NICOLAUS III. an. 1277. 25. Dec. † 23. Aug. 1280. | Rinaldus, ab hoc Ursini *de Monterotundo* derivantur, de quibus *Vid. Tab.* VII. | Rogerius.

Bertholdus, Comes Romaniæ. | Matthæus Rubeus, *Cardinalis* cr. 1262. † 1306. | Romanus, *monachus Dominican.*

Gentilis Ursinus, Senator Rom. 1286. & 1300. Prætor Orvietan. 1301. M. Justitiarius Regni Neapol. Ux. 1. *Simonetta*, 2. *Claricia Ruffa*, *Petri Com. Catanzarii F.* 3. *Jacoba*, *Johannis Pierleoni F.*

2. Romanus sive Romanellus Ursinus, Magnus Justitiarius Regni Neapolit. & COMES DE NOLA beneficio Caroli II. Regis, & matrimonii cum *Anastasia Montforta*, *Guidonis Com. Nolæ Fil.* ducta 8. Jun. 1293.

Robertus Ursinus Comes Nolæ, Palatinus Regni. *Sueva de Balzo*, *Ugonis*, *Senescalli Fil.* *Raimundi Com. de Soleto soror.* | GUIDO, *Vid. Tab. seq.* II. | Romanus.

Nicolaus Comes de Nola & Soleto N. *Sabrana*, *Gulielmi Com. de Ariano F.*

Robertus Ursinus Comes Nolæ, M. Justitiarius Regni. | Sueva uxor *Francisci de Balzo*, *Ducis Andriæ.*

Petrus S. Pyrrhus Ursinus Comes Nolæ. | Algiasius Ursinus. | Sancia, ux. *Johannotti Stendardi*, *Com. Alifæ.*

Ramundus Ursinus, Comes Nolæ, Sarni & Atripaldi, DUX de Amalfi, PRINC. SALERNI, cr. an. 1448. M. Justitiarius Regni. † 1459. Ux. 1. *Isabella Caracciola*, *Johannis S. Sergianni soror.* 2. *Eleonora de Aragonia*, *Jacobi Com. Urgelit. F.* | Johanna ux. *Jacobi Cajetani*, *Dom. Sermonettæ.*

Anna, ux. *Johannis de Ratta*, *Com. Casertæ.* | Isabella, ux. *Virginii Ursini C. Taliacotii.* | Margarita, nup. *Francisco Torello Com. Guastalæ.* | Ursina, ux. *Caroli de Montfort C. de Termoli.* | Felix, *nothus*, Comes Nolæ. | Daniel, *nothus*, Comes Sarni. | Jordanus, *nothus*, Com. de Atripaldo.

SALERNI ET TARENTI, DUC. VENOSÆ.

Uxor, *Stephania Rubea.*

Matthæus Rubeus, cogn. *Magnus*, Senator Romanus Dominus Anagui, Marini, Galeræ, Formelli.
Uxor 1. *Gemma Oddonis de Monticelli* F.
2. *Perna Cajetana, Johannis* F.
3. *Johanna de Aquila, ex Comitibus de Fondi.*

Matthæus.	3. Napoleo, Dn. de Marcelliuo; ab hoc incompertis descendit gradibus JOHANNES, de quo *Vid. Tab. III.*	Jordanus, *Cardinalis* cr. 1278. † 1287.	Mobilia, nup. 1. *Angelo Malabrancæ.* 2. *Oddoni Columnæ.*	Mariola, ux. *Scipionis de Stinchis Dn. de Trevignano.*

Ursus Dn. castri S. Angeli, à quo Ursini *de Castello*, de quibus in Exegesi nonnihil.

Bertholdus.	Simona ux. 2. *Thomæ Marzani, Com. I. de Squillace.*

Jacobus Ursinus, *Cardinalis* cr. an. 1371. † 15. Aug. 1379.

Raimundus S. Raimundellus de Balzo Ursinus Comes de Soleto & Lecce, PRINCEPS TARENTI, 1398. † 1405. *Maria de Enghien Com. de Lecce, Johannis de Enghien & Helenæ de Brienne Com. de Lecce* F.	Beatrix nup. *Ludovico Antonio de Ratta Com. de Caserta.*

Johannes Antonius de Balzo Ursinus, Princ. Tarent. Dux Bari, Comes de Lecce, M. Comestabilis Regni † 26. Dec. 1462. æt. 70. *Anna Columna, Jordani Pr. Amalfitani* F.	Maria, ux. *Antonii Aquavivæ Ducis de Atri III.*	Catharina nup. *Tristano de Claromonte Com. de Copertino.*	Gabriel de Balzo Ursinus DUX VENOSÆ. *Johanna Caracciola Sergianni M. Senescalli* F.

Bertholdus *nothus*, Com. de Lecce.	Maria Conquesta, ux. *Angilberti de Balzo, C. de Tricasi.*	Catharina, *notha*, nup. *Julio Antonio Aquavivæ Duci de Atri* VII. 1456.	N. nup. N. *Centiglies Com. de Catanzaro.*	N. ux. *Jacobi Sanseverini.*	Maria Donata ux. *Petri de Balzo Pr. Altamuræ D. Andr.*	Ramondina, ux. *Roberti Sanseverini Pr. Salerni.*	Johannella, nup. *Antonio Sanseverino C. de Capaccio.*	Johannes Franciscus, *nothus.*

TABU

COMITES DE NOLA ET PITIGLI

GUIDO URSINUS

Raimundi C. No

Aldobrandinus Urſinus, Comes de Sovana. | Nicolaus Urſinus, † 1363.

Bertholdus Urſinus, Comes de PI

Guido Urſinus. | Nicolaus Urſinus, Comes de Pitigliano. N. *Averſi Anguillaria Com. ſoror.*

Parens. Troilus. *è ſerva nati.* | Penelope. | Aldobrandinus Urſinus, Comes de Pitigliano & Sorano. *Simona Gonzaga.*

Ludovicus Comes de Pitigliano. | Nicolaus Comes de Nola & Pitigliano † 1509. *Helena de Comitibus*, † 1504. | Joh. Franciſcus.

Ludovicus Comes de Pitigliano. Ux. 1. *Julia Urſina.* 2. N. *Sabella.* | Aldobrandinus, *Archiepiſcopus Nicoſia.* | Joh. Franciſcus.

Latinus † ante patrem. | Jo. Franciſcus Comes de Pitigliano, † 1567. Ux. 1. *Erſilia Cajetana Guilielmi III. D. Sermonetta F.* 2. *Roſata Vanni de Sorano.* | Hieronyma uxor *Petri Ludovici Farneſii Duc. de Caſtro.* | Martia nup. 1. *Livio ſeu Liviano Alviano* 2. *Joh. Jacobo Medici March. Mariniani.*

1. Nicolaus Urſinus Comes de Pitigliano, † 1594. æt. 84. N. *Urſina*, *Joh. Antonii* F. | 2. Urſus Urſinus *Eques S. Steph. Eleonora de Attis.* | Latinus.

Alexander Urſinus Comes de Pitigliano, Eq. S. Steph. cr. 1589. † 9. Febr. 1604. *Virginia Urſina*, *Henrici Dom. de Monterotundo Fil.* | Aldobrandinus Urſinus.

Johannes Antonius Comes Pitigliani dein Marchio Montis S. Savini, † improlis 1613. *Nannina*, *Neronis Dom. de Porcigliano* F. 1592. | Bertoldus Urſinus Marchio Montis S. Savini. *Franciſca*, *Tiberii Cevoli* F. 1611.

Alexander Urſinus, Marchio Montis S. Savini, † 1641. improlis. N. *de Altemps*, *Joh. Angeli Ducis Altempſii & Galeſii F.* | Hieronyma nupta 1. *Scipioni March. Capponio*, 2. *Laurentio Venturio Equiti.*

L A II.

ANO, MARCHIONES DE MONTE S. SAVINO.

COMES DE SOVANA,

læ F.

Ux. *Paula Monaldeschia.* — Gentilis Urfinus.

TIGLIANO

Gentilis Urfinus, Comes de Sovana, occ. 1434.
Urfina Urfina, Johannis Urfini Senat. Rom. F.

Latinus Urfinus. — Urfus Urfinus, Comes Nolæ & Atripaldi, Dn. Afculi cr. 18. Jan. 1462. † 5. Jul. 1479. *Santola, fœmina Nolana.* — Simon Urfinus. — Agnes nup. *Ludovico della Tolfa.* — N. uxor *Matthæi Beffæ Stendardi Com. de Arienzo.*

Orlandus, *Epifcopus Nolæ* 1475. † 1505. — Raimundus, *nothus*, Comes Nolæ. — Robertus, *nothus.*

Gentilis Urfinus † ante patrem. *Catharina de Aragonia, Henrici March. de Geraci F.* — Diana nup. *Friderico Sfortiæ, Com. III. S. Floræ.* — Angela uxor *Angeli Farnefii.* — Chiapinus, *nothus* occ. in pr. apud Marinianum 14. Sept. 1515.

Henricus Urfinus Comes Nolæ † 1528. menfe Aug. improlis. *Maria Saufeverina, Berardini Princ. III. de Bifignano F.* — Portia uxor *Octavii Urfini de Monteritondo.* — Joh. Antonius, † an. æt. 18.

Joh. Francifcus *Eq. Melit.* — Ludovicus *Eques Melit.*

Antimus Urfinus, † fine pr. mafc. *Clelia, Tiberii Cevoli F.* — Septimus Urfinus *Eques Melit.*

Cofmus Urfinus.

Livia. — Francifca. — Raimonda. — Virginia. — Artemifia.

TABU

COMITES DE TAGLIACOZZO ET ALBI DO

JOHANNES URSINUS, Francisci, qui à Napoleone, Matthæi Magni Filio, Nicolai Papæ fratre oriundus esse creditur, F. Senator Romanus.

FRANCISCUS Ursinus sator Ducum *de Gravina*, quos *Vid. Tab. VI.*

Jurdanus Ursinus, *Archiepisc. Neapolit.* 1400. *Presbyter Cardinalis* 1405. denique *Episc. Albanens.* † 29. *Maii* 1439.

Ursina ux. *Gentilis Ursini Com. de Soana.*

Napoleo COMES de TAGLIACOZZO & ALBA, Dn. Bracciani, Signifer S. Ecclesiæ.
Francisca Ursina, *Ursi Dom de Monterotundo* F.

LATINUS, *Cardinalis*, de qun posterisque ejus *Vid. Tab. seq. IV.*

Clarice uxor *Laurentii Ursini de Monterotundo.*

Virginius Comes de Tagliacozzo & Alba, Dn. Bracciani, Comestabilis Regni Neap. † Jan. 1497.
Isabella Ursina, *Raimundi Pr. Salerni* F.

Justina ux. *Stephani Columnæ.*

Johannes Jurdanus Ursinus Dom. Bracciani.
Uxor 1. *Maria Aragonia*, *Ferdinandi R. Neapol. Fil.*
2. *Felice della Rovere*, *Julii II. Papæ Fil.*

2. Hieronymus Dn. de Bracciano, Campagnanu, Trevignanu, Galera, Scrofanu, Formello & Vicovaro.
Francisca Sfortia, *Bosii Com. S. Floræ* F.

Claricia ux. *Ludovici Carafæ*, *Princ. de Stigliano.*

Charlotta ux. *Jo. Thomæ Pici Com. Mirandulæ.*

Francisca nup. 1. *Antonio Cardonæ M. de Padula.* 2. *Rentio de Ceri.*

Paulus Jurdanus Ursinus DUX Bracciani, cr. 1560. Comes Anguillariæ, &c. nat. an. 1541. & circiter. † 1585.
Uxor 1. *Isabella de Medicis*, *Cosmi I. M. Ducis Etrur. F.* † 1578.
2. *Virginia Acorambona*, *Francisci Peretti vidua.* 1581. † 1585.

1. Virginius Dux Bracciani, Comes Anguillariæ, Eques Aur. Vell.
Fulvia Perettia, *Fabii Damasceni & Mariæ Perettæ*, *Sixti V. proneptis*, 10. Apr. 1589.

Paulus Jordanus Dux Bracciani, Princeps S. Rom. Imperii, † improlis 1645.
Maria Isabella Appiana Princ. Plumbini, *Georgii Mendozæ vidua*, † 1661.

Alexander, *Cardinalis* cr. 1615. † 22. Aug. 1626. æt. 33.

Ferdinandus Dux de S. Gemini & dein Bracciani, Magnas Hisp.
Justiniana Ursina, *Jo. Antonii Ducis de S. Gemini Fil. & hær. quæ* † 22. Dec. 1663.

Isabella, ux. *Cæsaris Gonzagæ Duc. Guastalæ.*

Virginius, nat. 17. Maii 1615. *Cardinalis* cr. 1641. † 21. Aug. 1676.

[T]A[B]. [V]III.

[PRINCIPES] ET DUCES DE BRACCIANO.

Uxor: *Bartholomæa Spinella, Nicolai M. Cancellarii Regni Neapolit. & Comitis de Gioia filia.*

Urſinus Dn. de Somma M. Cancellarius Regni Siciliæ.	Carolus Urſinus Dominus BRACCIANI. *Hieronyma Paula Urſina, Jacobi Com. de Tagliacozza F.*

ROBERTUS Urſinus à quo Comites de PACENTRO *Vid. Tab. V.*	Johannes *Abbas Farfenſis, dein Archiepiſc. Tranenſis,* in locum Latini fratris, an. 1450. † anno circiter 1469.	Magdalena ux. *Jacobi Urſini de Monterotundo.*

Leonora, nup. *Honorato Gajetano.*	Hippolyta ux. *Hieronymi Tuttavillæ.*	Bartholomæa nup. *Bartholomæo Tuttavilla.*

Carolus, *nothus*, Comes Anguillariæ.

Napoleo, *Abbas Farfenſis*, dein maritus *Claudiæ Columnæ* & Urſinorum *de Vicovaro* progenitor, quorum ſtirps defecit.	Franciſcus *Epiſcopus Tricaricenſis, & Abbas Farfenſis.*	Julia ux. *Petri Antonii Sanſeverini Pr. de Biſignano.*	Virginius Comes Anguillariæ. *Juſtiniana Urſina.*	N. uxor prima *Camilli Urſini de Lamentana.*

Felice uxor *Marci Antonii Columnæ Ducis Palliani.*	Catharina uxor *Troiani Spinelli Princ. de Scalea.*

Eleonora uxor *Alexandri Sfortiæ, Princ. de Valmontone.*

Maria Felice nup. *Henrico Duci Montmorantio.*	Carolus, † juv.	Coſmus, † juv.	Franciſcus. *Abbas Farfenſ.* poſt *Jeſuita.*	Virginius, *Eq. Melit.* dein *Carmelit. mon.*	Camilla, ux. *Marci Antonii Borgeſii Pr. Sulmonæ*, eoque an. 1658. mortuo, monialis ſub nomine *Mariæ Victoriæ*, † 1684. æt. 83.

Flavius Urſinus Dux V. de Bracciano & S. Gemini, Princ. de Nerola & S. R. Imp. Magnus Hiſpan. † improl. 5. April. 1698. Ux. 1. *Hippolyta Ludoviſia, Gregorii Aldobrandini vidua*, † 1674. 2. *Anna Maria de Tremoilles-Noirmoutier, Ludovici Blaſii de Taleyrand, Pr. de Chalais vidua, m. Febr.* 1675.	Lelius Princ. de Nerola & Vicovaro, † calebs 30. April. 1696.

DOMINI ET MARCHIONES DE LAMENTANA

LATINUS URSINUS, Caroli F. *Rom. Archiepiscopus Tranensis* 1439. *Bariensis*

Paulus Ursinus Marchio de TRIPALDA & Dn. de LAMENTANA, strangul. à Cæs. Borgia d. 18. Januar. 1503.
N. della Valle, nobili Romana stirpe fata.

Fabius Ursinus, occ. in pugna ad Lyrim fl. Dec. 1503.	Robertus Ursinus *Archiepisc. Regiensis* 1512. dein Marchio de Tripalda & maritus.	Camillus Ursinus M. de Tripalda Dn. de Lamentana, nat. 1491. † 4. April. 1559.

1. Paulus secundus Ursinus Dn. dein Marchio Lamentanæ, nat. 1532. † improlis 1581. *Lavinia de Rovere, Francisci Mariæ Duc. Urbini F.*	2. Virginius † *sexennis.*	Maria Magdalena, ux. *Lelii de Anguillara, Rentii Ceritis filii*; eo mortuo *monialis & fundatrix monast. S. Mariæ Magd. in monte Quirinali*, † 1605. d. 25. Maii, æt. 71.

Olympia nupta *Friderico Cesio Duci Aquaspartæ.*	Fabius Ursinus, *Prælatus* insignis, præmaturè mortuus.

Livia uxor *Johannis Sabellii Ducis Palombaræ.*	Latinus Ursinus Dux de Selci. *Portia Cajetana ex Dom. de Norma & Rocca.*	Franciscus, Latini gemellus, *occ. in bello Mantuano* 1630.

Alexander Maria Ursinus PRINCEPS DELL'AMATRICE, † post annum 1681, in custodia Rietensi.
Uxor 1. *Anna Maria Caffarelli, Ducis de Assergi & March. de Tarano soror.*
2. *Fœmina ignobilis ducta in carcere Hadriano* 1672.

1. Camilla, † puella.	Virginius, † puer.	Franciscus Felix Ursinus, Marchio de Perne. † improlis ante patrem. *Anna Elisabetha Ursina de Castello, Martii Marchionis della Penna soror.*

LA IV.

DUCES DE SELCI, PRINC. DE LAMATRICE.

Ecclesiæ Cardinalis cr. 20. Dec. 1448. 1454. † d. 11. Aug. 1477. æt. 74.

Clarice uxor *Laurentii Medicis* cogn. *Magnifici*, *Principis Reipubl. Florentinæ.*	Aurantia, nup. *Leonardo Malaspinæ, March. Gragnuolæ.*

Uxor 1. N. *Ursina, Caroli Com. Anguillariæ F.* 2. *Elisabetha Balionia, Jo. Pauli, tyranni Perusini F.*	N. uxor *Vitellotii Vitelli.*	N. nupta *Hermeti Bentivolio.*

Julia, nup. *Balthasari Rangoni Comiti.*	Johannes Ursinus Marchio de Lamentana secundus. *Portia de Anguillara, Joh. Pauli Du. de Ceri* F. ☽	Fabius, *nothus*, † puer.	Latinus, *nothus*, Marchio de Lamentana tertius, † 1586. *Lucretia Salviati.*

Virginius Ursinus Marchio Lamentanæ quartus, DUX de SELCI. *Beatrix Vitellia hæres domini Amatricensis.*	Clarice uxor *Lotharii Conti Ducis de Poli.*

Jacobus Ursinus *monachus Franciscanus.*	Camillus Ursinus.	Paulus Ursinus *Prælatus*, † præmaturè.	Virginius, *posthumus*, † 1616.

Beatrix nupta 1. *Francisco Barile Duci de Cajuano, Princ. de S. Archangelo*, 2. *Francisco Caracciolo March. de Marchiagodena.*	Clarice † *infans.*

2. Filius, qui *infans obiit.*	Cecilia, *notha.*	Constantia, *notha*, † puella.

TABU
COMITES DE PACEN

ROBERTUS URSINUS, Comes de Alba & Tagliacozzo, M. Comestabilis Regni Neapolit.

1. Trafatta uxor *Fabritii Spinelli Dom. de Roccagu-glielma.*

Ursina nup. 1. *Alfonso d'Avalos*, 2. *Marcello Columnæ.*

Marius Ursinus Comes de PACENTRO.

Robertus Ursinus Comes de Pacentro, Dom. de Oppido.
Beatrix Sanseverina, *Alfonsi Ducis Sommæ soror.*

Raimundus Ursinus, Comes de Pacentro, Dn. de Oppido.
Ux. 1. *Feliciana Carafa*, *Pauli ex Duc. Ariani* F.
2. *Faustina Carafa*, *prioris soror.*

Flaminius Ursinus. ☾

2. Octavius C. de Pacentro, † improlis.

Scipio Com. de Pacentro, Dn de Oppido & Petragallo.
Johanna Cavanigl a ex Com. Trojæ.

Lucretia nup. *Ludovico Cajetano*, *Duci de Trajetto.*

Lelius Ursinus.
Livia Dentice. ♁

Octavius Ursinus Comes de Pacentro.
Francisca de Toledo, *Ludovici ex March. de Villafranca* F.

Cornelia uxor *Julii Cæsaris Caraccioli.*

Franciscus Ursinus.
Johanna Carafa, *Antonii ex Duc. Nuceriæ* F.

Ludovicus Ursinus Comes de OPPIDO, Dn. de Petragallo.
Lucretia de Leyva ex Princip. Ascali.

Johannes Ursinus.
Hippolyta Carafa, *Alfonsi Duc. de Cancellara fil. & hær.*

Scipio Ursinus.

Octavius Ursinus Comes de Oppido, Dn. de Petragallo.
Cornelia Muscettola, *Principis de Leporano* F.

Octavius Ursinus, Dux de Cancellara, Princeps de Frassa.

Antonius Ursinus.

TRO ET OPPIDO.

Uxor 1. *Violanta Sanseverina.*
2. *Catharina Sanseverina.*

Ux. *Catharina Zurla, Dom. de Oppido & Petragallo.*

Constantia ux. *Petri Bernardini Cajetani, C. de Marcone.*

Francisca, nup. 1. *Francisco Antonio de Aquino M. de Pescara, 2. Jo. Bapt. Carafæ.*

2. Alfonsina ux. *Petri Medicis.*

Virginia uxor *Jo. Baptistæ de Morra.*

Latinus Ursinus.
Adriana Palmiera, Andreæ Matthæi Palmerii Cardinalis neptis.

Virginia ux. *Bernardini Belprato Com. de Anversa.*

Paulus Emilius Ursinus.
Virginia Pignonea.

Catharina uxor *Oliverii Caraccioli.*

Anna, uxor *Octavii Pignonei.*

Marius Ursinus.
Camilla Carafa.

Johannes Baptista Ursinus, *milit. ductor,*

Hippolyta ux. *Marini Frezzæ.*

Virginius Ursinus.

Carolus Ursinus.

. . . . . . uxor *Caroli Cicalæ Princ. de Tiriolo.*

Maria nupta *Francisco Moles Duci de Parete.*

TABU

DUCES DE GRAVINA

FRANCISCUS URSINUS, Johannis F. Præfectus Romæ, COMES DE GRAVINA, Conversano & Campagno. † 1456.

1. Jacoba ux. *Jacobi Cajetani Com. de Fondi.*

1. Johanna ux. *Alberti Vicecomitis Dom. de Massino.*

1. Jacobus Ursinus Comes IV. & DUX I. Gravinæ, Com. de Campagna, Dn. de S. Agatha. *Maria Piccolominea de Aragonia, Antonii Ducis de Amalfi Fil.*

2. Catharina ux. *Honorati Cajetani, Dom. de Sermonetta.*

Raimundus Ursinus Dux II. Gravinæ, Com. de Campagna & Terlizzo. *Justiniana Ursina.*

Margarita nup. 1. *Diego Cavaniglia C. Trojæ*, 2. *Guilielmo Ferrillo C. de Muro.*

Franciscus Ursinus Dux III. Gravinæ, &c. *strangulatus à Cæs. Borgia* 18. Jan. 1550.

N. nupta *Astori Baglioni Dom. Perusiæ.*

Ferdinandus Ursinus Dux IV. Gravinæ, Comes de Muro. Ux. 1. *Angela Castriota,* 2. *Beatrix Ferella, Alfonsi Com. de Muro filia & hæres.*

---

1. Livia nup. *Jacobo Vitellio Pr. dell' Amatrice.*

Johanna, ux. *Ludovici Martini de Capua C. de Altavilla.*

2. Antonius Dux V. Gravinæ. *Felicia Sanseverina Petri Antonii, IV. Pr. de Bisignano* F.

Flavius, *Episc. Muranus* 1568, *Archiep. Cusentinus & Cardinalis* cr. an. 1565. † 17. Jul. 1581.

Hostilius Ursinus. Ux. 1. *Dianora Caracciola, Ferdinandi D. de Feroleto F.* 2. *Diana del Tufo ex March. Lavelli.*

Ferdinandus II. Dux Gravinæ VI. Ux. 1. *Constantia Gesualda, Ludovici Pr. Venosæ* F. 2. *Virginia de Rovere ex Duc. Urbini, Friderici Borromæi vidua.*

Petrus, *Episc. Spoletanus* 1589. *Aversanus* 1591.

Lelius.

Julia Princ. Bisiniani nup. 1. *Jo. Baptistæ Spinello M. de Foscaldo*, 2. *Tiberio Carafæ, Equiti Aur. Vell.*

Petrus Ursinus Princeps de Solafra, Dux Gravinæ IX. *Dorothea Ursina, Flaminii II. C. de Muro* F.

---

1. Michael Antonius Dux VII. Gravinæ, † improlis. *Beatrix Ursina, Flaminii C. de Muro* F.

Felicia Maria Duc. VIII. de Gravina ux. *Petri Cajetani Duc. Sermonettæ*, † † improles.

Ferdinandus III. Ursinus, Dux Gravinæ X. Pr. de Solafra & Vallata, C. de Muro. *Johanna della Tolfa, Ducis de Grumo* F.

Flavius † *adolescens.*

Petrus Franciscus Ursinus, Dux Gravinæ XI. Pr. Solafræ &c. mox *monachus Dominicanus* sub nom. *Vincentii Mariæ*, dein *Presbyter Cardinalis* cr. 22. Febr. 1672. *Archiepisc. Beneventi.*

Dominicus Ursinus Dux Gravinæ XII. Pr. Solafræ & Vallatæ Com. de Muro. Ux. 1. *Aloisia Paluzzi Altieri, Angeli Paluzzi F.* 1671. † 22. Jul. 1678. 2. *Hippolyta del Tocco, Caroli Pr.* de *Achaja & Montemileto F.* 1683.

---

1. Filius, nat. 1673. *brevis ævi.*

1. Johanna, nata 1674. jam *monialis*, dicta *Maria Cæcilia.*

2. Ferdinandus Bernualdus Philippus Ursinus Pr. *de Solafra.*

Mondilla Ursinus Comes *de Muro.*

ET SANTOGEMINI.

Uxor 1. *Margarita della Marra Dom. de Canosa, Delisito & S. Agatha*, *Eligii della Marra Fil. Perretti d'Andrei Com. de Troja & Ascoli vidua.*
2. *Maria Scillata, Dom. de Ceppaloni, Jacobi Antonii della Marra Dom. de Serino vidua.*
o. Concubina, *Pascarella*, *Romana.*

o. Johannes Baptista, *Præfectus Rom. Eq. Hierof. M. Magister Rodienf.* cr. 4. Mart. 1467. † 8. Jun. 1476.

Marinus Urfinus, *Archiepisc. Tarentinus* cr. 1445. † 1471.

Antonazzus Comes Gravinæ II. † 1456. *ante patr.*

Jacobus Urfinus † *ap. Soanam in Etruscis* 1454.

Alexander Urfinus, III. Com. Gravinæ & II. de Campagna. † *improlis* 1460.

Urfina, ux. *Francisci Pignani Princ. Capuæ nepotis Urbani VI. Papæ,*

Rinaldus, *nothus*, Dn. del Voglio.

Jacoba *ux. Johan. Baptistæ Caraccioli Ducis de Martina.*

Aurelia nup. *Bartholomæo de Capua Com. de Altavilla* IX.

Francifca ux. *Jo. Francisci Carafæ Duc. de Ariano*, † 25. Dec. 1563. æt. 94.

Catharina, uxor *Johannis Jacobi Caraccioli, Com. de S. Angiolo.*

Johannes Antonius Urfinus.
Cornelia de Capua, Bartholomæi C. de Altavilla F.

Virginius, † *in pueritia.*

Flaminius Urfinus C. de Muro. *Lucretia del Tufo ex March. de Lavello.*

Catharina ux. *Alfonsi de Cardines M. de Laino.*

N. nup. *Nicolao Urfino C. de Pitigliano.*

Virgilius DUX de SANTOGEMINI. *Johanna Cajetana Bonifacii V. Duc. de Sermonetta* F.

Maria ux. *Johannis Davalos Dom. de Pomarico.*

Antonius Urfinus Princeps de Galluccio. Ux. 1. *Dorothea de Capua, Pr. de Cospoli.* 2. *Victoria Pignatella ex Duc. de Montecalvo, Augustini Justiniani vid.*

Flaminius II. Com. de Muro. *Aurelia de Capua, ex Com. de Altavilla.*

Beatrix ux. *Michaelis Antonii Urfini, VII. Duc. de Gravina.*

Johannes Antonius Dux de Santogemini, Pr. de Scandriglia, Eq. Ord. S. Spiritus cr. 1608. *Constantia Sabella.*

Constantia ux. *Caroli Carafa Ducis VI. Andriæ.*

Dorothea C. de Muro, ux. *Petri Urfini Pr. de Solafra.*

Justiniana Duc. de Santogemini, nup. *Ferdinando Urfino D. Bracciani.*

Beatrix. Anna. Bafilidis.

TABU

URSINI DOMINI DE

URSUS Urſinus, à Rinaldo, Nicolai III. Papæ fratre, incomperta oriundus generatione, DOM. de MONTEROTUNDO, ſuffocatus ap. Zagonaram an. 1424. d. 24. Jul.

Laurentius Urſinus Dn. de Monterotundo. *Clarice Urſina, Caroli Dom. de Bracciano* F.

Julius Urſinus Dn. de Monterotundo. *Violanta Sanſeverina, Alfonſi Duc. de Somma* F.

Baptiſta Urſinus, *Cardinalis* cr. an. 1483. *Archiepiſc. Tarentinus*, † 12. Febr. 1503.

Urſus Urſinus *Epiſc. Theanenſis* cr. 1474. † 1495.

Marius Urſinus, *occ. Florentiæ in obſidione urbis*, m. Dec. 1529.

Paulus Emilius Urſinus.

Valerius Urſinus Princeps Aſcoli. † 4. Aug. 1550. æt. 46. *Johanna Maria, Oliverotti Ufreduccii* F.

Fulvius Urſinus *Epiſc. Spolet.* cr. 15. Dec. 1562. † 1581.

Julius Urſinus.

Troilus Urſinus.

Marius Urſinus.

Jordanus Urſinus, Eques Ord. S. Mich. † 26. Sept. 1564. æt. 39. . . . . *Bartholomæi Liviani* F.

Oliverottus Urſinus, † *ante patr. in bello Corcyrenſi* 1538.

Valerius Urſinus.

Ludovicus Urſinus ſtrangul. Venetiis an. 1585. 17. Dec. *Julia Sabella.*

Raimundus Urſinus, *occ. Romæ* 1583.

LA VII.

MONTERITONDO.

Uxor, *Laurentia Conti.*

Francisca ux. *Napoleonis Urfini Com. de Tagliacozzo.*

Jacobus Urfinus Dn. de Monterotundo. *Magdalena Urfina, Claricia & Napoleonis foror.*

Urfus Urfinus Dn. de Monterotundo.

Rinaldus Urfinus, *Archiepifc. Florentinus* ab an. 1474. ufque ad an. 1508.

Franciottus Urfinus Dn. de Monterotundo, poft amiffam uxorem *Protonotarius Apoftol.* & tandem *Cardinalis* cr. 1517. † 10. Jan. 1533.

Johannes Baptifta Urfinus, *Archiepifc. S. Severinæ,* † 15. Febr. 1566.

Silla Urfinus, † *ante patrem.*

Octavius Urfinus Dn. de Monterotundo. *Portia Urfina, Henrici C. Nolæ foror.*

Hannibal, *nothus, Canonicus ad S. Petri in Vaticano.*

Henricus Urfinus Dn. de Monterotundo. *Johanna de Capua.*

Leo Urfinus, *Epifc. de Frejus in Gallia.*

Francifcus Urfinus.

Virginia uxor *Alexandri Urfini Com. Pitiliani.*

Franciottus Urfinus, *nothus,* legitimatus à Papa Gregor. XIII. Dn. de Monterotundo. *Camilla Sabella, Camilli F.*

Francifcus Urfinus.

Henricus Urfinus.

EXEGESIS HISTORICA.

URSINA stirpe vix alia celebrior, & virorum feracior fortium fuit; sed origo ejus abstrusa, & genealogia ob complures, in quos illa se diffudit ramos, multis obstructa est difficultatibus. Equidem *Franc. Sansovinus*, Scriptor superioris ævi haud incelebris, res Ursinorum Italico sermone in Historiam contulit, uno alteroque schematismo interpolatam genealogico; verùm manci hi sunt, hiulci, & nulla ex parte perfecti, neque etiam ab erroribus vacui; quo nomine *Eugenio Gamurrinio*, familiarum Hetruriæ & Umbriæ scriptori, sæpiusculè castigatur, quamquam nec hujus de Ursinorum familia commentatio, volumini secundo operis ejus Historico-Genealogici inserta, (*a*) ita comparata est, ut accuratam & plenam de illa notitiam desiderantibus queat satisfacere. Gentis decora congessit & exaggeravit *Joh. Bapt. Ferrarius*, in Oratione, quam in funere Alexandri Ursini Cardinalis habuit, verbis sequentibus: *Illa ergò Nobilitas, quæ supra mille ac sexcentos annos in clarissimo Viro Vipio Ursino, equestri loco nato, se floruisse gloriatur; quæ deinde per longam Heroum posteritatem, atque ut paucos numerem ex infinitis, per quatuor Pontifices Maximos, per Purpuratos patrès XXXIV. per LXII. Romæ Senatores, per ejusdem Principis urbis Præfectos quatuor, per Ecclesiæ Romanæ Vexilliferos sex, per centum bellicos Imperatores, per Consules, per utriusque Siciliæ Magnos Comites Stabulos, per Oratores, Legatos, Moderatores Provinciarum, Satrapas, Proreges, Aurei Velleris, S. Michaelis, Sanctique Spiritus Equites; per Magnos Rhodiorum Templariorumque ac Teutonicorum Equitum Magistros; per Principes Tarentinos, per Duces, Marchiones, Comites, Imperii Electores, Antistites ipso numero plures; per connubiorum communionem contractas affinitates cum Magnis Ducibus, cum Hispaniæ, Galliæ, Angliæ Regibus, atque cum ipsis Imperatoribus; per Sanctissimos Viros plurimos, præsertim verò geminos Ursinos, alterum Apostolorum auditorem, Gregorii Magni Pontificis encomio celebrem, alterum per Volusianum Præsulem Turonensem, eundemque Martyrem; per monasticæ familiæ in Occidente conditorem Benedictum, propagata, quæque per generosos traduces in Hispaniam, Angliam, Galliam, Germaniam, Poloniamque diffusa, & ad potentissimos Dominatus traducta; demum ab uno laudum omnium capacissimo, Alexandro, mirificè amplificata est.* (*b*)

Fides illorum sit penès autorem; noster haud fert animus incertis immorari ac dubiis, atque extra oleas, quod ajunt, vagari, sed explorata & ad liquidum perducta tradere, atque Italicam tantum Ursinorum stirpem stylo prosequi nostro constitutum est. Ex Umbria illam esse ortam, atque inde in Latium translatam certissima est sententia; appellationem verò suam à quodam, cui nomen *Urso* fuit, traxisse id argumenti instar esse censeo, quod in vetustioribus tabulis ex gente ista prognati cognominis loco *de Filiis Ursi* vocitentur; e. g. *Gentilis de Filiis Ursi*, *Nicolaus de Filiis Ursi Comes Nolanus*, quemadmodum è diplomatibus Bullisque à Gamurrinio recensitis constat. In Latium postquam transtulissent larem Ursini strenua & prope constanti Pontificum Romanorum propugnatione summos Romæ honores maximasque opes sibi pepererunt. JOHANNI, à quo stemmatis initium duximus, patrem *Ursum*, matrem *Cajetanam* fuisse, cumque ille maternum cum suo conjunxisset nomen, alterum ex ejus gnatis MATTHÆUM eadem se *Rubeum* dixisse ratione Gamurrinius tradit. A NAPOLEONE, Matthæi fratre, & *Aloisia Frangipania* ejus uxore amplissimam descendisse progeniem idem refert autor, in quinque divisam ramos, videlicet *Ursinorum Comitum Taliacotii & Albi*, *Ursinorum de Campo Floris*, *Ursinorum à Johanne*, qui *Fortebraccii* cognomen tulit, prognatorum, *Ursinorum Comitum de Manoppello*, & denique *Ursinorum de Filiis Theobaldi* sive *Theobaldescorum*; de singulis equidem ramis

(a) *Pag. 2. & seqq.*
(b) *Oratione XXXV. inscripta Rosa sepulcralis.*

ramis eorumque pullis nonnihil ille in medinm attnlit, fed in quo nec fibi usque constitit, nec ad justam concinnandam genealogiam adjumentum attulit. Theobaldescorum lineam, ex qua *Franciscus Cardinalis* ab Urbano V. Papa creatus, atque anno 1378. mortuus prodiit, penitus extinctam esse ait; eandem fatorum legem cæteri, quos enumeravimus rami subiisse videntur. Inter Ursinos *de Campo Floris* tres numerantur Ecclesiæ Romanæ *Cardinales*, videlicet *Franciscus*, Neapoleonis F. à Bonifacio VIII. an. 1295. in sacrum illum Senatum assumtus, atque an. 1308. vivis exemptus; *Matthæus*, illius è fratre nepos è monacho Ordinis Prædicatorum Cardinalis creatus à Johanne XXI. an. 1327. & an. 1340. defunctus, & denique *Rinaldus*, quem Clemens VI. an. 1350. galero ornavit, & suprema dies Avenione an. 1374. corripuit.

Sed Comites *Taliacotii* & *Albii* Ursinæ gentis omnes inter Napoleonis modo dicti posteros numeranti Gamurrinio assentiri hactenus nequeo, persuasus illos qui postremò Comitatus istos tenuere & Bracciani etiam castelli Domini fuere, ab alio Napoleone, illius è fratre nepote, descendisse, quemadmodum inferius pluribus dicturi sumus, quo loco etiam nonnullos è prioribus, & quando eorum stirps emarcuisse videatur, referemus. Comitum *de Manoppello* sive *Manuppello* justam continuamque seriem non magis ac Taliacotianorum edere licet; recensebo tamen eos, quorum mentionem scriptores, visi mihi lectique, fecerunt. Primus illo insignitus titulo *Johannes Ursinus* fuit, *Regni Neapolitani Lagotheta & Protonotarius*, cui à Carolo III. Rege etiam Comitatum S. *Valentini*, Conrado Aquavivio ademtum, fuisse collatum *Philibertus Campanilius* memoravit: Johanni in utrumque Comitatum successit *Napoleo*, ejus gnatus, sed à Ladislao Rege San Valentiniano privatus, isque Aquavivio redditus est; idem tamen, postquam Conradus Aquavivius prioris filius sine prole decessisset, ad Ursinos rediit, & penes eos permansit usque ad an. 1507. quo ab *Organtino* Ursino Jacobo *della Tolfa* venditus fuit. (*a*) Manuppellensem Comitatum post Napoleonem, paulò ante dictum tenuisse apud Summontium legimus *Leonem Jordanum* Ursinum, qui Protonotarii quoque munere à majoribus suis possesso sub R. Ladislao functus est. Occurrit posteà *Nicolaus* Ursinus Comes *de Popolo & Manuppello*; qui regnante Alfonso I. vixit, & *Mariam Marzanam* ex Ducibus Sessæ, viduam Sfortiæ, quem Magnum cognominant, in matrimonio habuit; quemadmodum vicissim Jo. Antonius Marzanus Dux Sessæ, Mariæ frater cum *Francisca Ursina* è Comite Manuppelli nata torum partitus est: frater ille fuit *Thomæ* Ursini, Rom. Eccl. *Cardinalis* ab Urbano VI. an. 1381. creati, atque an. 1390. mortui, quemadmodum *Ciacconius* tradit; pater verò *Johannis Pauli*, clarissimi bellatoris; hujus ab ævo propè abfuit *Paulus* Ursinus Gallesii Dominus, qui Jacobi Comitis Manuppelli filius Gamurrinio ex *Famiani Elogiis* dicitur, bellicis laudibus æque ac ille abundans & Romanæ libertatis adversus Ladislaum Regem Neapolit. vindex, & denique per sicarios à Braccio Montonensi, celeberrimo itidem duce, immissos, trucidatus. (*b*) In *Ferdinandi della Marra* libro de famil. quibusd. Neapol. sibi cognatis, mentio fit *Ursini Comitis de Manuppello*, cui anno 1457. uxor ducta est *Catharina Montagano*, Philippi de *Santangiolo* vidua, & gnatus fuit *Jacobus Antonius Ursinus* Comes; *Catharinam* Ursinam, Comite *de Manuppello* natam, idem refert in matrimonium datam fuisse ab Alfonso Rege Mariano Alagnio Comiti Buccianici, Lucretiæ Alagniæ, quam deperibat, fratri. Sed exuti tandem fuerunt Ursini Manuppellensi Comitatu, cumque *Camillus Pardus* Ursinus, quem postremum ex hac fuisse linea atque an. 1524. & circiter vixisse *Sansovinus* literis prodidit, eum iret recuperatum, conatu frustratus est: is Ferdinando della Marra (*c*) *Vallis Sicilianæ Demarchus* dicitur, & maritus *Victoriæ Tolfanæ* è Dominis Serini, paterque filiæ unicæ *Claricis*, quam ob amplas facultates à parentibus ipsi relictas, Paulus III. Papa filio suo Petro Aloisio Farnesio uxorem expetierit, & obtinuerit, quæque adeò mater fuerit Horatii & Octavii Farnesiorum, Parmæ Ducum; verum aut illi, error est offusus, aut aliis scripto-

Sf 2

(a) *Campanil. dell'insegne e famil. de' Nobili. p. 22.*
(b) *Hist. Geneal. Volum. II. p. 19.*
(c) *Pag. 179.*

scriptoribus omnibus, quippe qui Petri Aloisii Farnesii uxorem, ex Ursinorum Comitum Pitiliani stirpe ortam fuisse commuui cousensu affirmant. Id denique non prætereundum fortassis est Comites *Manuppelleuses* gentilitia Ursinorum insignia *limbo* distinxisse, *manipulis spicarum sparso*.

MATTHÆUS, alter Johannis Ursiui Cajetani, à quo stemma orsi sumus, filius, amplissimæ & splendidissimæ propagiuis sator fuit; *Magni* cognomen ideò ei inditum esse *Gamurrinius* refert, quod adversus Fridericum Imperatorem, imperium Romæ vi sibi vindicatum euntem, primus arma sumserit, ductoque cruce signatorum agmiue illum ab urbe depulerit; atque hujus aliorumque de Ecclesia Romana meritorum ergò à Gregorio IX. Pontifice *Patrem patriæ* salutatum, & gemmea fascia caput redimitum fuisse, indeque *fasciam auream*, quæ in Ursiuorum digmate cousiciiur, origiuem traxisse, perhibent. Filium illi Sansovinus unicum tribuit, *Ursum*, hocque genitos fuisse putavit Nicolaum Papam, Jordanum Cardinalem & Neapoleonem stirpis propagatorem; sed abundare Ursum istum, hosque & alios in Tabula enumeratos ex Matthæo Rubeo Magno natos esse, ex veteribus tabulis & inscriptionibus ad liquidum perductum est. Uxores, quas Matthæo dedimus, nituutur fide genealogiæ, ex Flavii Ursini Ducis de Bracciano ultimi domo, ad nos transmissæ.

JOHANNES Cajetanus, Matthæi è Cajetana F. ab Iuuocentio IV. Papa *Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano* anno 1244. creatus, apud eum successoresque plurimum autoritate valuit; sub Urbano IV. agrum Sabinensem & Campauiam admiuistravit, à Johanne XXI. verò Archipresbyteri muuere in Basilica Vaticana auctus, & denique anno 1277. VII. Kal. Dec. Viterbii *Pontifex Maximus* renunciatus est, assumtoque nomiue NICOLAI Tertii, vixit usque ad an. 1280. diem 23. Aug. quo in oppido Suriauo prope Viterbium subita apoplexia prostratus animam exhalavit; relictis in sacro Senatu JORDANO fratre, nec non MATTHÆO *Rubeo* ex alio fratre uepote; eorum priorem Nicolaus ipse eò adlegit, alterum iu ipsius adhuc Cardinalis gratiam Urbauus IV. purpura ornavit. Uterque cum Nicolao vita defuncto Poutificis electionem Viterbii impedirent, à Viterbiensibus ex conclavi extractos, & honestæ mancipatos fuisse custodiæ, donec novus creatus esset Pontifex *Ciacconius* refert. (*d*) Maithæus Rubeus, qui Jordano superstes mansit, post Nicolai IV. Papæ excessum iterum electioni Pontificis remoram injecit, cùm inter eum & NEAPOLEONEM Ursinum Cardinalem, quem ipsius patruelem, Rinaldi filium fuisse *Gamurrinius* tradit, graves ortæ essent inimicitiæ, eò quod hic Gibellinicis sese adjunxisset partibus, cùm alter Guelphicas ad progenitorum exemplum tueretur, quemadmodum *Sansovinus* refert. (*e*)

A MATTHÆO, Matthæi Magni filio quinto, Ursinos *de Monte* cognomiuatos oriundos esse *Gamurrinius* tradit, atque ex hac linea prodiisse ait *Johannem Cajetanum* & *Matthæum* Cardinales, à Johanne XXI. quem etiam XXII. vocant, an. 1313. & 1317. creatos, & Avenione an. 1339. & 1341. mortuos, nec non *Bertholdum*, qui anno 1338. & circiter Archiepiscopatui Neapolitano præfuit. Ad RINALDUM, tertium Matthæi M. gnatum Ursinorum *de Monterotundo* originem referendam esse modò laudatus autor censuit, quemadmodum infra pluribus dicetur.

Ad GENTILEM Matthæi M. filium natu maximum sermo jam redit, huic filios quatuor, in Tabula notatos *Gamurrinius* tribuit; ex eis URSUS à patruo Poutifice Maximo, castello S. Angeli, quod Romæ est, donatus, lineam condidit, quæ id aliquo temporis spatio tenuit, atque ideò cognomine *de Castello* distincta fuit, & Dominos *de Foglia & Bonmarzo*, & denique Marchiones *della Penna* produxit; Ex Dominis *de Foglia* fuere *Petrus Angelus Ursinus*, pater *Vicini*, qui sub Pontificatu Sixti IV. armorum gloria illustratus est, filiumque post se reliquit haud degenerem *Jo. Conradum*; hoc nati fuut *Vicinus* II. & *Maharbal*, qui in Corsico & Seuensi bello sub auspiciis Gallorum militans clarum adeptus est nomen. Marchionum *della Penna* postre-

(d) *Hist. Pontif. & Card. Parte II. p.* 163. & 225.
(e) *Hist. de la Casa Orsina Libro II.*

ſtremus *Martius Urſinus* fuit, qui anno 1674. vitam lineamque ſuam clauſit, bonis ejus partim ad fiſcum Papalem, partim ad Ducem Bracciani devolutis, vigore teſtamenti, quod condiderat, damno ſororis ſuæ, quæ *Franciſco Felici Urſino* Marchioni *de Pernè*, Principis Amatricenſis filio unico, nupta erat. Ad dictum Urſum etiam *Gabrielis* Urſini origo refertur; qui ducta in uxorem *Johanna del Cavaliere*, genuit *Marium*, ab avunculo Johanne Baptiſta in nomen & familiam *del Cavaliere* arrogatum, per teſtamentum ipſius, an. 1507. ſcriptum.

BERTHOLDUS, Gentilis filius primogenitus, Romaniæ dignatione *Comitis* ſub Pontificatu patrui præfuit; hacque provincia poſt iſtius mortem levatus *Prætor Orvietanus* an. 1277. factus eſt, & filium poſt ſe reliquit, avo cognominem, qui Romæ Senatoris & Orvieti Prætoris munere aliquoties functus, à Roberto Rege Neapolitano *Magiſter Juſtitiarius* Regni, atque an. 1314. in civitate Florentina ejuſque diſtrictu *Vicarius Generalis* conſtitutus fuit, nobiliſſimæ in dicto Regno propaginis ſator; ejus quippe gnatus ROMANUS cum uxore illuſtris proſapiæ *Anaſtaſia Montfortia* Comitatum *Nolanum* accepit, eumque ad poſteros ſuos tranſmiſit. Hi in duas abiere lineas, ex filiis Nicolai Comitis Nolani, qui Romani nepos fuit, ortas; ROBERTUS natu major in *Nolanum* ſucceſſit Comitatum, fuitque Regni M. *Juſtitiarius*; ſed ejus filios PETRUM & ALGIASIUM Ladiſlaus Rex Nolæ oppugnavit, & deditionem fuga prævertere coëgit. (f) RAIMUNDO Petri filio Regina Johanna ſecunda *Sarnenſem* dedit Comitatum pro Neptunnenſi & Aſturenſi terra in Latio, quas ille in Reginæ gratiam Martino V. Papæ ceſſit; eundem Alfonſus Aragonius Rex Neapol. partes amplexum ſuas matrimonio agnatæ ſuæ *Eleonoræ Aragoniæ Urgellitanæ* Ducatuque *Amalfitano*, dotis vicem explente, auxit, & denique *Salerni Principem* creavit. Gnatis duobus, quos ille ex Eleonora Aragonia ſuſcepiſſe dicitur, orbatus, nothis tribus quas habuit, legitimorum jura natalium ab Imperatore Friderico III. & Papa Nicolao V. impetravit, interque eos, ditionem ſuam diſpertivit, annuente Ferdinando Rege Neap. qui etiam *Felici* natu maximo *Mariam*, filiam ſuam naturalem, uxorem deſtinavit; ſed illi diſcordiarum civilium æſtu, rerumque imperitia in tranſverſum abrepti, mox fortunis omnibus exciderunt; Nolano tamen Comitatu in familia permanente, quippe quem Rex paulò ante dictus *Urſo Urſino*, è Comitibus Pitiliani oriundo, tradidit.

RAIMUNDUS, vulgò *Raimundellus* dictus, alter Nicolai Urſini Comitis Nolani filius, ab avunculo magno Raimundo Balzio Comite Soletano, hæres Comitatus hujus, in Hydruntina regione ſiti, ſcriptus, *Balzianum* nomen cum avito conjunxit. Cardinalem enim creatum fuiſſe à Papa Gregorio XI. refert *Ciacconius*; ſed hanc ille aſpernatus eſt dignitatem, ab ineunte juventa armis reique bellicæ deditus. Tyrocinio militiæ in Aſia facto, cum egregia ſtipatus fama ad penates rediiſſet, qua tempeſtate Ludovicus Andium Dux Regnum invaſit Neapolitanum, demandata ei fuit à Carolo III. Rege cuſtodia Barlettanæ urbis, ubi multos ex primoribus, quorum fidem ſuſpectabat, capite truncari curavit, urbem verò omnemque Barenſem Provinciam parva ſtrenuè tuitus eſt manu. Nihilo tamen ſecius à Carolo Rege, cum exercitu eò delato, in vincula conjectus eſt, quibus ruptis ad Ludovicum Andinum transfugit; hic multo ob virtutis famam cum honore exceptum ut penitus ſibi devinciret, cum *Maria Anghiana* Leccii Comitiſſa, illuſtri Gallico ſanguine creta, matrimonio junxit. Poſt mortem Ludovici reliquiis copiarum Gallicarum ad liberandum Urbanum VI. Papam, quem Carolus Nuceriæ obſidebat, uſus eſt, cujus beneficii præmium à Papa tunc Beneventum oppidum tulit, iſtoque cum Caroli, paulo poſt vivis exempti, vidua & filio Ladiſlao reconciliato, *Vexillifer Eccleſiæ* creatus, & tutelæ Ladiſlai invigilare juſſus eſt; eo munere aliquandin pulchrè functus contracta offenſa iterum ad Andegavenſes tranſiit partes, atque à Ludovico II. *Tarentinum* obtinuit *Principatum*. Verum poſtquam iſte rebus diffiſus ſuis è Regno diſceſſiſſet, & cuncta Ladiſlao victori prona fierent, Raimundus quoque inſci-

(f) *Sammont. Hiſt. Neap. Part. II. p. 549.*

fcitiam effe recordatus adverfus ftimulum calces jactare, cum egregia & pulchrè inftructa militum manu Regi occurrit, & vexillis demiffis fe fuofque in ipfius poteftate fore dixit, qua fpontanea fubmiffione ita Ladiflaum permulfit, ut ab eo in gratiam protinus receptus, & in Tarentino Principatu confirmatus fuerit.

Poft Raimundelli obitum cùm *Maria Anghiana*, illius vidua, à Ladiflao Rege fe perfuaderi paffa effet, ut in ipfius matrimonium iret, mox Tarentino Principatu, cui ille inhiabat, exuta, & unà cum liberis fuis captivæ inftar habita, & defuncto etiam Rege detenta eft, ufque ad adventum Jacobi Borbonii Marchiæ Comitis, cui Johanna II. Regina, Ladiflai foror, nupfit, ea quidem lege ne Regis, fed Tarenti Principis tantum, nomen fibi ufurparet; tunc enim demum illa opera Triftani Claromontii, qui cum Jacobo in Regnum venerat, cuique gnatam fuam *Catharinam Urfinam* cum dote Comitatus Cupertini in matrimonium dedit, libertatem recuperavit. Capitali dein diffidio inter Jacobum & Johannam Reginam orto, cum ille Tarentum fe proripuiffet, ibique à Regina miffis copiis obfeffus fuiffet, præfidio deftitutus, vendidit urbem *Johanni Antonio Urfino*, filio Mariæ & Raimundelli natu majori; qui poftea à Regina Princeps illius confirmatus fuit. (*g*) Statui paterno, Tarentino nempè Principatui, adjecit JOHANNES ANTONIUS *Barium*, *Montempelufium*, *Pomaricum*, *Materam*, *Aquavivam*, *Minervinum*, *Rubos*, *Bafam maximam cum Labello*, quæ oppida funt in Lucania & Peucetiis; at in Principatu ulteriore *Flumarum*, *Vicum*, *Cædoniam*, *Bifaccium*, *Carbonariam*, *Accadiam*, *Carifram*, *Vallatum* aliaque, in Campania præterea emit *Marilianum* & *Acerras* pervetuftam civitatem; fed haud exiguam ditionis fuæ partem amifit, cum Johanna Regina, fortitudinem & potentiam viri formidans, & à gratiofis fuis inftigata, Ludovicum Andinum cum exercitu, cui Jacobus Caudola præerat, adverfus eum mififfet, & fines ejus incurfare juffiffet; quæ illum injuria permovit, ut Alfonfi Regis Aragoniæ, quem Regina adoptatum repudiarat, partibus fe applicaret, atque hujus ope non tantum amiffa recuperavit, & ab eo cùm Regina vivis exempta Regno Neapolitano potitus effet, in Tarentino Principatu confirmatus, fed etiam *Magnus Comeftabilis* creatus eft, qui Magiftratus *in Regno primas habet in militia*, *redituſque erat ejus centum millia aureorum*, *cum obligatione tamen*, *ut quoties opus effet*, *juffu Regis armatos fecum haberet mille equites levis armaturæ*. (*h*) Poft Alfonfi exceffum, cùm Ferdinandus nothus, quem ille hæredem inftituerat, Regni habenas capefferet, & proceres civitatefque Capuæ in ejus verba de more jurarent, Joh. Antonius Urfinus idem facere detrectavit, quod fe indignum cenferet homini fpurio fubeffe, quamvis is neptem ipfius è forore Catharina Cupertini Comite uxorem duxiffet. Erat „ Jo. Antonius, ut *Jo Joviani Pontani* de eo judicium inferam, vario & in„ conftanti ingenio, ac parùm firma amicitia: apud quem fancti honeftique „ non tantus refpectus, quantum ftudium, quantaque erat cura affequendi „ ejus, quod animo deftinaffet; atque ut fui ipfe parciffimus, fic contra „ alieni quàm appetentiffimus erat: utque in bello abunde timidus, fic in „ pace parum fidens fuis aut amicorum opibus, quem longa & maximè quie„ ta Alphonfi pax malè habuerat. Sed ad quod intentus erat, aliquando „ pervenire ut ad id poffet, interim dum ingentem fibi pecuniam compara„ ret, nihil penfi habebat: & quanquam ipfe timidus ac fufpiciofus, geren„ di tamen belli maximè avidus, utque in conferendis manibus minimè ftre„ nuus, fic producendi belli egregius artifex. Itaque per finitimas civitates, „ locaque opportuna clam fummittere cœpit, qui aliis præmia, aliis delicto„ rum condonationem promitterent: nobiles alios fuæ inopiæ, alios gloriæ „ majorum admonerent: regulos ut quemque vel cupidum rerum novarum, „ vel ære alieno preffum, vel rei fuæ pœnitere intelligerent, hortari, follici„ tare, multa pollicendo erigere, opes ejus oftentare ne definerent, deni„ que eum autorem ac ducem belli offerrent. (*i*) Id ut averteret Rex nihil in fe defiderari paffus eft, & ad tractatus cum Principe conditionefque ab eo pro-

(g) *Barthol. Facius Hift. Libro IV.*
(h) *Jo Juvenis de antiq. & varia Tarent. fortuna Libro VII. Cap. III.*
(i) *Pontanus Hift. fui temp. Libro I.*

propositas descendit; nihilotamen secius in bellum denique mutua exarsit diffidentia; quod triennii prope spatio gestum cùm utramque defatigasset partem, pacificationi ad extremum locum fecit, qua vix confecta, Princeps è quartana aliquandiu æger in arce Altemuræ supremum diem obiit; mors tamen ejus suspicione non caruit, & creditum est, ab Antonio Agello & Antonio Vidano Tarentinis ad multam noctem cubiculum illius ingressis, ut qui repentinum aliquid afferrent, somno morboque oppressum strangulatum fuisse, præscio Rege; multaque comperta esse violentæ mortis signa statim divulgatum est. (*k*) Uxorem habuit è Columnensi familia, Ursinis naturà infensa, sed ex ratione status & demerendo Pontifici Romano Martino V. ductam, ejusdem nempè sororem, *Annam Columniam*, de qua sic scripsisse Calentium ad Hieracum *Joannes Juvenis*, *Libro VII. Cap. III. de fortuna Tarent.* refert: *Veni ad Annam Columniam Tarentinam, nunquam vidi tanti corporis mulierem, ea domum penè omnem sedens complebat, ita ut stanti mihi deesset locus ad dicendum. Os magnum, oculi ut boum putares, grandia membra omnia supra quam credibile est, vox Leænæ.*. Ex ista nullos Jo. Antonius genuit liberos: habuit verò *nothum* quendam, qui *cum nullius esset valoris*, Juvenis modo citati verbis utor, *donatus ab illo est Lycii Comitatu*, habuit & tres filias illegitimas, quarum nomina & matrimonia in schemate recensuimus.

GABRIEL Ursinus, Venusiæ Dux, fratris Jo. Antonii fata prævertit, & Alfonso regnante è vivis excessisse videtur: initio enim Regni Ferdinandi, cùm jam inter eum & Tarentinum dissidiorum scintillæ, in flammam erupturæ, gliscerent, & uterque potestatis Venusiam facere suæ cuperet, Pyrrhus sive Petrus Baucius, Gabrielis Ursini gener, urbi imperabat, ita enim *Pontanus: Venusiam Pyrrhus Baucius, Francisci filius, tenebat, Regi carus ac maximè fidus. Cæterum dotalis urbs erat, cujus cives propter imperium æquum, clemensque Gabrielis Ursini, qui Joannis Antonii iisdem è parentibus frater fuerat, plerique Tarentino favebant, nec deerant, qui urbem se dedituros pollicerentur.* (*l*) Proles Gabrieli virilis legitima non fuit, sed *nothus*, cui pater Carbonariam, consentiente Maria Donata filia sua natu maxima, dedisse *Campanilio* dicitur. (*m*) Ergò cùm Jo. Antonio hæc Ursinorum linea defecit; quamvis enim à nonnullis secundus ei tribuatur frater, cui Rainaldo nomen fuerit, ille nempè *Rainaldus Ursinus*, qui *Catharinam Appianam* in conjugio, & post Jacobi fratris ejus mortem *Plumbinum* sub imperio habuit suo, strenuaque castri hujus adversus Ladislaum Regem Neapol. defensione illustratus est, præterquam quod illa fraternitas maxima cum incertitudine conjuncta est, improlis etiam Rainaldus iste an. 1450. decessit. (*n*)

AD TAB. II.

GUIDO, Romani Ursini & Anastasiæ Montfortiæ Nolæ Comitum filius natu minor, aviæ maternæ *Margaritæ Aldobrandescæ* hæreditatem in Etruscis, *Soanam & Pitilianam* præcipuè complexam, auxisse *Gamurrinio* perhibetur, cujus etiam fide Tabula nostra secunda nititur. ALDOBRANDINUS, Guidonis F. militiæ Florentinorum præfuit, & Pecciolensem terram eorum ditioni anno 1362. adjecit; illo nati fuisse videntur GUIDO & ROBERTUS Ursini Soanæ Comites, quos unà cum Nicolao Ursino Nolæ Comite jure civitatis Florentinæ an. 1371. donatos fuisse *Scipio Admiratus* memoriæ prodidit. Num longior Aldobrandino fuerit propago mèmorare supersedit Gamurrinius, cum verò inter oppida, quæ Bertholdus illius è fratre Nicolao nepos tenuit, Soanam enumeret, defecisse eam in gnatis Aldobrandini putamus. BERTHOLDUS Comitis *de Pitiliano* titulo uti cœpit, in posteris suis continuato; grave ei & damnosum cum Senensibus fuit bellum; quippe quo maxima ditionis suæ parte videlicet Sovana, Orbatello, Saturnia, Mouteacuto aliisque castellis exutus & de Pitilia-

(k) *Id. Lib. V.*
(l) *Libro I.*
(m) *Filib. Campan. dell'insegne e famil. Nob. p.* 134.
(n) *Sansov. dei Com. illustr. di casa Ors. Libro II, p.* 25. *e delle Histor. Libro V. p.* 78. *& seqq.*

tiliano etiam periclitatus est, filiis ipsius spei ac fortitudini paternæ haud respondentibus, & deditiones facere ac pacisci cum Senensibus, quàm strenua defensione decus ac libertatem tueri malentibus. Finito illo bello Bertholdum à Veneto Senatu inter Duces belli Peloponnesiaci allectum, & expugnata Corintho, dum urbem capite ingreditur nudato, saxo à virilis animi fœmina in eum jacto ita læsum fuisse, ut ex eo vulnere expirârit, *Gamurrinius* quidem tradit; sed altùm de illo silent Historiæ Venetæ scriptores, neque Bertholdi Ursini ætate Venetis bellum cum Turcis in Peloponneso fuisse reperio: quare tota, quod ajunt, via errasse Gamurrinium, & Bertholdum Ursinum cum Bertholdo Atestino, qui Venetorum copias illic ductavit, & apud Corinthum dicto mortis genere an. 1463. periit, confudisse suspicor.

A filiis Bertholdi *Nicolao* & *Gentili* lineæ ortæ sunt duæ, posterior *Sovanam* tenuit, quam ei Senenses tandem una cum vita eripuerunt, quippe quam strenuè oppidum defendendo amisit, hasta transverberatus. Ex Gentilis gnatis URSUS bellica illustratus est virtute, cujus documenta sub vexillis primùm Ducis Mediolanensis, dein Reip. Venetæ, posteà fama belli Neapolitani, quo agnatus ejus Princeps Tarentinus cum Ferdinando Aragonio de Regno decertabat, excitus, sub dicti Principis auspiciis, & denique mutatis partibus sub Rege modo nominato, dedit. Operæ pretium duco, referre è *Pontani* Historia quo pacto Ursus à Tarentini partibus abstractus fuerit, quidque præmii à Ferdinando tulerit; continet enim ea relatio ritum, „ quo *ligii homines* Regni Neapolitani homagium Regi præstare solent: Cum „ Ursus Neapolitanos atque Aversanos agros assiduis excursionibus in dies „ magis ac magis affligeret, marique ab Joanne Torella, qui Aenariam obtinebat, tuti nihil prorsus esset: inter hæc Bartholomæus Cardinalis, qui „ gerente bellum in Apulia Ferdinando, Beneventi Pontificias res curabat, „ per fidelem hominem cum Urso egit, uti Pii opera ad Ferdinandum transiret. Nam & Pontifici Maximo rem abundè gratam faceret, & rebus suis „ perquam opportunè consultum iret. Cui cum hæreditario jure Nola deberetur, quam tunc precario teneret, hanc esse viam recuperandæ illius, „ persuadere summo ei studio conabatur. At Ursus, qui paternis puer atque avitis exutus bonis fuerat, ejectusque patrimonio, tantam hanc occasionem nactus, cum intelligeret Joannem Antonium annis morbóque aggravatum jam, ita bellum gerere, ut qui animi, consiliíque incertus in „ diversum traheretur, decrevit oblatam occasionem frustra labi non sinere. Itaque rebus sic compositis, uti Nola, Laurum, Atripaldum, „ Forinum, Asculum, cum agris, finibus, civibusque ipsi, liberisque „ ac posteris dominanda traderentur à Ferdinando: quarum rerum omnium Pontifex fidejussor esset: Ursus Neapolim ad Regem profectus, juravit de more Neapolitanorum Regum in ejus verba. Ritus verò jurandi, verborúmque hujusmodi est formula. Sedet Rex medius regia in sella „ editiore loco constituta. Assident juxtà primi ordinis optimates, ac proceres. Stant inde purpuratorum frequentes ordines loco quisque suo: „ Regis ad pedes genibus innitens à dextra procumbit parte epistolarum magister, qui nunc Secretarius dicitur: sinistra Antistes, Evangeliorum libros „ regio in sinu adstratos tenens. Horum medius genibus & ipse illæ imisus procumbit; qui in verba jurat, utraque manu libris adapertis imposita. „ Ibi epistolarum magister verba præit: quæ juraturus in verba sequitur. „ Igitur posteaquam Ursus regios ad pedes provolutus, palmam in codice „ utranque expansam statuit, tum magister præire verba hæc cœpit, Ursúsque ea est secutus: *Ursus ego Ursinus, Nolæ & Atripaldi Comes, Asculi, Lauri, ac Forini Dominus, illorumque & agrorum & finium, civium atque popularium, tibi Ferdinando Regi, liberisque, successoribúsque in Regno Neapolitano tuis polliceor, promitto, spondeo pro liberis successoribúsque in hisce item urbibus, oppidis, agris, finibúsque meis, fidelem méque illósque utique futuros, tuisque illorúmque imperiis ubique, méque illósque parituros, atque imperata facturos, cum hisce urbibus, oppidis, agris, finibus, popularibúsque perpetua cum constantia & fide. Siquid verò adversus téve, illósve parari fraudis, dolíve, insidiarúmve audiero, sciero, compertúmve, significatúmve habuero indicaturum*

turum illud è vestigio, ac facturum palàm tibique illisque: officia demum obiturum, meque, illosque omnia domi, forisque, pace belloque adversum quoscunque, ac pro imperio quæ probi & fidelis subjecti jure, lege, natura, obeunda ac præstanda sunt Regi. Deúmque his Optimum Maximum testem invoco, pérque sacrosancta hæc Evangelia sciens, volens, libensque verbis conceptis juro. Atque his dictis, „ manus ipse è libris sustulit. Tum Rex Ursi manus utriusque digitis polli- „ cibus apprehensis suósque intra pollices iis insertis, devinxit illos suis, sta- „ tuítque super Evangelia. Hic rursum Ursus magistro præeunte verba: *Ego me*, inquit, *cum liberis, successoribúsque meis, Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum ac successorum ejus, Ligium hominem statuo, dedicóque, eúmque me hic sisto.* „ Hæc ter ubi dixit, regios osculatus est pollices, Réx- „ que ore suo illius os excepit, móxque comiter appellatum dimisit. Hic „ est usitatus jurandi mos in verba Regum Neapolitanorum: quísque Ligios „ illorum se faciunt, ipsum hunc servant: dicti inde *Ligii*, quòd ligatis Re- „ ges pollicibus, illos fidei, imperiisque sic suis vinciant, atque obnoxios „ statuant. Ex ea tempestate Ferdinandus Ursi opera forti, fidelíque in maximis quibusque usus est rebus: quippe qui esset *magno ingenio, constanti animo, fida amicitia, maturis consiliis, integra voluntate, manu promptus, atque in certaminibus felix, in consulendo cautus, in deliberando minimè temerarius, quíque nihil prorsus ficti haberet, atque ut maximè impiger, sic ipse parum omnino ambitiosus erat.* (o) Supremum Ursus diem explevit Viterbii in reditu cum Alfonso, Regis Ferdinandi filio, ex bello Etrusco, relictis duobus gnatis, è Nolana fœmina utcunque genitis, *Raimondo* & *Roberto*, quorum ille septimum, hic sextum agebat annum; hos moriens Alfonso commendavit, rogavitque ut meritorum suorum ergo in feudis, quæ acquisivisset & eis relicturus esset, fartos tectos servaret; id quod promissum equidem ab illo ipsi fuit, sed neutiquam præstitum, filiis ejus dictis sexto abhinc anno omni ditione exutis; maxima tamen ejus pars deinde à Rege, deliniendis Ursinis, *Nicolao Ursino Pitiliani Comiti* collata fuit. (*p*)

Erat is filius ALDOBRANDINI Ursini, qui gravia cum Senensibus bella gessit, prius an. 1442. opere Latini Ursini Cardinalis, posterius, cui omnis propè Ursinorum gens intervenit, sequestre Papa Calixto III. an. 1455. compositum fuit, restituto ab Aldobrandino Senensibus Castro, *Mont'acuto* dicto. NICOLAUS ejus gnatus, nulli ducum ævi sui bellica virtute fecundus fuit; quippe qui maxima fama vario militiæ munere Pontificibus Romanis, Florentinis, Aragoniis Regibus Neapol. & denique Venetis stipendia fecit. Postquam pace inter Ferdinandum Regem Neapol. & Jo. Antonium Principem Tarentinum sancita ad Regis Alfonsi VI. stipendia transiisset, Nolano Comitatu, jam à Ferdinando sibi promisso, aliisque feudis, quibus Ursi Ursini gnati exuti fuerant, anno 1494. investitus est; anno secuto cum Carolus VIII. Rex Galliæ Italiæ incumberet, & ad Capuam ingrueret, dedentibus Nolàm incolis, Nicolaus à Gallis contra pactionis fidem captus & detentus est; sed cum in Galliam à Carolo perduceretur, è medio Tarrensis pugnæ tumultu ad Venetam aciem profugit, nutantesque copias vehementi clamore & hortatu opportunè stitit, & ad conservandos ordines confirmavit. Exinde Veneto conductus stipendio, & Imperator in Francisci Principis Mantuani locum creatus, enituit ejus in bello adversus Maximilianum Cæsarem virtus, decusque perenne recuperatæ & defensæ Patavinæ urbis retulit, verùm huic partæ gloriæ haud diu superfuit; nam septuagenario majorem diuturnæ vigiliæ, immoderatusque labor, administrandis regendisque præsidiis susceptus, facilè confecerunt; sic ut eum lenta febris & concitata alvus ad Leonicum Vicentini agri oppidum non multis diebus extinguerent. Senatus ei honoris & meritorum ergò statuam equestrem erigi curavit, cum hac inscriptione: *Nicolao Ursino, Nolæ Pitilianique Comiti, Principi longè clarissimo, Senensium, Florentini populi, Sixti, Alexandri & Innocentii, Pont. Max. Ferdinandi, Alfonsique Junioris, Regum Neapolitanorum, Imper. felicissimo, Venetæ demum Reipub. per quindecim annos, magnis clarissimisque rebus gestis, novissimè, à*

Tt gra-

(o) *Pontan. Hist. Libro II.*
(p) *Summonte Hist. di Napoli Libro V. p. 497.*

gravissima omnium obsidione, Patavio conservata virtutis & fidei singularis, Senat. Venet. M. H. P. P. obiit ætatis suæ anno LXVIII. salutis MDIX. (q)

Nolanum Comitatum *Nicolaus* adhuc vivens nepoti suo è Gentili, filio tertio sibi præmortuo, cui *Henrico* nomen erat, assignavit; frater huic fuit JOH. ANTONIUS, de quo *Ambrosius Leo* in opusculo suo *de Nola patria Libro III. Cap. III.* in hunc ad Henricum Comitem scripsit modum: *Joannes Antonius frater tuus, è Gentile atque Catharina, Ferdinandi Regis nepte ortus, ante pubem eleganti & soluta & numerata polluit oratione, atque memoria tanta præditus fuit, ut vel quatuor, quinqueve scribentibus varia epistolarum genera eodem tempore dictaret; equo quoque & hasta accommodatissimè utebatur: vixit annis* XVIII. HENRICUS, quia prole carebat, hæredem nuncupavit *Nicolaum Ursinum Pitiliani Comitem*, Jo. Francisci, patruelis sui, filium, aliqua tamen Castella *Octavio Ursino de Monterotundo*, sororio suo, ejusque gnatis legavit; quoniam verò Henricus in illorum numero fuerat, qui novo Gallorum exercitu sub duce Lautreccio Regnum Neapolitanum anno 1527. inundante, Gallica erexere vexilla, licet jussi ab Hugone Moncada, Caroli V. Imperatoris Prorege, ut scilicet in rationem necessitate versa incolumitati suæ terrarumque suarum consulerent, Hugone intempestiva abrepto morte, perduellis unà cum aliis Regni proceribus declaratus & bona ejus istorumque in fiscum redacta sunt, ita ut ex Henrici Ursini in Regno possessionibus nihil ad ejus hæredem pervenerit. (r)

ALDOBRANDINUS, Nicolai Comitis Pitiliani & Nolæ filius secundus, Ecclesiasticum vitæ genus sectatus titulum Archiepiscopi Nicosiæ obtinuit; Prior etiam ædis Parochialis S. Agnetis in Navona, atque an. 1524. Canonicus ad S. Petrum in Vaticano factus est. Licet verò in conjugio non vixerit, posteros tamen ex se natos eum reliquisse Gamurrinius refert, illorumque nomina edidit, videlicet, *Scipionis*, *Chiappini*, *Cæsaris*, *Nicolai* & *Ludovici*; ab his ortos esse, qui præter avitam dispositionem Ursinum cognomen usurparunt, idem autor memoriæ prodidit.

LUDOVICUS, natu maximus Nicolai F. *Pitiliani Comes* sicut ipse fortitudini majorum respondit, ita posteros etiam progeneravit bellica insignes virtute; sed odiis inter se gravibus & simultatibus diutinis conflictatos: namque JOHANNI FRANCISCO cum subditis & filio NICOLAO dissidia intercesserunt, quæ in rebellionem & bellum eruperunt; huic vicissim cum fratre URSO, quem pater testamento an. 1565. facto, sed posteà antiquato, hæredem scripsit, nec non cum filio Alexandro malè conveniebat. Res tandem in judicium aulæ Imperialis deducta, ibidemque sententia secundum Nicolaum adversus Ursum, nova ob cædem Galeatii Farnesii infamia adspersum, an. 1573. lata est; qua iste insuper habita moriens actionem & jus suum omne in Comitatum Pitilianensem Francisco Magno Duci Etruriæ transscripsit. (s) Haud tamen id detrimento fuit ALEXANDRO, Nicolai gnato, nullumque ei ea propter negotium ab Etruriæ Principibus fuit exhibitum, quin floruit ille gratia Ferdinandi Ducis & summis in aula ipsius muneribus functus est. Ducta fuit Alexandro in matrimonium gnata unica legitima Henrici Ursini Domini de Monterotundo spe potiundæ hæreditatis, quam socer relicturus erat; sed ea maximam partem frustratus, & solum Castellum *Mompeum* in Sabinis cum aliquot mille scutatis nactus est.

JO. ANTONIUS Alexandri filius Comitatum Pitilianensem, à majoribus suis CCC. & amplius annos possessum an. 1604. alienavit, permutatione cum Cosmo II. M. Duce Etruriæ facta, qua pro dicto Comitatu terram *Montis S. Savini* cum Castellis ad illam pertinentibus, Marchionatus dignatione, accepit; hunc sine prole vita defunctus fratri BERTHOLDO reliquit, cujus cum gnato Alexandro II. Neapoli veneno extincto, hic Ursinæ stirpis ramus exaruit, Marchionatu dicto ad Ferdinandum II. M. Ducem Etruriæ relapso. (t)

AD

(q) *Jovius Elog. Libro IV.*
(r) *Gamurrin. loco cit.*
(s) *Jo. Bapt. Adriani Histor. Libro X. XVI. & XXII.*
(t) *Gamurrin. loco cit.*

AD TAB. III.

PITILIANENSI Urfinæ ftirpis ramo proximè fubjunximus Braccianenfem; is à *Napoleone*, Nicolai III. Pontificis Rom. fratre, deduci folet, fed feries deductionis liquidè comperta nondum eft, & diverfimodè recenfetur: *Sanfovinus* Napoleoni dicto & Francifco, Johannis, à quo fchematis tertii initium nobis ductum eft, patri, unicum interpofuit *Urfum*; è contra in genealogia, quam Romà accepimus, plures interferuntur, hocque tela texitur ordine:

Napoleo, Matthæi M. F. *Dn. de Marcellino.*
Ux. *Paula* . . . . .

Jacobus *Senator & Comes de Tagliacozzo.* *Johanna de Vico.*	Braccius.	Johannes.	Francifcus.

Napoleo *Comes de Tagliacozzo.* Ux. 1. *Ifabella, Bartholomæi C. de Tagliacozzo F.* 2. *Maria Sanfeverina.*	Leander.	Urfus, *Senator.* *Johanna Philippi de Antiochia F.*	Johanna *uxor Petri de Annibalis.*

Jacobus *Comes de Tagliacozzo.* Ux. 1. *Maria, Riccardi Ruffi F.* 2. *Ifabella de Marzano ex Duc. Seffæ.*	Johannes.

Francifcus *Comes de Tagliacozzo.*	Urfus *Comes de Tagliacozzo.*

JOHANNES *Senator Rom.*

Carolus *Comes de Tagliacozzo.*

Napoleo *Comes de Tagliacozzo.* *Hieronyma Paula Urfina, Jacobi C. de Tagliacozzo F.*	Joh. Antonius *Comes de Tagliacozzo.* *Ifabella Coffa.*	Latinus.	Robertus.

Haud verò ifta mihi fe probat deductio, perfuafum habenti, NAPOLEONEM, Caroli filium, Johannis Senatoris nepotem, primum inter Urfinos Braccianenfes fuiffe, qui Comitatum tenuit Taliacotianum; Jacobos verò, eifque interjectum Napoleonem, nec non Jo. Antonium, inter Caroli gnatos in illa diatypofi enumeratum, ex alia ortos fuiffe linea, id quod vel ipfum Napoleonis, pofteriore dicti loco, matrimonium cum Jacobi Com. Taliacotii gnata arguere videtur. Infervit noftræ præterea fententiæ quod à Sanfovino Libro II. de viris illuftribus familiæ Urfinæ memoriæ proditum eft; nempè Calixto III. Pontificatum fupremum tenente contentionem inter Napoleonem Urfinum & Averfum Anguillariæ Comitem exarfiffe acerrimam de hæreditate Johannis Urfini Comitis Taliacotii, fine prole mafcula mortui; illo agnationis jure, quodque ejufdem cum defuncto generis effet, hoc affinitatis titulo, tanquam focero gnatæ unicæ ab ifto relictæ, actionem in dictam moventibus hæreditatem. Johannem illum eundem effe fufpicor, qui in exhibita diatypofi *Johannes Antonius* dicitur, & perperam inter Caroli filios refertur; Calixto III. enim ad clavum Ecclefiæ fedente Johannes Antonius Urfinus Comes Taliacotii, fide erga Alfonfum I. Regem Neap. infignis & armis, fatis conceffit, anno fcilicet 1456. Huic genitor fortaffis fuit *Ludovicus Urfinus*, avus *Jacobus Urfinus*, quorum priorem regnante Johanna II. alterum Ladiflao imperante Comitatum Taliacotii in Campania fitum, tenuiffe *Summontius* memoravit. (a) Quicquid hujus fit, liquere utique arbitror è dictis ex Sanfovino cum Johanne five Joh. Antonio defeciffe aliquam Comitum Taliacotii ftirpem; Napoleonem verò, qui in hunc Comitatum beneficio Regum Neapol. fucceffit, nec fratrem nec patruelem Joh. Antonii, fed gentilem tantum & fortaffis etiam affinem fuiffe, atque adeò inter proximos faltem progenitores fuos Comitem Taliacotii nullum numeraffe.

(a) *Hift. di Napoli Libro IV.*

CAROLUS, jam aliquoties nominatus, Johannis Senatoris F. *Braccianum* Castellum haud procul Roma in Sutrina Diœcesi situm, & à quo præcipua posteris suis appellatio fuit, acquisivit, atque unà cum fratre suo JORDANO, *Cardinali*, legatione ad Basileense Concilium illustrato, à Venetis civitate & Patriciatu donatus est; vir strenuus & egregia insignis prole, à qua tres ortæ sunt stirpes. NAPOLEO, natu maximus Ecclesiæ Romanæ Signifer, quo munere XXII. annorum spatio summa virtute ac gloria functus esse celebratur, Braccianensem propagavit, & Comitatu Albiensi nec non Taliacotiano in Regno Neapolitano auctus est; sed iisdem VIRGINIUS illius filius excidit, cùm ad Caroli VIII. Regis Gallorum partes defecisset, oblitus beneficiorum, quibus Aragoniis Regibus Neapolitanis devinctus erat; regii videlicet exercitus Imperator, equitum totius Regni Magister, qui vulgò *Comestabilis* appellatur, Alfonso Regi arctissima affinitate conjunctus, quod ejus filio Johanni Jordano, Ferdinandi Regis demortui filia, extra legitimum torum suscepta, nupsisset; Castellis prætereà in Regno, honoribusque cumulatus; cùm è contra ab ipsius commodis omnes Aragoniorum calamitates originem traxissent; istorum quippe consilio pecuniaque usus erat, cum à Francisco Cibo *Anguillariam*, *Cerevetum* aliaque nonnulla Castella Romæ vicina emeret; quæ res Alexandrum VI. Pontificem Rom. ex ea venditione se inconsulto facta Pontificiam majestatem non mediocriter imminutam, atque adeò Castella illa jure & legibus ad pontificiam sedem esse devoluta censentem, tanta suspicione atque indignatione perstrinxit, ut omnem Italiam querelis impleret, & bellum illud, quo ista deinceps atque inprimis Regnum Neapolitanum afflictum & tantum non eversum est, concitaret. Inultam verò ingratitudinem illam haud abstulit Ursinus, namque Ferdinandus II. Rex Neapol. rebus Gallorum eò redactis ut extremam necessitatem spontanea prævenirent deditione instinctu Alexandri VI. Papæ, qui Ursinam gentem omnibus evertere fortunis statuerat, Virginium detentum in Ovi arcem inclusit unà cum Paulo Ursino patrueli ejus, eodemque tempore etiam Johannem Jordanum prioris filium in carcerem conjecit; & isti quidem, post prosperam Ursinæ sectæ adversus Pontificios ad Sorianum pugnam, pacemque paulò post inter utramque partem Friderici Sanseverini Cardinalis opera factam, libertati redditi sunt: *Virginius* autem septimo ante pugnam illam die in Ovi arce senio mœroreque confectus vita excesserat: *vir ætatis suæ summis honoribus militiæ gestis longè clarissimus. Nam*, Jovii verba refero, *supra peritiæ militaris opinionem, multo etiam splendore liberalis vitæ cultuque familiæ, ac ipsa demum apud factiosos confirmata Romani nominis authoritate, vel æmulos Columnas proceres anteibat: quibus virtutum dotibus supra paternas opes, quæ erant amplissimæ, feliciter accumulatis, felix profectò videri potuit, nisi periniqua, aut certe fatali pervicacia ab æquo & bono importunè abductus, in ipso vindicandæ contumeliæ conatu, in arcta custodia miserrimè concidisset. Concessum filio patris cadaver, quod apud Cære totius familiæ concursu, & magna clientum veteranorumque militum frequentia, celebratis exequiis, tumulatum est.* (b)

JO. JORDANUS & CAROLUS Anguillariæ Comes, Virginii filii, Galliæ Regum signa, dum vixere, secuti sunt, sub quibus etiam VIRGINIUS, Caroli F. militavit; hic Gallicis aliquot triremibus præfuit & cum Hariadeno Barbarussa Othomannicæ classis Præfecto, quum is ardente bello inter Carolum Cæsarem & Franciscum Regem in auxilium à Gallis evocatus Marsiliam pervenisset, amicitiam iniit, mutuis cultam muneribus, sicut *Jovius* literis prodidit. (c) Sed Galliæ Regis gratiam denique effudit Virginius oris & calami libertate, traditusque est custodiæ; qua post triennii demum spatium exemtus Romam repetiit, ibique fato cessit. (d)

Inter gnatos Jo. Jordani aliquam assecuti sunt famam HIERONYMUS & NAPOLEO, bellica præditi virtute, sed diversis dediti partibus, & mutuis flagrantes odiis, quæ in bellum denique an. 1532. exarserunt; eo *Hieronymus* à Napoleone per insidias captus, opera & armis Clementis VII. Pa-

(b) *Jovius sub fin. Libri IV. Histor. Guicciard. Hist. Lib. I. & III.*
(c) *Elog. Libro II. p. 107.*
(d) *Sansov. de hom. ill. Urs. Lib. II. p. 26.*

Papæ in libertatem restitutus, & cum fratre utcunque reconciliatus est; vitaque præmaturè anno nempè ætatis XXVII. caruit. *Napoleo* Ecclesiastico initio charactere insignis & *Abbas Farfensis* fuit, sed illo abdicato & Abbatia in fratrem FRANCISCUM translata, uxorem duxit, & sagum induit, turbis ac pugnis gaudens, quarum amore indutus factioni Columnensium, cùm adversus Clementem VII. arma cepissent, sese adjunxit, licet ab isto amatus carusque habitus fuisset. Exinde perpetuus Pontificis hostis cùm post dissidia, quæ cum fratre exercuit, sopita, illi diffideret, in Galliam discessit, impetrata verò, opera Francisci Regis in colloquio cum Clemente Massiliæ an. 1533. habito, venia & facultate Romam redeundi, ad penates reversus est; ubi aliquandiu commoratus cum sororem, regulo Neapolitano nuptam deducturus, serius reliquis comitibus Roma egressus esset, equo vectus, à latronibus in quos fortè incidit, trucidatus est. (e) Ab illo Ursini *de Vicovaro* orti sunt, qui locus in veteri familiæ peculio fuit, & supra Tibur in montana regione situs est, *Vicus Varronis* antiquitus dictus, progenieque Neapoleonis extincta ad Bracciani Duces relapsus est. (f)

PAULUM JORDANUM Ursinum, Hieronymi filium, à Gallicis abstrahere partibus cupiens Cosmus I. Etruriæ Dux, adhuc adolescentem in tutelam suscepit suam, & generum delegit, *Isabella* filia sua secundogenita duodecenni desponsa. Militia dein exercitum & multis fortibus factis, militarisque disciplinæ peritia illustrem Paulus IV. Papa copiis suis præfecit, cùm Turcæ anno 1566. loca Italiæ maritima infestarent; à Pio V. posteà in celebri illa Christiani orbis adversus Turcas expeditione navali, Italorum Dux constitutus, in memorabili apud Naupactum sive *Echinadas* prælio an. 1571. captæ triremis Turcæ purpurati *Portau Bassa* dicti gloriam, & vulnus in crure retulit. Undecimo antè anno à Papa Pio IV. *Ducis Bracciani* dignatione mactus fuit in honorem soceri, cùm is Senis sub potestatem suam redactis iter Romam Pontificem veneraturus suscepisset. (g) Post obitum soceri Isabellæ uxori necem injecta nocte fascia attulisse fertur, ob adulterii suspicionem, à Francisco Medices Isabellæ fratre excitatam, qua de re in *Thuano Restituto pag. 22. & seqq.* singularia leguntur. Ducta illi postmodum est in matrimonium *Virginia Accorambona*, Francisci Peretti, Sixti V. nepotis, à Marcello, Virginiæ fratre an. 1581. interfecti, vidua, sublimi ingenio atque egregia pulchritudine fœmina, quam perditè deperibat, non absque multorum murmuratione, quod muliere consentiente viri cædis conscius ac particeps fuisset, quam ob causam illa per aliquot dies in S. Angeli arce detenta, sed tandem ejus facinoris insons declarata fuerat. Postquam verò Sixtus V. Pontifex creatus est, ultionem veritus est Paulus Jordanus, ideoque valetudinem adversam causatus, cum nova uxore quasi ad balnea profecturus in Venetam ditionem concessit, & Salodii ad Benacum domicilium fixit, ubi febri violenta correptus, cùm secundam venam medicis præbuisset, dum sanguis mittitur, inter suorum manus exspiravit. Vidua inde femina cùm Patavium se recepisset, cujusdam diei summo mane mortua unà cum fratre adolescente Flaminio, qui ad illam consolandam venerat, inventa est; facinoris fama cum momento per urbem divagata esset, quæstione adhibita, ex quibusdam interceptis literis, Ludovici Ursini opera perpetratum facinus compertum est, cujus mentio inferius, ubi de Ursinis *de Monterotundo* sermo erit, recurret. (h)

VIRGINIUS Ursinus Bracciani Dux, Pauli Jordani F. bellicæ laudis cupidine contulit se in Pannoniam voluntarius, an. 1594. ubi strenuè adversus Turcas dimicans, vitæ discrimen apud Javarinum adiit; sed ei ab agnato cognomine ex linea *de Lamentana* ereptus est, duobus vulneribus acceptis. Deinde an. 1601. expeditioni Algerianæ, ab Hispanis nullo successu susceptæ, interfuit. Uxor eidem fuit Sixti V. Pontificis è sorore proneptis, cujus germana eodem tempore Marco Antonio Columnæ nuptui locata est, dicta singulis centum aureorum CIↃ. dote, & dato primo inter Barones Romanos lo-

(e) *Sansov. loc. cit. Libro IV.*
(f) *Gamurrin. p. 23.*
(g) *Adrian. Histor. Libro XVI.*
(h) *Andr. Mauroc. Hist. Ven. Libro XIII. Thuan. Libro XXVIII. Campana Hist. del mondo Vol. II. Lib. VI.*

co; ne verò inter ipsosmet eorumque posteros de *proedria* disputatio ex alterutrius familiæ prærogativa oriri posset, decrevit Papa, ut ætatis ratio haberetur perpetuo, & annis major minori præiret. (*i*) Egregiam Virginius è *Fulvia Perettia* sobolem suscepit, tres gnatas, splendidis auctas matrimoniis, filios septem, neque tamen fatalem stirpis suæ periodum prorogare valuit, ab ipsius nepotibus absolvendam. PAULUS JORDANUS, Virginii filius natu maximus, & in Ducatu Bracciani successor S. *Rom. Imperii Principis* dignatione mactus est, cum an. 1609. nomine Cosmi II. Principis Etruriæ fiduciarias cum Margarita Austriaca nuptias Græcii celebraret. In matrimonio habuit *Mariam Isabellam Appianam*, Alexandri Plumbini Principis gnatam, ad quam morte fratris præmatura dictus devolutus erat Principatus, quæque priore matrimonio Georgio Mendozæ Comiti *de Binnasco*, avunculo suo, nupta, & ex eo mater facta fuerat gnatæ unicæ, Nicolao Ludovisio cum dote Plumbini dein elocatæ. Vita sine prole defunctus ditionem avitam FERDINANDO fratri transmisit, Ducatu jam *Sangeminiano* jure uxorio aucto; is abdicatis partibus Hispanicis, licet inter Magnates hujus nationis cooptatus, Gallicas amplexus est, Francicaque insignia ad ædes suas suspendit. Filios idem tres post se reliquit; eorum natu maximus VIRGINIUS inde à puero Ecclesiasticum vitæ genus seculari prætulit, rernmque divinarum ac humanarum scientia imbutus, inter Melitenses Equites primò, mox ab Urbano VIII. inter *Diaconos Cardinales* cooptatus, *Presbyter* deinde sub Alexandro VII. & denique sub Clemente X. *Episcopus Tusculanus* renunciatns, prætereaque Poloniæ ac Lusitaniæ nec non Galliæ Regnorum Protectoris munere functus est; decessit sexagenario major. LELIUS frater ejus natu minor vitam secularem, cælibem tamen coluit. FLAVIUS eorum ætati medius interjectus avitam utcunque sustinuit dignitatem, re familiari ob æris alieni magnitudinem unà cnm stirpe pessum eunte. Duxit illi restaurandæ in uxorem primis nuptiis matronam benè nummatam, jam virum passam matremque factam; sed ea mortua, cum dimidia dotis sibi allatæ pars gnatæ illins, è priore conjugio susceptæ, Principi nempe de Rossano, restituenda esset, de bonis periclitatus est suis. Aliam deinde cum accepisset uxorem, eamque pro nationis suæ genio sumtuosam, malis domesticis impeditus est majoribus & denique coactus avitam distrahere ditionem; vendidit itaque *Vicovarum* an. 1692. Comiti Bolognettio, *Anguillariam* anno 1693. Grillio Patritio Genuensi: *Albanum* an. 1696. Cameræ Pontificiæ, atque ad extremum *Braccianum* Livio Odescalco pretio maximo; ita præcipua bonornm parte evolutus, cnm jam anteà Regis Galliæ offensam contraxisset, ita ut torques Ordinis equestris S. Spiritus, qua anno 1675. ornatus fuerat, ab eo anno 1688. repeteretur, mortem, quæ ultima linea rerum est, obiit, ramo Ursinæ stirpis Braccianensi secum pariter extincto.

AD TAB. IV.

LATINUS Ursinus *Doctoris* insignibus sacrisque honoribus effulsit; *Episcopus* primò *Compsanus*, deinde *Archiepiscopus Tranensis*, posteà *Bariensis*, & denique inter *Presbyteros Cardinales* à Nicolao V. Papa cooptatus est. Paulus II. perpetuum *Marchiæ Anconitanæ Legatum* nominavit, & Sixtus IV. S. R. E. *Camerarii* officio auxit, summæque negotiornm Ecclesiæ præfecit. *Archipresbyter* Basilicam Lateranensem, *Commendatarius* Ecclesiam Urbinatensem, *Legatus* Massam Trabariam, Bononiam ac Farfensem Præsidatum rexit; tandem *Episcopi Cardinalis* dignatione Ecclesiæ Albanensi primò, mox Tusculanæ præfuit. Ædem & monasterium in urbe Sancti Salvatoris in Lauro fundavit, pinguissimisque reditibus dotato, bibliothecam etiam suam, quam instructissimam reliquit, legavit, sed ea in depopulatione urbis an. 1527. flammis absumta est. Fatali decumbentem morbo Sixtus IV. Pontifex, omnibus ferè Cardinalibus stipatus, invisit, Consistorium in ægroti cnbiculo habult, & præter alias gratias facultatem de bonis suis pro arbitrio disponendi suo ei elargitus est; itaque *Paulum* filium, ex incomperta genitum muliere, hæ-

(*i*) *Campana Vol. cit. Lib. X. & XV.*

hæredem testamento instituit, & paucis post diebus naturæ concessit; sepultus est in æde dicta S. Salvatoris, sine ulla inscriptione, sicut in supremis tabulis mandarat. (a)

PAULUS testamento paterno *Marchio Atripaldi* in Regno Neapolitano, nec non *Lamentanæ* aliorumque in Sabinis Castellorum *Toparcha* factus est; sed Marchionatus in bellis Neapolitanis, quibus Aragonii & Galli Marte ἀλλοπρόσαλλῳ inter se conflictati sunt, jacturam fecit. A prima pubertate militiam sub Virginio, gentili suo, auspicatus, & sub Florentinorum signis profectus, clarissimorum sui ævi ducum gloriam æquavit; quare à Cæsare Borgia fortes Italiæ viros sibi devincire satagente luculento auctoratus est stipendio; ubi verò sensit ad dominatum in Romania pessum pressis urbium regulis illum grassari, eorumque ruinæ se quoque & suam involutum iri familiam, in fœdus cum istis ad *Mansionem* in Perusino agro adversus Borgiam coiit, bellumque suscepit, cujus haud improspera fuerunt initia, illo pænè inermi atque alia omnia quàm ut suum à suis invaderetur Regnum expectante; blanditias itaque & pollicitationes in consilium adhibere coacto cum Paulus Ursinus patulas præbuisset aures, illisque deceptus commilitonibus pacis autor extitisset, tensos in casses plerique illapsi & Senogalliæ capti sunt, videlicet *Paulus Ursinus*, cum agnato *Gravinæ Duce* nec non *Vitellotius* & *Liverottus* Firmanus; ex quibus hos Borgia postridie in quodam cubiculo strangulari jussit; illosque in vinculis retentos & ad Plebis castellum ductos, postquam Baptistam Cardinalem aliosque Ursinæ gentis à patre Pontifice Romæ captos esse certior factus esset, eodem mortis genere è medio sustulit; cujus rei historiam *Nic. Machiavellus* peculiari memoriæ mandavit descriptione, quæ in volumine operum ejus extat. (b)

FABIUS Ursinus Pauli F. acer belli juvenis sub ejusdem anni, quo pater indigna nece vivis exemptus est, exitum mortem oppetiit: Aragoniis enim spe recuperandi aviti Marchionatus adversus Gallos militans ad Lyrim amnem, utrinque sclopetis & balistis rem gerentibus Gallis & Hispanis, à Vascone, adacta inter oculos per apertam galeam crassiore sagitta, magno cum dolore gentilium suorum est interfectus. (c)

ROBERTUS Ursinus nihilo fratribus imbellior, quamvis sacram induisset togam & *Protonotarius Apostolicus* factus esset, ad societatem conjurationis, adversus Papam Julium II. à Pompejo Columna & Petro Margano instinctu Gallorum initæ, facili perductus est negotio; sed opera Jo. Jordani Ursini, qui dicti Pontificis gnatam uxorem habebat, cum illo reconciliatus, Rhegiensis Ecclesiæ administrationem sibi ab eodem delegatam capessivit die 23. Jul. an. 1512. quo Lateranensi etiam assedit Concilio; posteà sub Leone X. domesticus Prælatus, nomine ejus apud Regem Poloniæ, & post obitum Maximiliani Imperat. in Germania apud Imperii Septemviros legationem obiit; ea perfunctus Marchionatus Atripaldi & Montis Tridami, reliquæque ditionis, qua fratrem ipsius Camillum ob tenacem cum Balionæis Perusinis amicitiam Leo multaverat, regimen, pariterque gravem cum isto inimicitiam suscepit, non nisi cum vita finitam sua; clericali quoque veste abjecta uxorem duxit, ex qua filios genuisse Ughello fertur, Sansovino ignotos. (d)

CAMILLUS Ursinus omnem propè ætatem in castris contrivit, ea fama, ut rei militaris peritia invicto cum robore summaque constantia conjuncta, nulli ducum seculi sui secundus haberetur. Affinitate, quam cum Balionæis contraxit, & singulari fide, qua post mortem soceri sui, jussu Leonis Papæ capite truncati, illorum ruinam fulsit, sustinuitque, & denique Leone defuncto, manu armata & victrice in Perusinæ urbis dominium eos restituit, sicut grande Curiæ Romanæ odium, ita ingentem sibi peperit gloriam. Quare à Summatibus viris liberali certatim allectus stipendio, Venetæ operam suam addixit Reipublicæ, eique in Italicis Dalmaticisque bellis fidem ac fortitudinem suam ita probavit, ut se plurimum ipsi debere testata sit. Ista an. 1543.

(a) *Ciaccon. Hist. Pontif. & Cardin. Tomo II. p.* 970.
(b) *Add. Guicciard. Histor. Lib. V.*
(c) *Jovius de vita M. Gonsalvi Libro II.*
(d) *Ughellus Ital. Sacr. Tom. IX. p.* 449. *Sansov. de vitis illustr. Urs. Libro II. p.* 24.

1543. solutus militia, à Paulo III. Papa è secessu Ferrariensi evocatus, & Gubernatoris generalis Ecclesiæ titulo Parmam missus est, ubi egregium constantiæ suæ dedit specimen, cùm interveniente Pontificis dicti morte urbem suæ demandatam fidei Octavio Farnesio tradere, licet à Purpuratorum collegio jussus, detrectaret, eamque se integra fide novo redditurum Pontifici rescriberet, nullis quantumvis ingentibus præmiis ab instituto se deduci passus; novi verò Pontificis Julii III. accepto mandato Parmam Farnesio confestim optima tradidit fide, eaque de provincia decessit, in munere tamen Gubernatoris generalis Ecclesiæ ab illo confirmatus. A Paulo IV. Papa posteà expetitus, ut ad vasta, quæ adversus Hispanos animo volvebat, destinata exequenda consilium operamque sibi commodaret, officium pariter cum stipendio & habitaculo, quod in ædibus Vaticanis ei apparatum fuerat, deprecatus est, quemadmodum etiam maximas dignitates Capitanei generalis Ecclesiæ, & supremi Status Ecclesiastici Administratoris ab eodem Pontifice in frequenti Consistorio ad extremum sibi collatas, ægrè & coacti instar suscepit, neque ita multò post senecta & febri maligna confectus naturæ concessit; splendidissimis elatus exequiis in æde S. Salvatoris de Lauro sepultus est. Vitam ejus peculiari percoluit commentario *Josephus Horologius*, quem edidit auxitque *Nicolaus Lupachinus* Bracciani an. 1669.

PAULUS, quem secundum cognominant, JOHANNES & LATINUS Ursini, Camilli filii, Equitum gravioris armaturæ ductores auspiciis Gallicis in bello Senensi, deindeque Ducem Guisium in Galliam secuti in Caletis & Belgica egregia militarunt fama. Primus *Marchionis* dignatione à Gregorio XIII. Papa mactus, cùm improlis decessisset, titulum illum ad fratrem *Johannem* transmisit, cui virili prole destituto *Latinus*, ex illegitimo natus toro, in eundem successit, stirpemque propagavit. Hic etiam ingenii, Latinis Græcisque literis, Historiæ prætereà & Mathematicarum disciplinarum scientia exculti, laude floruit, muniendarum arcium peritia cum paucis comparandus. Idem paternæ ditioni adjecit Castella *Catino* & *Poggio Catino* in Sabinis aliaque, quibus matrimonio filii ejus Virginii cum Beatrice Vitellia *Amatricensis* civitas *ad Truentum* accessit, in Principatum deinde evecta, atque anno 1639. terræmotu miserè convulsa.

VIRGINIUS, Latini F. jam dictus, titulo *Ducis de Selci* à Clemente VIII. auctus est; ad bellum Hungaricum profectus, ibi voluntarius non unum egregiæ fortitudinis specimen edidit, gloriamque servatæ agnato Duci de Bracciano vitæ retulit. Ex ejus gnatis, quos sex genuit, duo Ecclesiasticum vitæ genus amplexi sunt. FRANCISCUS postquam Venetis terra marique militasset, ad stipendia Caroli I. Ducis Mantuæ transiit, atque in extrema urbis clade ac direptione, dum circa depellendos hostes impigrè satagit, multitudine eorum obrutus vitam amisit. CAMILLUS sub signis Hispanicis in Belgio & Palatinatu Rhenano insigni laude meruit. VIRGINIUS posthumus, Venetis stipendia faciens intra juventam apud Gradiscam extinctus est. LATINUS, natu maximus fratrum & patris successor inter primos Equites Ordinis *Redemtoris* à Vincentio I. Mantuæ Duce cooptari meruit. Pater is fuit ALEXANDRI MARIÆ Principis Amatricis, diuturna famam nacti captivitate, quam Innocentio X. Pontifice subiit, cùm de crimine necatæ veneno uxoris appellatus ejusque reus habitus, ad perpetuos in mole Hadriana carceres esset condemnatus, ibi solitudinis tædio discutiendo familiaritatem cum muliercula obscuro loco nata contraxit, quam denique, præscio quidem Papa, sed frementibus agnatis, jam senex, in matrimonium duxit, gnatumque ex ea sustulit, qui intra tertium ætatis annum vita caruit. Adolescens etiam ex concubina, quam aluit, subdito suo nata filias genuit duas, *Ceciliam* nempè & *Constantiam*, quarum posterior puella decessit, prior verò adulta viro mihi incomperto elocata fuit. Genitor extrema ætate anno 1681. gratia Innocentii XI. Papæ è carcere, cui XXXVI. annos inclusus fuerat, dimissus, & cum uxore in oppidum *Rieti* relegatus est, ubi septuagenario major vitæ stirpisque suæ terminum explevit. Filius enim ejus, è legitimo cum Caffarellia toro susceptus, FRANCISCUS FELIX *Marchio de Perné* dictus, cùm offensa Pontifi-

tificis modò dicti ob malè tractatos lictores, quos *Sbirros* vocant, contracta, Roma an. 1679. excessisset, Viennamque Austriæ abiisset, ibi improlis supremum obierat diem, jure suo in successionem paternarum avitarumque terrarum Imperatori per testamentum transcripto.

AD TAB. V.

ROBERTUS Ursinus inclytus bellator, insigni fide ac pietate erga Ferdinandum I. Regem Neapol. in civilibus, cum quibus conflictatus est bellis, illustratus est; in Sarnensi pugna, quæ in diem 7. Jun. an. 1461. incidit, Regi initio læta, eventu tristis, enituit ejus fortitudo; dumque ipse & Ursus Ursinus gentilis, qui inter adversæ partis ductores eminebat, strenuè rem gerunt, parum abfuit, quò minus uterque suo ab adversario caperetur; ex eo discrimine Robertus vulnere in ore accepto evasit, ut afflictas Regis res non tantùm sustineret, sed etiam restauraret, id quod felici apud Trojam prælio an. 1462. evenit, in quo ea invicti roboris & ad pericula impigri spiritus documenta edidit, capite nudato pugnans, ut Equitis impavidi (*Cavaliero senza paura*) encomium reportaret, atque à Rege *Magni Comestabilis* dignitate, quæ suprema Regni est, virtutis ac fidei præmio mactaretur. (*a*) Eodem adhuc anno dum in Celanensi Comitatu expugnationem Castelli alicujus acrius urget Robertus, lethali in fronte vulnere affectus fuit, quemadmodum *Summontius* refert; (*b*) ex illo utrum reconvaluerit, an interierit, incompertum habemus. MARIUM ejus gnatum, quem illegitimum fuisse *Sansovinus tradit*, (*c*) Rex *Comitem Pacentri* creavit; is præterea ditione Oppidensi & Petragallensi per matrimonium cum *Catharina Turla f. Zurla* auctus, stirpem Comitum Pacentri & Oppidi, hodieque in Regno Neapolitano florentem, prosevit, in quam JOHANNES Ursinus, Octavii Comitis Pacentri filius natu minor, Ducatum Cancellaræ & Principatum Frassæ intulit, quorum prior uxori ejus *Hippolytæ Carafæ*, ex genitoris, alter ex cognati materni Pompeji Gambacurtæ hæreditate obtigit.

AD TAB. VI.

FRANCISCUM Ursinum, Gravinensis lineæ conditorem, Johannis Senatoris Romani filium primogenitum fuisse *Ferdinandus della Marra Dux Guardiæ* in Discursibus suis de familiis suæ cognatione junctis, & à Camillo Tutinio an. 1641. Neapoli editis, asserit. Erat Franciscus Ursinus *Romæ Præfectus perpetuus*, qui honor in Italia amplissimus, *Facio* testante, habebatur; (*d*) belli etiam gloria & virtute præstabat, ita ut Johannæ II. Reginæ Neap. idoneus visus sit, quem Sfortiæ, hosti sibi è duce facto, opponeret; quare luculento auctoratum stipendio *Capitanèi* sui *generalis* dignatione mactavit, prætereaque *Comitem Gravinæ* creavit, & splendido cum vidua Comitis Trojæ conjugio auxit. Jam anteà, Ladislao regnante, aliquid ille terrarum in Regno acquisiverat, Monopolim nempè & Campaniensem ditionem, quæ Terlizzium aliaque Castella complectebatur, pro pecunia, quam Regi mutuam dederat, accepta. Non fefellit autem spem, quam de eo Johanna conceperat: gravem enim Sfortiæ cladem haud procul Neapoli intulit. Ab eadem an. 1421. missus est ad Alfonsum Regem Aragoniæ rogatum, ut sibi adversus Andinum auxilio veniret, depactusque cum eo operæ præmium Comitatum Cupertinum tulit. Post Johannæ mortem in Alfonsi fide

Vv

(a) *Sansov. de homin. ill. Urs. Libro III. p. 67. Pontanus Hist. Lib. I. & IV.*
(b) *Hist. di Napoli Libro V. p.* 438.
(c) *Loco cit.*
(d) *Barth. Facius Hist. Libro VIII.*

fide permansit, ejusque nomine apud Eugenium IV. & Nicolaum V. Pontifices Rom. legatione ann. 1431. & 1447. functus est. Cæterùm an. 1443. cum ex uxore suprà memorata duæ tamum ei essent gnatæ, jam factæ mulieres, ex fœmina verò Romana, cui *Pascarellæ* nomen, quinque haberet filios, ante matrimonium genitos, petiit à Rege, ut eos natalibus donaret, & habiles ad succedendum in quasvis dignitates redderet, votique damnatus Graviuensem Comitatum ANTONAZZO vivens resignavit, & pari modo Romanam abdicavit Præfecturam, impetrata facultate eam in JOH. BAPTISTAM transferendi. Hic inter milites Hierosolymitanos, qui Rhodum tunc incolebant, nomen professus, ex Priore Sesfatensi, denique supremus Ordinis Magister creari meruit. MARINUS, qui etiam è Pascarella natus est, Ecclesiastico vitæ generi se dedit, factusque est Protonotarius Apostolicus, dein Episcopus Cannensis & tandem Archiepiscopus Tarentinus, quemadmodum *Dux Guardiæ* superius citatus refert; *Ugellus* à Panormitana Ecclesia ad Tarentinam translocatum fuisse memorat. JACOBUS, quartus Pascarellæ gnatus, à genitore cum CC. equitibus Aldobrandino Ursino Comiti Pitiliani, adversus Senenses bellum gerenti, auxilio missus, in quodam apud Soanum conflictu à Gilberto de Corregio in fronte vulneratus, ex ea plaga mortuus est; superstite patre, cujus fatum etiam ANTONAZZUS, jam dictus, antevertit, haud equidem magno temporis intervallo: eodem enim anno pater & filius decessere; Huic in Graviuensi Comitatu ALEXANDER, natu minimus Pascarellæ filius successit, qui post triennium etiam fati legem implevit, paternamque hæreditatem JACOBO fratri consanguineo reliquit: Hunc enim Jacobum alium ab illo, de quo paulò ante dictum est, fuisse, atque à Francisco è legitimo toro, sed serò & demum post annum 1443. quo è Pascarella suscepti jura legitimorum nacti sunt natalium, genitum esse laudatus scriptor, *Ferr. della Marra Dux Guardiæ*, prolixè ivit adsertum; id quod autem, si tempus, quo istum juxta illud præsuppositum natum fuisse oportet, cum illo, quo Franciscus ejus nepos denatus est, confertur, extra omnem dubitationis aleam non est positum.

JACOBUS, Francisci filius legitimus, *quartus* itaque ex Ursinorum gente fuit *Comes Gravinæ*, Ducis dein dignatione mactus, idemque Comes *de Campagna* secundus, & materno jure Dominus S. Agathæ & Canosæ; posteà cum Petrus Paulus *de Andreis*, quo fratre uterino utebatur, sine prole vivis excessisset, Delicitum quoque ad eum devolutum est cum jure in Comitatum Trojanum. Hunc Renatus Andegavensis, Regno potitus, Johanni Cossæ donaverat, qui Johannam *de Andreis*, Petri Pauli sororem, pariter sine liberis mortuam, in matrimonio habuit; Alfonsus Aragonius verò, postquam superior factus esset, Garsiæ Cavaniglia dictum concessit Comitatum, cujus gnato Diego *Margarita Ursina* Jacobi Ducis Graviuensis filia nupsit, nulla alia cum dote, quam actione illa in Trojanum Comitatum, cui ab Ursinis novæ affinitatis gratia renunciatum est; quemadmodum sæpe memoratus Dux Guardiæ literis prodidit.

FRANCISCUS Dux Gravinæ, tertius sicuti Paulo Ursino de Lamentana de quo ad Tabulam quartam dictum, animo & vitæ genere similis, ejusque socius in castris Cæsaris Borgiæ, & tandem consors etiam fœderis adversus istum initi fuit, ita eodem quo ille fato usus, atque à Borgia indigna una cum illo morte affectus est. A filiis ejus duobus duæ ortæ sunt lineæ: namque JOHANNES ANTONIUS natu minor, qui Venetis Equitum ductor egregia meruit fama, lineam Ducum *Sangeminianorum* condidit; FERDINANDUS verò, natu major, *Gravinensem* propagavit stirpem, & avitam ditionem Comitatu Murano auxit, in Principatu ulteriore sito, quem uxor ejus secunda domui suæ intulit. Hujus ex gnato Antonio neptis JULIA, cum avunculo suo Nicolao Berardino Sanseverino Principi de Bisignano, nec non Duci de S. Petro in Galatina & S. Marco, Comitique Tricarici & aliorum locorum, sine liberis defuncto, superstes mansisset, hæreditatem quam reliquit ad se, utpote è sorore ejus natu maxima ortam,

pertinere contendens, confestim universæ possessionem cepit, titulosque & prærogativas Principum Bisiniani juxta cum marito Tiberio Carafa usurpavit. Gravis exinde nata est controversia, Ludovico Sanseverino Comite Saponariæ actionem in dictum Principatum aliasque defuncti ditiones tanquam avitas, ex capite fideicommissi in Sanseverina familia olim instituti, movente; illa antequam finiretur *Julia* vivendi finem fecit, nulla relicta prole, sed hærede ditionis controversæ scripto Rege Hispaniarum Philippo III. instinctu mariti cui reliquas facultates suas legavit. Novas id peperit lites; namque MICHAEL ANTONIUS Gravinæ Dux, ex fratre Juliæ natus, nec non Ferdinandus Mendoza Marchio Vallis Sicilianæ, ex Dianora Sanseverina, Juliæ amita, ortus, eam de allodialibus & mobilibus facultatibus suis, ipsorum damno, disponere potuisse negarunt, dicamque Tiberio Carafæ impegerunt; sed finem contentioni omni regia tandem imposuit benignitas, quæ de suo decedens jure singulis satisfecit, quemadmodum *Blasius Aldimarius* in augusto Opere de Carafarum familia retulit. (a) Ista transactione Duci Gravinensi, postremùm nominato, civitas S. *Marci* in Calabria, cum *Ducali* titulo ei annexo, nec non Castrovillarense oppidum obtigere. Eidem sine prole mortuo in ditiones titulosque avitos æque ac recens partos soror successit unica, Duci Sermonettæ nupta, cumque ista etiam nullam post se reliquisset sobolem, ad PETRUM Ursinum Solafræ Principem, propatruo defunctæ natum, Gravinensis Ducatus devolutus est, qui ducta in uxorem DOROTHEA *Ursina*, patruelis sui filia, Comitatum Muranum cum avito rursum conjunxit Ducatu, hæredemque ex se natum habuit FERDINANDUM, patrem filiorum duorum qui in vivis supersunt.

PETRUS natu major Ferdinandi filius, post parentis excessum successit quidem in ejus titulos; mox verò Religionis studio istos fratri reliquit, & monachorum Dominicanorum familiam ingressus est, assumto nomine VINCENTII MARIÆ; sacræ deinde purpuræ honores à Clemente X. Papa accepit, quibus iste vel probitatem illius ivit ornatum, vel novæ litavit affinitati: uxorem enim non ita multò ante DOMINICUS Gravinæ Dux è familia Pontificis duxerat. Ea septimo matrimonii anno viduatus, gnata unica superstite, ad secunda transiit vota cum *Hippolyta de Tocco*, è qua prolem utriusque sexus in Tabula nominatam suscepit.

AD TAB. VII.

URSINORUM *de Monterotundo*, quorum diatyposin, quantulam ex autoribus sparsim consarcinare licuit, Tabula VII. exhibuimus, originem *Gamurrinius* ad *Rinaldum* tulit, Matthæi Magni filium tertium, sed continuam illorum seriem recensere supersedit; postquam enim obiter memoravit, Neapoleonem de Ursinis, qui à Nicolao IV. Papa sacra anno 1288. purpura ornatus, atque an. 1342. d. 23. Martii mortuus est, Rinaldi fuisse gnatum, protinus ad URSUM, Laurentii & Jacobi patrem delapsus est, præteritis intermediis. Sansovinum verò origo Ursinorum de Monterotundo prorsus latuit, à Julio demum & Baptista Cardinali fratribus, quorum etiam genitorem ignoravit, diatyposin suam exorsum. Ursum illum, cujus jam mentionem fecimus, & à quo schematis nostri initium duximus, eundem dicere temporis ratio patitur, quem Florentinis militasse, & in improspera eorum expeditione qua duce Carolo Malatesta Zagonaram, ab Angelo Pergolano obsessam, ivere liberatum, undis haustum fuisse *Scipio Admiratus* literis prodidit.

BAPTISTÆ Ursini, quem ex Clerico Cameræ Apostolicæ Sixtus IV. Rom. Pontifex *Cardinalem* creavit, patrem, nulli Historicorum, ne qui-

 dem

(a) *Libro II. pag. 296. & seqq.*
(b) *Hist. Florent. in fine Libri XVIII.*

dem Ciacconio, notatum, *Ughellus* subindicavit illo loco, quo de Urso ejus fratre, Episcopo Theanensi, verba fecit, ita enim ea se habent: URSUS *de Ursinis de Monterotundo, Laurentii F. Baptistæ Cardinalis Sixti IV. germanus frater, Fulvii Cardinalis patruus, Rainaldi Archiepiscopi Florentini, & Claricis, Leonis X. matris, patruelis, Romanæ nobilitatis vir primarius, Abbas Commendatarius S. Vincentii de Vulturno, Theanensis Episcopus electus est anno* 1474. 14. *Kal. Aprilis. Fato functus est in Pannonia Apostolicæ sedis ad Regem Legatus an.* 1495. (c) Ex his non tantum quo patre Baptista Cardinalis natus fuerit, liquet, sed etiam quis Rinaldum Archiepiscopum Florentinum genuerit colligere licet; dum enim is Baptistæ patruelis dicitur, è Jacobo Laurentii fratre natum fuisse oportet; haud tamen eadem *Claricis*, matris Leonis X. erat cognatio, licet ejusdem gradus: hæc enim non ex patruo Baptistæ & Ursi, sed ex eorum avunculo Latino Ursino orta erat. FULVIUM verò dum Cardinalem vocavit Ughellus, falsus est, eumque cum gentili homonymo è Ducum Gravinensium stirpe fato confudit; iste verò *Episcopus Spoletanus* fuit, à Pio IV. electus, eoque in munere decessit, postquàm sibi Coadjutorem cum futura successione à Gregorio XIII. accepisset Petrum Ursinum Fulvii f. Flavii Cardinalis Gravinensis modò innuti ex fratre nepotem, unde confusionem illam ortam esse suspicor. Cæterum BAPTISTA Cardinalis & RINALDUS Archiepiscopus Florentinus illa tempestate, qua Alexander VI. Pontifex ejusque filius Cæsar Borgia ferali erga Ursinos flagrabant odio, atque exitium eminentioribus inter eos struebant, capti atque Angelicæ arci inclusi sunt, ubi cùm Cardinalis viginti dies fuisset ac tandem illum ægrotare rumor sparsus esset, mortuus est, *veneno, ut firma fuit opinio, sublatus*; (d) alter verò libertati redditus ad Archiepiscopatum rediit suum, quem elapso quinquennio abdicavit, reservata sibi annua pensione 900. scutatorum, atque exinde *Archiepiscopus Cæsariensis* appellatus est. (e) JULIUS etiam frater Baptistæ Cardinalis natu major, in numero Ursinorum fuit, qui in potestatem Alexandri Papæ & Cæsaris Borgiæ delapsi sunt, factumque id est paulò post mortem Cardinalis: à Cæsare enim in *Cere* obsessus, & deditionem facere coactus est; pactam verò incolumitatem obtinuit, præter Pontificis consuetudinem, communemque expectationem, sicut *Guicciardinus* scripsit.

Julii posteri ferè omnes virtute militari illustrati sunt: MARIUS Florentinis militans cum urbs à Cæsareo exercitu obsidione premeretur, mortem oppetiit: ruina muri, majore machina dejecti, oppressus, (f) relicto post se JULIO qui in bellis Italicis invicti animi & impavidi spiritus multa edidit documenta. VALERIUS Marii frater, facto sub Rentii Ceritis disciplina tyrocinio, sub auspiciis Leonis X. & Clementis VII. Pontificum Rom. insigni fama stipendia fecit; posteà sub Lautreccio Gallici exercitus Imperatore, equitum ductor merens Ascolitanum Principatum & Nolanum Comitatum, quæ in Ursinorum ditione quondam fuerant, recepit, sed, cum tergum Gallis obvertisset fortuna, iterum amisit, quamvis apud Carolum V. Imperatorem, cum is viri fortitudinem & prudentiam cognovisset, magna in existimatione & bellici consilii particeps esset. Ad extremum Venetæ Reip. operam suam addixit, quæ tum in bello Corcyrensi adversus Solimannum Turcarum Imperat. ubi *Oliverottus* ejus filius in ætatis flore extinctus est, tum in Dalmatia enituit. Spiritum Venetiis reddidit in vigore ætatis, ibique in æde S. Mariæ de Horto terræ mandato hoc positum est epitaphium: *Valerio Ursino Julii F. Ascul. Principi, per omnes bellicæ laudis gradus terra marique summa animi fortitudine, prudentia ac fide, ab ineunte penè ætate sub Ducib. Pont. Imp. ac Reg. pervecto, sub Venetis demum jam multis ann. omni summi ac fidelis*

(c) *Ughell. Ital. Sacr. Tomo VI.*
(d) *Guicciard. Lib. V.*
(e) *Ughell. Ital. Sacr. Tomo VI.*
(f) *Ammirat. Hist. Flor. Lib. XXX.*

fidelis Ducis munere functo, cùm in medio ætat. ac rer. gerendarum cursu eum invida mors sustulisset una cum totius Reip. mœrore, Vx. ac Filii dolentes P. Vix. Ann. XLVI. Mens. V. Dies XXVIII.

JORDANUS, Valerii F. Cosmo M. Duci Hetruriæ cum aliis in expeditionibus, tum præcipuè in Senensi bello insignem navavit operam; eoque confecto Gallis in Corsica militavit, quibus fortitudinem ita probavit suam, ut insulæ præfectura ei concrederetur, quam etiam triennii spatio honorificè obiit, & insignibus *Ordinis Regii S. Michaelis* ornari promeruit. Denique an. 1563. à Veneto Senatu stipendio mille ac quingentorum aureorum nummorum annuorum conductus, & peditatus, nec non militaris Brixiæ civitatis custodiæ præfectura insignitus, proximo statim anno in urbe modo dicta fortuito extinctus est casu: namque currus non audientis habenas eversione quassatum, & altera abhinc die in cubiculo deambulantem continuò mors occupavit, quemadmodnm *Sansovinus* refert. (*g*) Inter ejus filios, qnos ex Bartholomæi Liviani clarissimi bellatoris gnata suscepit, LUDOVICUS & RAIMUNDUS tristem vitæ exitum suo sibi jumento accersiverunt; posterior enim Romæ à satellitibus publicis, quos *Sbirros* vocant, quorumque præfectum contumelia affecerat, per tumultum interemtus, prior autem *homo* sicut *Thuani* habent verba, *pervicaci audacia*, cùm fratris mortem cæde Vincentii Vitellii, Vicarii urbis Romæ, in ipsa urbe & via publica perpetrata, ultus esset, solumque ob id facinns vertere coactus, exulibus aliquandiu ducem se præbuisset, & ad extremum in Venetorum ditione, de qua majores sui tam benè meriti erant, receptum nactus, Virginiam Acorambonam, Pauli Jordani Ursini viduam, Flaminiumqne illius fratrem, immissis noctu sicariis Patavii interfecisset, in Decemvirum potestatem delapsus, & ex eorum sententia Venetiis strangulatns est, quemadmodum uberius à laudato paulò ante *Thuano* literis proditum est. (*h*) Uxor Ludovico fuit *Julia Sabella*, ingentis animi fœmina, moribusque & ingenio præstans: ea secundis nuptiis Johanni Vivono, Pisanii Marchioni tunc Henrici II. Regis apud Pontificem Oratori, in manum convenit.

TROILUS Ursinus, Pauli Emilii, qui Marii ac Valerii frater fuit, F. in Gallia sub Henrico II. Rege inter nobiles domesticos puer educatus, postquam ex ephebis excessit, Etruriæ Ducibus operam suam addixit, eorumque nomine legationes in Gallia ann. 1569. & 1570, atque an. 1573. in Polonia obiit. Denique cum suspicionem movisset clandestinorum cum Isabella Medicea, Pauli Jordani Ducis Bracciani gentilis sui uxore, amorum, sibi metuens in Galliam iterum se proripuit; neque tamen periculum, quod formidabat, effugit; sed Lutetiæ dum se nocte quadam domum reciperet, à sacrifico Ravennate, Francisci Etruriæ Ducis, Isabellæ fratris, emissario, interfectus est, quemadmodum in *Thuano Restituto* legitur.

Inter *Jacobi* Ursini Domini Montisrotundi posteros FRANCIOTTUS inprimis inclaruit: is à puero arma tractavit, fuitque cum Julio agnato in Ceritensi oppido, cùm id Cæsar Borgia acerrima pressum obsidione ad deditionem adegit. Postquam uxore, cujus genus incompertum habemus, viduatus fuisset, sagum cum toga commutavit, *Protonotarius Apostolicus* primùm, dein *Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro* creatus est à Leone X. Papa in magna illa XXXI. Cardinalium creatione. Episcopus etiam rexit Bovianensem & Ariminensem Ecclesias, præfuitque *Archipresbyter* Basilicæ Vaticanæ. Defuncto Leone cum in comitiis patrum studia ad Hadrianum Cardinalem prona essent, nnus omnium, ut suffragio accessuve juvaret, adduci non potuit; *nefas esse* dicens, *eum Christianis sacris præficere, quem non vidisset unquam, nec ab opinione virtutis planè cognovisset.* (*i*) At isto nihilosecius ad Pontificatum provecto, mox verò è vivis sublato, in

(g) *Hist. degli huom. illustri Orsini Lib. III. Andr. Maurοc. Hist. Ven. Lib. VIII.*
(h) *Histor. Libris LXXVII. & LXXXII.*
(i) *Jovius de Vita Hadriani VI.*

in novis comitiis, gliſcente Julii Medicis & Pompeji Columnæ æmulatione, ipſemet uti nobili & moderato, tractabilique ingenio homo à Claramontio Cardinali, Gallicæ factionis anteſignano, nominatus eſt, qui in Pontificem eligeretur; ſed obſtitit Pompejus Columna, maluitque ad Julium æmulum ſe convertere, quam pati, ut familiæ ſuæ ex profeſſo hoſtis pontificatu potiretur. (*k*) E genuina Franciotti Urſini poſteritate poſtremus HENRICUS fuit, ejus nepos; is gnatam quidem habuit è legitimo genitam toro, quam Alexander Urſinus Comes Pitiliani in uxorem duxit, ſpemque ſuccedendi in ſoceri ditionem concepit; ſed ea fruſtratus eſt, poſtquam FRANCIOTTUS Urſinus, Henrici nothus, à Papa Gregorio XIII. in gratiam matrimonii, quod cum *Camilla Sabella* contraxit, legitimis donatus fuit natalibus; ab hujus poſteà gnatis FRANCISCO & HENRICO Montemrotundum Barberinis, Urbani VIII. Pontificis conſanguineis, venditum fuiſſe, Gamurrinius retulit.

(k) *Id. de Vita Pompeji Columnæ. Ciaccon. Hiſt. Pont. & Card. T. III. p. 401.*

INDEX

INDEX ALPHABETICUS
FAMILIARUM & TITULORUM
hoc in opere occurrentium.

Numerus major classem, minor paginam, literæ vero Pr. D. M. C. dignitates Principum, Ducum, Marchionum & Comitum denotant. Familiæ à Titulis majoribus distinctæ sunt literis.

de Mon-

INDEX ALPHABETICUS FAMILIARUM & TITULORUM.

VIRI

VIRI ILLUSTRIS

DANIELIS DE MEDIOLANO-VICECOMITIS,

Liberi Baronis S. Rom. Imperii & Senatoris Ultrajectensis de Gentis suæ ortu & scuto,

EPISTOLÆ DUÆ

Ad Autorem Operis superioris scriptæ,

TABULISQUE GENEALOGICIS

Nec non

Descriptione insignium Familiarum, quæ cognatione cum sua conjunctæ sunt, stipatæ.



EPISTOLA PRIMA.

MONSIEUR,

LES Livres, que vous avez publiés de tems en tems, touchant les Genealogies & Blasons des familles, m'ont donné tant de plaisir, que j'ai pris, il y a long-tems, le dessein de faire connoissance avec vous: mais, ayant ignoré jusques à cette heure le chemin, par où je pourrois établir un commerce de lettres, vos Recherches Historiques & Genealogiques des Grands d'Espagne m'ont donné occasion, de m'adresser sur ce sujet à Monsieur Zacharie Châtelain, vôtre Imprimeur, qui a eu la bonté de me procurer cette adresse. J'espere donc, Monsieur, que vous ne trouverez pas mauvais, si je vous entretiens un peu sur le Blason & la Genealogie des Viscontis de Milan. Dans l'Histoire Genealogique d'Italie & d'Espagne pag. 155. vous donnés aux Viscontis, sur la foi du Comte Gualdi, un Ecu écartelé de la Guivre & du Lion: mais sans déplaire à cet Auteur, je ne crois pas, qu'il prouve jamais, que ceux de cette famille ont ainsi porté leurs Armes. Il est bien vrai, qu'ils ont acôtté leurs Ecus, (comme d'un Ordre Militaire,) de deux bâtons ardens, ayant chacun deux urnes ou seaux d'eau, comme on peut voir sur un Ducat de Galeazze-Marie Sforza-Visconti cinquiéme Duc de Milan, que je garde entre autres monnoyes de ce Duché, & dont on trouve la figure aux Livres des monnoyeurs, comme aussi celle d'un double Ducat du même Duc, qui a pour revers ce Lion assis, ou plûtôt couché & orné, comme le Comte Gualdi le donne au deuxiéme & troisiéme de l'Ecu mentionné. Ce qui est conforme à ce qu'en rapporte Jovius dans la vie de Galeazze II. Visconti, qui après avoir raconté l'origine de cette Devise, y ajoûte: *Ex ipsa enim clypei pictura, ardentes bini torres, pendentibus totidem aquariis situlis, contrariæ potestatis facultatem exprimebant.* Touchant les sept Couronnes, qu'on dit être les Armoiries anciennes des Viscontis, & que Petra Sancta allegue sans aucune preuve, dans son Livre, de tesseris Gentilitiis, pag. 569. Col. 1. je les tiens fabuleuses. Pour l'échiqueté; l'Auteur anonyme, qui fuit après le Livre de Bissius, de nobilitate Vicecomitum, est d'opinion, que les Viscontis se sont servis anciennement, en souscrivant leurs lettres ou autres instrumens, d'un échiqueté ou d'un Dragon, à la maniere des Notaires, qui accompagnent leurs noms, pour plus grande précaution de quelques traits. Voyez-le à la fin de la page penultiéme, où vous trouverez les paroles suivantes: *Deque antiquitus in manium signis usurpato à gentis proceribus non minus squamoso Dracone, quam schemate tessellato.* Pour moi, je suis de la même opinion, que feu Monsieur Menestrier, qui prouve dans son Livre, de l'origine des Armoiries, que les Blasons n'ont pas été si communément en usage avant l'an mille, d'où je tire cette consequence: que si les Viscontis ont porté la Guivre dès la naissance même des Armoiries, ils ne peuvent pas s'être servis d'un Blason plus ancien, comme feroit l'échiqueté, ou les sept Couronnes; car comme vous savez, on attribue l'origine du Serpent de cette famille, ou à l'expédition, qu' Othon Visconti fit dans la Terre-Sainte, du tems de Godefroy de Bouillon, ou à la Bisse d'airain, qui se trouve sur une Colomne dans l'Eglise de S. Ambroise à Milan, quoique je tienne le premier absolument faux, & que le deuxiéme n'ait au plus, que quelque apparence de verité: mais ce qui me plairoit davantage est le sentiment dudit Menestrier, qu'il a au Livre de l'origine des Armoiries chap. 4. pag. 105. en disant: *Pour detruire ces fables, il ne faut que remarquer, que ce Serpent est l'Armoirie parlante de la Comté d'Anglerie, comme on voit au tombeau de Jean-Galeas Duc de Milan dans la Chartreuse de Pavie, où toutes les Armoiries de ses Etats sont representées, l'Aigle pour la Comté de Pavie, la Croix pour la Ville*

de Milan, & *sur la Guivre il y a écrit: Comes Angleriæ, ou comme on lit ailleurs Anguariæ. Tellement que cette Guivre fait allusion à ce nom. Le Serpent étant dit Anguis en Latin. Volaterr. l. 4. Geogr. Angleriæ Castellum prope Mediolanum est, unde originem Vicecomites se habere dicunt in Mediolanensibus rebus. Aussi dans toutes les Histoires anciennes, ils sont qualifiés Comtes d'Anglerie, avant qu'ils soient nommés Princes de Milan. Andreas, Angleriæ Comes, Mediolani Princeps, unicus Othi Principis filius, hoc anno defuncto patre, 18. ætatis suæ anno eidem in Principatu succedens regnavit annis 45. Philippus Bergomas in supplem, an.* 1110. *Omnibus præfuit Gualfaginus, Angleriæ Comes, vir tum genere, tum factis clarus. Du Bravius l.* 12. Pour ce qui est de l'Aigle des Rois des Romains, dont les Viscontis de Milan coupent ou écartellent leurs Ecus, depuis Mathieu le Grand, qui en fut honoré par l'Empereur Adolphe de Nassau; je dis, que non seulement ce Mathieu & ceux, qui entre ses Fils & Cousins ont été Vicaires Imperiaux s'en sont servis; mais toute la Posterité indifferement, témoin Georgius Merula, Antiquit. Vicecomitum Mediolanensium Lib. 6. pag. 147. litt. D. & 144. litt. A. en parlant ainsi: *Procurator igitur: sive, (ut vulgatissimum verbum usurpemus,) Imperialis Vicarius delegatur: quæ dignitas ut splendidior foret, simul etiam ut opinione & amicitia Arnulphi popularibus metuentior, ceteris autem venerabilior esset, cum Cæsare fœdera professus est, & quasi illo anctore cuncta gerere videretur, Aquilam Imperii signum tunc primum sustulit, quam deinceps filii & nepotes gestaverę.* Et Bernardin Corio, Historien de Milan, dans la troisiéme partie à l'an. 1323. parlant du combat, que Galeazze premier, fils aîné de Mathieu, livra aux soldats de l'Eglise Romaine dit: *Et i Stendardi della Republica & dell' Aquila con la vipera furono assignati ai fedeli & valorosi soldati.* Le même dans la quatriéme partie à l'an. 1395. en racontant la ceremonie du couronnement de Jean Galeazze Visconti, premier Duc de Milan, parle ainsi: *Et alla sinistra Othone Mandello Cavaliere aureato con lo Stendardo dell' Aquila e della vipera à quartieri.* Et au Privilege, que Maximilien premier, Empereur donna à Louïs Sforza-Visconti l'an. 1494. en le créant Duc de Milan, qu'on trouve chez le même Corio dans la septiéme partie, il est dit: *Præsertim de insignibus nostris Regalibus, quæ Majores tui actu nostro, ac Prædecessorum nostrorum serenissimorum Imperatorum ac Regum nomine, retroactis temporibus in bellorum actibus & ubique strenue retulerunt*: & plus bas: *quod pro dicto Ducatu Mediolani arma seu insignia Regalia, videlicet Aquilam nigram in campo aureo, in forma qua ipsa Serenissimi Reges deferre consueverunt, aut per quarteria tuis tuorumque descendentium Armis* &c. Vous voyez bien, Monsieur, que Galeazze I. & Jean Galeazze, dessus nommés, ont tous deux porté l'Aigle, sans avoir jamais été Vicaires Imperiaux, ne se pouvant pas dire aussi, que le dernier l'ait fait en qualité de Duc, parce que le Diplome, qu'il a obtenu de l'Empereur Vincislas, & qui se trouve chez Leibnits, dans la premiere partie du Code diplomatique, pag. 257. n. CIX. n'en parle pas un seul mot. A quoi j'ajoûterai que la qualité de Vicaire Imperial a été personnelle & non pas hereditaire, parce qu'entre les Décendans de Mathieu le Grand, Azzo son petit-fils fut créé par l'Empereur Louïs cinquiéme, aussi bien, que Mathieu II. Barnabas & Galeazze II. tous trois freres & petits-fils du même Mathieu, par l'Empereur Charles quatriéme. Comme on le peut prouver par la lettre patente, que l'Empereur Louïs V. accorda à Azzo le 23. Septembre 1329. Voyez Corio dans la troisiéme partie, & par le Diplome de l'Empereur Charles quatriéme, dont le fragment est chez Crescentius dans son Amphitheatre. Romain, pag. 340. Col. 1. Voyez aussi du Puy touchant les droits du Roy Très-Chrétien sur les Etats de ses voisins, pag. 126. Mais, pour n'être pas trop long, je passerai aux Armoiries des Viscontis Seigneurs de Somma, qui écartellent de la Guivre & du Lion, mettant le dernier au premier & quatriéme, & le faisant encore plus vieux que la Guivre, parce qu'ils veulent faire passer le Lion pour les anciennes Armes du Comté d'Anglerie, comme on peut voir au Diplome, que César Visconti, Marquis de Cillague, a obtenu de l'Empereur Ferdinand III. lequel j'ai en forme autentique, differente de celui, que Bissius nous donne, en ceci, que ce Marquis est créé

entre

entre autres, Comte Palatin pour sa personne seulement, & non pas pour tous les aînés de sa posterité: Mais sans faire tort à ces grands Seigneurs, que je revere, je serois d'avis, que ce Lion est l'Ecu de Somma, leur Seigneurie, qu'ils ont possedée il y a quelques Siecles. Crescentius pag. 352. en parle ainsi: *Così ancor eglino, riputandosi padroni liberi di Somma & altre lor Castella, n'inquartarono il Leone coronato.* Cette opinion semble confirmer l'Auteur anonyme dessus allegué au même endroit, où il promet de donner au Public une Dissertation des faux Comtes d'Anglerie, & des Lions inventés dans leurs Ecus. En quitant les Blasons, je vous dirai, Monsieur, touchant la Genealogie des Viscontis, que Crescentius pag. 324. nomme Jean Visconti, fils de Louïs & petit-fils de Barnabas, aussi bien, que vous faites pag. 158. de vôtre Histoire Genealogique d'Italie & d'Espagne, y ajoûtant de plus, qu'il étoit mort sans enfans. *Johannes Vicecomes † sine liberis.* Ce qui m'a frappé d'abord aux yeux, & m'a fait douter, si ce ne seroit pas une faute d'impression, & qu'on devroit lire, † non sine liberis, parce que vous dites pag. 180. *Johannis ex illo nati, eodem Autore referente, ratio habita est &c.* sans y parler de sa mort. A quoi je vous puis dire, que ce Jean Visconti, à qui Philippe-Marie, troisiéme & dernier Duc de Milan, de la Maison Visconti, a donné des terres, qui lui rendoient le fruit de trois cens florins par an, s'est retiré, ou caché plûtôt à la poursuite de son parent, au Comté d'Asti, où il a épousé Dame Lucrece Grassis, fille de Nicolas, que son fils Messire Mathias-Visconti, dit de Milan, Chevalier, mon quatriéme Ayeul, ayant épousé Dame Helene Pallio de Burio, Château situé audit Comté d'Asti, s'en est allé aux Païs-Bas l'an 1494. la Posterité duquel a demeuré quelque tems à Lille en Flandres, & s'est séparée en deux branches, mon troisiéme Ayeul, Messire Guillaume de Milan-Visconti, ayant épousé deux femmes, la premiere étoit Dame Anne de Wolfwinkel, ma troisiéme Ayeule, & encore une autre, dont j'ignore le nom. La branche aînée, de laquelle j'ai l'honneur d'être le Chef, a demeuré ici à Utrecht, depuis l'an 1613. que mon Grand-Pere, Messire Daniel de Milan-Visconti, Mari de Dame Jeanne del Corne y est veuu, & la Cadette est à cette heure à Malines. Si vous desirez d'avoir nôtre Décendance, ayez la bonté de m'en avertir, je ne manquerai pas de vous l'envoyer. J'ai trouvé un passage dans le deuxiéme Volume de l'Histoire de Cambresis, de Jean le Carpentier pag. 820. où vous trouverez les paroles suivantes: *De ce Mariage vint Marguerite de la Motte, Dame de Disque, qui fut conjointe avec Gabriel Pally S^r. du Grand Chastelet, Steenbergues fils de Marc-Antoine (fils de Gabriel, issu de François S^r. du Chasteau de Bucy* (lisez Bury ou Burio) *au Comté d'Ast & de Lucrece Visconti, fille de Jean & de Catherine de Bergaingne) & de Jeanne de Vauchelles.* Ce qui est une marque évidente, qu'il y a eu des Viscontis au Comté d'Asti, qui n'ont pas été connus ni à Crescentius, ni à vous-même, Monsieur. Pour ce qui est de nôtre Blason, mes Ancêtres ont toûjours porté coupé au premier l'Aigle du Roi des Romains; au deuxiéme la Guivre de Milan. On peut voir nos Armoiries de cette maniere en beaucoup d'endroits aux Païs-Bas. Dans la Chapelle de Messire Guillaume de Succa, à la Paroisse de S. Thomas à Liege, qui étoit de Castelnuovo d'Asti, & avoit épousé Dame Helene de Milan-Visconti, Sœur de mon Bisayeul, Messire Jean de Milan-Visconti, Mari d'Agnes Maes. Au tombeau de Messire Jean-Odon Brias ou Briassa, Seign. de Peteghem, proche d'Oudenarde, & Receveur hereditaire du Vieux Bourg, aussi Originaire de Castelnuovo d'Asti, & Mari de Dame Marie de Milan-Visconti, Sœur de mon Ayeul, lequel tombeau se trouve dans l'Eglise de Nôtre-Dame à S. Pierre au Mont Blandin, proche de Gand. Et ici à Utrecht, à la Paroisse de S. Jacques, au tombeau de Messire Ottavio Del Ponte, natif de Casal en Montferrat, fils de Dame Lucrece de Medicis, & Mari de Dame Anne de Milan-Visconti, fille du second lit de mon troisiéme Ayeul. Et en d'autres Eglises & lieux. Mais, depuis que l'Augustissime Empereur Leopold, de glorieuse memoire, a reconnu nôtre noblesse & extraction, nous portons écartelé au premier & quatriéme d'or à l'Aigle de Sable, au deuxiéme & troisiéme d'argent à la Guivre d'azur, couronnée d'or & tortillée de trois tours en pal, à l'enfant issant de

gueules. L'Ecu timbré d'une Conronne. Pour cimier un Bonnet Ducal, sommé de la Gnivre de nos Armes entre un vol d'argent. Auquel nous pouvons encore joindre deux autres cimiers & Bonnets Dncaux, dans le nombre & ordre qu'il nous plaît, dont l'un est surmonté de l'Aigle de l'Empire, marquée sur la poitrine de la lettre dorée L. & l'autre d'une queuë de paon, chargée d'un petit Ecusson rond d'argent, marqué d'une Croix de gueules, qui est la Ville Capitale, posée snr le timbre de la Maison d'Autriche, Maîtresse de la Ville aussi bien que du Duché de Milan. Le tout accordé à mon Pere, Messire Jean de Milan-Visconti, Mari de Dame Alexandrine Kriex, par la lettre patente dn même Empereur, quand il fut créé Libre Baron du S. Empire, avec moi Daniel de Milan-Visconti, Senateur de la Ville d'Utrecht, Mari de Dame Matildes Jacoba Servais de Limbourg, & trois freres Chanoines de S. Marie tous morts, & encore avec mes quatre enfans, nommés Jean-Servais, Cornelie-Servatrice, Alexandrine-Magdalene, & Gisbert-Franco. Ma lettre étant devenue trop longue, je finirai en vous priant de m'honorer de vôtre réponse, laquelle j'attendrai avec impatience, vous conjurant de croire, que je n'ai d'antre inclination au monde, que de vous pouvoir montrer un jour ma reconnoissance, & avec quel profond respect je suis,

MONSIEUR,

Vôtre très-humble & très-obéïssant Serviteur.

Utrecht ce 21. Decembre 1707.

MILAN-VISCONTI.

EPISTOLA SECUNDA.

MONSIEUR,

SI les affaires continnelles, que j'ai sur les bras, ne m'eussent pas empêché jusques à cette heure, il y a long-tems que je me ferois acquité de mon devoir à vous témoigner, qne ce fut avec bien de la joye, que je reçûs vôtre réponse du 10. Janvier, dont il vous a plû de m'honorer, laquelle étant pleine de sincerité, m'oblige & me satisfait en même tems de telle maniere, qne les moyens me manquent de me pouvoir revancher de toutes vos bontés, dont vous venez de me combler. Jugez, Monsieur, je vous prie, du contentement qui me doit rester, par la grace même tonte démesurée, que vous m'accordés en me déclarant si genereusement vôtre intention & dessein tonchant nôtre Décendance, & en me donnant aussi la permission de vous envoyer nôtre Genealogie, laquelle j'ai l'honneur de joindre ici. Messire Mathien Visconti Seigneur de Milan en est la tige, ayant été le premier, qui a joint l'Aigle du Roi des Romains, obtenue de l'Empereur Adolphe de Nassau, à la Guivre, ancien Blason des Viscontis, que les Viscontis de Milan mes Ancêtres ont portées toutes deux jusques à nous, comme les Viscontis de Somma écartellent d'un Lion, & les Visconti-Borromei d'nne Bride. En dressant cette table j'ai snivi vôtre maniere, autant qu'il m'a été possible, pour vous donner moins de peine. S'il y a pourtant quelque chose, que vous n'approuviés pas, vous n'avez qu'à la corriger & effacer tout ce que vons y trouverez de snperflu. J'en ai déja retranché les lieux des enterremens, ponr abreger d'antant plus mon écriture, laquelle differe an commencement en deux on trois dates de vôtre position, dont j'allegue Corio pour mon garent, vous laissant la liberté d'y retoucher, comme il vous plaira. Je vous fais tenir aussi les Armoiries de nôtre Famille,

le, & de celles de nos Alliés, blasonnées en François, parce que cette Langue est plus propre à cela, que pas une autre. Si pourtant vous les aimiés plûtôt en Latin, trouvez bon, Monsieur, que je vous fournisse ici le Paragraphe de nôtre Diplome, qui en parle ainsi: *Quo vero singularem benigni nostri erga te animi propensionem uberius experiaris, antiqua Armorum tuorum gentilitia insignia non solum clementer laudavimus, approbavimus, sed & auximus & locupletavimus, tibique ac toti posteritati tuæ legitimæ, in hunc qui sequitur modum, perpetuo posthac gestanda ac deferenda elargimur. Scutum videlicet transversim sectum, superiori clypei parte aureum Aquila nigra insignitum, partium Gibellinarum symbolum; quod illustres Majores tui anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, tempore Imperatoris Adolphi Nassovii, prædecessoris nostri sustulerunt, & in hæc usque tempora gestarunt. Ac infra argenteum impressum, angue cærulea auro coronata, & septies se hac illac torquente, quæ puerum rubrum seu excoriatum vix media superioris corporis parte residuum, & brachia hinc inde extendentem latis faucibus deglutire videatur, perantiquum Vicecomitum Mediolanensium, & genuinum Angleriæ Comitum Stemma præ se ferens. Scutum hoc tegatur aurea corona, cui incumbat galea aperta, tornearia vulgo dicta, pariter coronata, cancellis ac limbis deaurata, & phaleris sive laciniis argenteis & cæruleis circumvolitantibus decora. E cujus cono draco cæruleus auro coronatus intra duas alas argenteas puerum (ut in scuto) rubrum seu excoriatum deglutiens pectore tenus exsurgat. Et hæc quidem familiæ vestræ Arma descripto modo, vel etiam ex benignissima concessione nostra anguem solum gestare, aut in scuto quadripartito, scilicet in prima & quarta ejus parte Aquilam, & in secunda & tertia areola Anguem deinceps deferre pro beneplacito vestro vobis licitum & concessum sit. Ac pro majore in vos beneficentia nostra Cæsarea, modo dicta galea, loco coronæ, tecta sit rubro & rotundo depresso pileo, corona circumdato, atque argenteo metallo cum impressis pontici muris maculis, nigris, cujus apex sit draco intra duas alas superius descriptus. Addanturque præterea duæ adhuc galeæ, eo quo vobis placuerit numero & ordine collocandæ, ac cassidi vestræ apponendæ, pileis quoque, ut supra coopertæ, una earum laciniis aureis & nigris ornata sit, eique insistat biceps Aquila nigra diademate redimita, in cujus pectore initialis littera Augusti nostri nominis L. deaurata conspiciatur. Altera laciniis albis & rubris decorata sit, & pavonis cauda fastigiata, cui imponatur alba parma rotunda cruce rubra signata. Ad scuti latera adstent duo Telamones, nimirum aurei Leopardi, antiqui Armorum vestrorum custodes. Quorum quisque hastam deauratam cum quadrato vexillo sive bannerio ex nostra liberalitate sustentent. Vexillum quod à scuti latere dextro est, argenteum sit sive album, rubra cruce insignitum. Vexillum vero à latere sinistro itidem argenteum sive album exhibeat anguem cæruleum superius descriptum*, &c. J'ai fait autrefois quelques remarques là-dessus, trop longues pour être inserées ici, & encore incompletes, ayant formé le dessein de les continuer, & principalement sur les paroles suivantes, qui se trouvent dans un autre article, où l'Empereur dit à mon Pere: *Te genus tuum ducere ex pervetusta & nobilissima militari Vicecomitum Mediolanensium stirpe, quæ à plurimis retro seculis præfulsit Viris, in Ecclesiastica dignitate Pontificatu, Archiepiscopatu, Episcopatu, in Seculari Ducum, Principum, Marchionum, Comitum prærogativa, conspicuis, de Ecclesia, de Republica, de Patria & olim Romanorum Imperatoribus ac Regibus, Sacroque Romano Imperio bene meritis, tum Regum, Ducum, Principum, Marchionum & Comitum affinitate conjunctis, quæque originem suam refert ad Ducem Ermenulfum, illustris prosapiæ Principem, & ad Desiderium filium ejus Longobardorum Regem, ac cognomen assumsit à Vicecomitis dignitate, prout id luculenter constat ex documentis à Johanne Maria Vicecomite, Mediolanensis Metropolitanæ Præposito, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto productis, in ipsius cooptatione in venerabile Collegium Equitum ac Judicum civitatis Mediolani, in quorum numerum non nisi verè Nobiles & Milites admittuntur. Considerantes etiam, quod ex modo dicta veteri Equestri familia Vicecomitum Mediolanensium masculina & recta serie ortum suum habuerit.* Suivant ici la filiation de nôtre Ligne. Au reste quoique mes Ancêtres n'ayent pas été créés tous successivement Chevaliers, je leur ai pourtant donné dans ma précédente, le titre de Messire, se-

lon

lon l'usage François, comme le pere Claude François Menestrier le fait voir au Livre de la Chevalerie Ancienne & Moderne dans la Préface en ces termes: *Si ce privilege annexé à la Noblesse est une marque de distinction, il n'est rien de plus glorieux aux Maisons nobles, que de produire des titres, où leurs Ancêtres ayent eu la qualité de* CHEVALIERS, *& le titre de* MESSIRE, MONSEIGNEUR, & HAUT & PUISSANT SEIGNEUR. *C'est ce qui fait, qu'à présent la plûpart des Gentilshommes d'une ancienne Noblesse, & dont les Ancêtres ont eu la qualité de* CHEVALIERS, *en prennent le titre, quoi qu'ils n'ayent pas été faits Chevaliers, parce qu'il n'est plus en usage de recevoir cette ancienne Chevalerie. On pourroit dire, que c'est un abus, comme celui de mettre aujourd'hui des Couronnes de Comtes & de Marquis sur la plûpart des Armoiries des Conseillers, gens de Finances, & moindres Officiers: mais comme cette qualité prise simplement & sans adjoint, ne signifie autre chose qu'un Gentilhomme sorti d'une ancienne Race Militaire, & répond au titre Latin* MILES, *il semble que ce titre se doit tolerer à cette espece de Noblesse, celui d'*EQUES *étant reservé aux autres Chevaliers.*

Ainsi nous qualifions du titre de Chevaliers de l'Ordre de S. Michel, & de l'Ordre du S. Esprit, de Chevaliers de S. Lazare, ceux, qui y ont été reçûs, de Chevaliers de S. Jean de Jerusalem ceux que nous nommons communément Chevaliers de Malte. On fait la même chose pour tous les autres Ordres particuliers. Cette distinction étant admise, & la ceremonie de l'Ancienne Chevalerie n'étant plus d'usage en France, on peut donner la qualité de Chevaliers aux anciens Gentilshommes, avec plus de raison, qu'on ne donne le titre d'Abbez à ceux qui se destinent à l'Etat Ecclesiastique, & qui n'ont ni Abbaye, ni Ordre, ni Benefice. En ce sens il est vrai de dire qu'un homme est né Chevalier, quand il sort d'une Race Militaire qui a eu des Chevaliers. Et chapitre 2. pag. 87. *Il s'est fait de grandes équivoques sur ce mot de Chevaliers, pour n'avoir pas distingué toutes les especes de Chevalerie dont j'ay parlé au chapitre précédent. C'est par exemple à présent une erreur de dire, que l'on ne naisse Chevalier, puisque quiconque est d'une ancienne Noblesse, tant du Côté paternel que maternel, possedant des fiefs considérables, prend aujourd'hui en France la qualité de Chevalier, pour marquer sa décendance de Race de Chevalerie, n'y ayant plus d'usage d'armer Chevaliers, que ceux qui reçoivent les Ordres de S. Michel & du S. Esprit.*

La même chose confirme Johannes Nicolaus Hertius, ICtus, Commentariorum atque Opusculorum tomo secundo, de feudo Nobili commentatione, Sectione tertia, §. VI. pag. 480. lin. 26. en écrivant: *Idem Carolus V. Imperator raro exemplo Stephano Pratis & ejus posteris titulum ac dignitatem Militiæ & Equestris Ordinis contulit ann.* 1538. (3) *Hodie autem Nobiles omnes indistincte, etsi Equites non creati, Equites appellantur. Cum olim dignitatem Equestrem ad hæredes transmissam non fuisse constet.* (4)

(3) *Auctor Jurisprudentiæ Heroic. Comment. ad edictum Alberti & Isabellæ* 14. *December.* 1616. *art. I.* §. 60.
(4) *Anthonius Matthæus lib. I. de Nobilitate c.* 4. *lin.* 13. *Hodie Nobiles indistincte, etsi Equites non creati, Equites tamen vulgo.*

Cependant, que j'attens avec impatience l'honneur de vos nouvelles, dont je vous prie de me favoriser souvent, je vous conjure de croire, que je ferai toûjours gloire de recevoir en même tems vos commandemens, afin qu'en les executant j'aye du moins l'occasion de pouvoir meriter vos bonnes graces, & de vous témoigner aussi avec quelle veneration sincere je demeure éternellement.

MONSIEUR,

Vôtre très-humble & très-obéïssant Serviteur.

Utrecht ce 24. d'Août 1708.

MILAN-VISCONTI.

Par

Pars Stirpis *VICECOMITUM Dominorum* MEDIOLANI *à XVII. generatione ſtemmatis Deſideriani incipiens, & ex ea Ramus* DE MEDIOLANO-VICECOMITUM, (Milani-Viſconti,) *qui ex Inſubria in Comitatum Aſtegianum, & inde in Belgium migrarunt.*

XVII.

MATTHÆUS VICECOMES, cogn. *Magnus*, (Theobaldi filius) n. 15. Auguſti 1250. Vicarius Imperialis ab Imperatoribus, Adolpho Naſſavio 1294. Alberto Auſtriaco 1298, & Henrico VIII Lucemburgico 1312. conſtitutus, poſtquam anno præcedenti 1311. Miles ab eo creatus erat. Dominus Mediolani 1317. *Impetravit ab Imperatore Adolpho Naſſavio Aquilam Regalem, qua Viperæ gentis inſigni acceſſit, iiſque deinde filii nepoteſque & ſecuta poſteritas uſi.* † 24. Junii 1322. Uxor *Bonacoſa Squarcini Burri* filia 1269. † 1318.

XVIII.

STEPHANUS VICECOMES, Miles † 1327. Uxor *Valentina Doria* Barnabæ F. 1317.

XIX.

BARNABAS VICECOMES, *Mediolani Condominus* & S. R. I. Vicarius cum fratribus Matthæo & Galeacio II. ab Imperatore Carolo IV. conſtitutus 1355. cum filiis captus 6. Maii 1385. & veneno ſublatus eſt 18. Decembris ejuſdem anni à Johanne Galeacio, fratris Galeacii filio, poſtea primo Mediolani Duce, qui bona ejus diripienda dedit plebi, unde poſteri à ſummo potentiæ faſtigio ad privatæ fortunæ jura neceſſitateſque redierunt. Vide numerum XXI. Uxor *Beatrix Scaligera*, Regina à fuſtu appellata, Maſtini Scaligeri, Veronæ Domini filia, ducta 27. Sept. 1350. † 18. Junii 1384.

XX.

LUDOVICUS VICECOMES *de Mediolano*, n. in Septembri 1358. Dom. Laud. Pomp. & Cremæ obiit in carcere. Uxor *Violenta Vicecomes*, Galeacii II. filia, Ottonis March. Montisfer. Vidua, 18. Apr. 1381.

XXI.

JOHANNES VICECOMES *de Mediolano* duxit uxorem *Lucretiam* fil. Nicolai *Graſſis*. Hic Johannes, poſtquam cognatus ejus Philippus-Maria Vicecomes, Dux Mediolani III. d. Johannis-Galeacii filius, anno 1413. prædia quædam pacto ei dediſſet, quorum reditus 300. florenos non excedebant, seceſſit in Comitatum Aſtegianum.

XXII.

MATTHÆUS VICECOMES, Miles, dictus *de Mediolano*, quod cognomen manſit & in poſteris; uxor *Helena Pallio de Bourio*, cum qua anno 1494. quo Carolus VIII. Rex Galliæ bellum Inſubribus intulit, ex Comitatu Aſtegiano Pedemontii in Belgium migravit.

GUILIELMUS *de Mediolano-Vicecomes* &c. Vid. pl. pag. ſeq.

RAMI DE MEDIOLANO-VICE

XXIII.

GUILIELMUS, Matthæi F. *de Mediolano Vicecomes*, † 1570. duas duxit

XXIV.

Nicolaus de Mediolano Vicecomes, † Silvæ Ducis ante an. 1605. Uxor *Helena van Roy* Henrici Fil. † post an. 1605.

Helena de Mediolano Vicecomes, n. m. Februario 1539. † Leodii 16. Sept. 1614. nupsit Antverpiæ 31. Dec. 1566. *Guilielmo de Succa* Præfecto vigilum civitat. Gandavi, filio Ottonis, urbis Castelli novi in Comit. Astegiano Senatoris & Luciæ Ruelli. † Leodii 29. Apr. 1614.

Gerardina de Mediolano Vicecomes, n. 1548. † Montibus Hannoviæ 19. Mart. 1602. nupsit *Basilio Graffis*, filio Johannis-Antonii Præfecti vigilum civit. Taurini † Mont. Hannoviæ 1632.

Johannes de Mediolano Vicecomes, † Insulis Flandr. 1. Jul. 1595. Uxor *Agnes Maes*, ducta ibi 9. Januarii 1575. † Gandavi 23. Novemb. 1613.

XXV.

Anna de Mediolano Vicecomes, n. Silvæ Ducis 1584. ubi † 20. Jun. 1656. & nupsit m. Maio 1616. *Uberto vander Capelle*, fil. Gualteri & Mariæ Haymans n. Silvæ Duc. 1584. ubi † 1. Febr. 1655.

Maria de Mediolano Vicecomes, n. Insulis Flandrorum 16. Maii 1578. † Gandavi 16 Martis 1639. nupsit Antverpiæ 31. Decemb. 1594. *Johanni Ottoni Brias* Domino de Uymerghem quæstori hereditario Ouderburgi, filio Jacobi, & Luciæ de Succa n. 1565. † Gandavi 14. Febr. 1643.

Jacobus de Mediolano Vicecomes, n. Insulis Flandr. 22. Nov. 1579. † Gandavi 3. Jul. 1646.

Daniel de Mediolano Vicecomes, n. Insulis Flandr. 9. Maii 1583. † Trajecti ad Rhenum 12. Sept. 1635. Duxit Ulissingæ in Zelandia 10. Sept. 1613. uxorem *Johannam del Corne*, Matthæi & Claræ de Ryche filiam, ibi n. 15. Jul. 1592. † Trajecti 23. Nov. 1674.

XXVI.

Clara de Mediolano Vicecomes n. Trajecti 23. Jan. 1619. ubi † 26. Septembris 1636. & nupsit 29. Apr. 1636. *Johanni Baptistæ Brias*, filio Johannis Ottonis, & Mariæ de Mediolano Vicecomitis, n. Gandavi, † Thunii in Diœcesi Leodiensi mense Sept. 1643.

Agnes de Mediolano Vicecomes n. Trajecti 15. Februarii 1621. ubi † 6. Martis 1695. & nupsit 26. Dec. 1636. *Justo Kriex*, filio Gisberti & Alexandrinæ Balbiani, n. Sneeæ in Frisia 26. Sept. 1614. Divæ Mariæ Canonico 8. Junii 1643. † Trajecti 28. Aug. 1665.

Johannes de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti ad Rhenum 1. Nov. 1622. Divæ Mariæ Canonicus 25. Octob. 1648. S. R. I. *Liber Baro* ab Imperatore Leopoldo creatus 11. Octob. 1696. † Trajecti 20. Febr. 1699. Duxit Sneeæ 2. Septembris 1649. *Alexandrinam Kriex*, Martini, Urbi à secretis & Petronellæ Ferreri filiam, ibi n. 16. April. 1633. † Trajecti 23. Octobris 1701.

XXVII.

Johanna de Mediolano-Vicecomes, n. Traj. 11. Aprilis 1651. ubi † 26. Junii ejusdem anni.

Johanna Petronella de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 29. Sept. 1653. † ibi 26 Octobris 1657.

Martinus de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 12. Sept. 1655. ubi † 3 Januarii 1656.

Johannes de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 6. Nov. 1656. † ibi 7. Maii 1695.

Matthæus de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 29. Nov. 1658. † 2. Decembris ejusdem anni.

Agnes de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 7. Jul. 1662. † 6. Octobris 1664.

Alexandrina Agnes de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 23. Mart. 1665. † ibi 11. Julii 1683.

Martinus de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 15. Dec. 1671. † 4. Januarii 1672.

Daniel de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti ad Rhenum 8. Julii 1652. Divæ Mariæ Canonicus 28. Aprilis 1671. Urbis Trajecti Senator electus 1. Octobris 1686. S. R. I. Liber Baro. Duxit 26. Sept. 1682. *Machtildem-Jacobam, Servaes de Limburgo*, Johannis & Corneliæ de Craen van Haeften filiam, n. Trajecti 10. Decembris 1659.

Johannes Servatius de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 13. Maii, ipso Servatii festo 1684. S. R. I. Liber Baro. Divæ Mariæ Canonicus 19. Octob. 1708

COMITUM (MILANI-VISCONTI.)

XXIII.

Uxores, 1. *Annam de Wölfwinkel.*

XXIV.

Anna de Mediolano Vicecomes, n. 1581. † Trajecti ad Rhenum, 11. Augusti 1637. nupsit 1. *Petro Ormea* ex Marchionibus de Ceva oriundo, vide della Chiesa corona di Savoia Parte II. pag. 290. † Traject. 1599. 2. Trajecti m. Febr. 1600. *Octaviano dal Ponte*, Johannis filio & Lucretiæ de Medicis, n. Casalis Duc. Montisferrati 1555. † Trajecti 9. Aug. 1645.

Christian de Mediolano Vicecomes.

Margarita de Mediolano Vicecomes.

Matthæus de Mediolano Vicecomes, de eo & ejus liberis vide Partem III.

Maria de Mediolano Vicecomes, nupsit *Jacobo Bom van Cranenburg*, urbis Trajecti Senatori 1. Oct. 1613. qui ibi † 20. Oct. 1642.

Johanna de Mediolano Vicecomes.

XXV.

Anna de Mediolano Vicecomes, n. Insulis Flandr. 10. Mart. 1589. †.

Petrus de Mediolano Vicecomes, † Montibus Hannoviæ ex Italia redux mense Februario 1623.

Anna de Mediolano Vicecomes, n. Insulis Flandr. 3. Maii 1592. † Trajecti ad Rhenum 13. Aprilis 1613. nupsit *Sebastiano Millet*, filio Antonii, nato Carmagnolæ, † Trajecti 16. Martii 1613.

XXVI.

Johannes de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 8. Aug. 1614. † ibi 3. Nov. 1617.

Matthæus de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 5. Februarii 1616. † ibi 15. Novembris 1617.

Daniel de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 22. Sept. 1617. † ibi 28. Julii 1619.

Blanca de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 24. Octobris 1625. ubi † 17. Junii 1628.

XXVII.

Gisbertus de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 21. Januarii 1660. Divæ Mariæ Canonicus 12. Maii 1682. S. R. I. Liber Baro. † Traj. 27. Aprilis 1697. † Divæ Mariæ Canonici.

Justus de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 27. Julii 1667. Divæ Mariæ Canonicus 6. Junii 1684. S. R. I. Liber Baro. † Traj. 16. Julii 1705.

Guilielmus de Mediolano Vicomes, n. Traj. 20. Octobris 1669. Divæ Mariæ Canonicus 28. Decembris 1687. S. R. I. Liber Baro. † Tilæ in Geldria 16. Mart. 1701.

XXVIII.

Cornelia de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 13. Junii 1686. S. R. I. Libera Baronissa.

Alexandrina Magdalena de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 13. Februarii 1689. S. R. I. Libera Baronissa.

Gisbertus Franco de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 8. Januarii 1693. S. R. I. Liber Baro.

MITUM, (MILANI VISCONTI.)

Uxor *Catharina vander Straten.* † Trajecti 26. Aug. 1643. XXIV.

XXV.

Johanna de Mediolano Vicecomes, n. Antverpiæ 7. Januarii 1597. † Trajecti 30. Nov. 1661. nupsit ibi 16. Oct. 1617. I. *Johanni Fontuno*, Antonii & Sibrechtæ Hooft filio, Divi Johannis Baptistæ Canonico, n. Hornæ in Hollandia Boreali 13. Aug. 1583. † Trajecti 29. Decemb. 1629. II. *Guilielmo de Jongh.*

Gertrudis de Mediolano Vicecomes, † Trajecti 7. Decembris 1619.

XXVI.

Gertrudis de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 18. Januarii 1628. ubi † 6. Aug. 1679. & nupsit 19. Febr. 1650. *Guilielmo Morcelse*, Justi & Mariæ Crook van Ordera filio, n. Traj. 8. Sept. 1620. † ibi 10. Oct. 1667.

Catharina de Mediolano Vicecomes, n. Traj. 1629. † ibi 16. Febr. 1640.

Margarita de Mediolano Vicecomes, n. Trajecti 23. Apr. 1630 †. Zirizeæ in Zelandia 17. Nov. 1652. Nupsit Trajecti 28. Maii 1650. *Christophoro del Corne* Prætori Cataractæ Gandavi, (Sas van Gent) filio Ottonis & Adrianæ Beukelaar, n. Zirizeæ 5. Maii 1626. † Cataractæ Gandavi, m. Oct. 1688.

XXVII.

Francisca Petronella de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 9. Oct. 1668.

Maria Catharina de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 13. Aug. 1671.

Johannes Ludovicus de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 3. Julii 1676.

Jacobus Josephus de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 25. Martii 1678. ubi duxit 18 Augusti 1706. *Mariam Franciscam Theresi m le Plat*, Johannis Jacobi & Antoniæ la Rougéé filiam, natam Mechliniæ 28. Octobris 1681.

Anna Bernardina de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 20 Aug. 1679.

Guilielma de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 17. Nov. 1680.

Guilielmus Adrianus de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 31 Oct. 1681.

Matthæus Godofredus de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 2. Martii 1683.

Maria Isabella de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 22 Apr. 1684.

Judocus Adrianus Antonius de Mediolano Vicecomes, natus Mechl. 5. Sept. 1686.

XXVIII.

Anna Maria de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 15. Aug. 1691. ubi † 2. Sept. ejusdem anni.

Horatius Franciscus de Mediolano Vicecomes, n. Mechl. 7. Aug. 1692. † ibi 9. die ejusdem mensis.

Johannes Jacobus de Mediolano Vicecomes n. Mechl. 15. Julii 1707. † ibi 5. Novembris ejusdem anni.

Horatius Josephus de Mediolano Vicecomes n. Mechlin. 22. Octob. 1708.

LE BLASON DE MILAN-VISCONTI ET DE SES ALLIEZ,

M*ILAN-VISCONTI* aux Païs-Bas portoit autrefois coupé du Roi des Romains sur Milan-Visconti, ou coupé au premier d'or à l'Aigle de sable au vol abaissé, qui est du Roi des Romains, & une marque Gibelline, *Petra Sancta de tesseris gentilitiis pag.* 415. *col.* A. prise par concession de l'Empereur Adolphe de Nassau, l'an 1292. comme Matthieu Visconti Vicaire Imperial & ses Décendans l'ont portée. *Merula antiquitat. Vicecomitum Mediolanensium lib. IV. pag.* 143. *litt. D.* & 144. *litt. A. Tristanus Calchus Mediolanen. Historiæ Patriæ lib. XVIII. pag.* 397. *litt. A. Josephus Ripamontius Historiarum Ecclesiæ Mediolanensis lib. VI. pag.* 405. *lin.* 10. & *pag.* 407. *lin.* 1. *ac libro VIII. pag.* 483. *lin.* 6. & *Historiæ Patriæ lib. I. pag.* 514. *litt. B. Jacobus-Wilhelmus Imhof Historiâ Italiæ & Hispaniæ Genealogicâ pag.* 143. *Bernardino Corio Historia di Milano parte II. pag.* 301. *Sansovino delle famiglie illustri d'Italia §. Signori Visconti. Anfiteatro Romano da Gio. Pietro de Crescenzi parte I. §. Visconti pag.* 352. *col. B. à la fin. Beatiano Araldo Veneto pag.* 252. au deuxiéme d'argent à la Guivre d'azur, couronnée d'or & tortillée de trois tours en pal à l'enfant issant de gueules, qui est l'ancien Blason des Visconti de Milan, *Della Chiesa fiori di Blasoneria pag.* 95. & l'Armoirie parlante de la Comté d'Anglerie, *Menestrier, Origine des Armoiries, de l'impression de Paris de l'an* 1679. *chap.* 4. *pag.* 105. Les Lambrequins d'argent & d'azur, *Brianville, Jeu d'Armoiries pag.* 82. & *Beatiano pag.* 252. Pour cimier la Guivre naissante de ses Armes d'azur & couronnée d'or entre un vol d'argent, *Veritable Art du Blason en* 24. *chap.* 19. *pag.* 170. A présent Milan-Visconti, demeurant à Utrecht porte écartelé au premier & quatriéme l'Aigle, & au deuxiéme & troisiéme la Guivre, toutes deux blasonnées. L'Ecu timbré d'une Couronne. Cimier un Bonnet Ducal, ou Chapeau plat & rouge, accollé d'une Couronne, retroussé & doublé d'hermines, étant sommé de la Guivre naissante d'azur entre un vol d'argent. A ce Heaume il en ajoûte encore deux autres, dans le nombre & ordre qu'il lui plaît, & couverts de Bonnets comme dessus. L'un desquels a les Lambrequins d'or & de sable. Cimier l'Aigle à deux têtes, ou Imperiale de sable, couronnée du Diadême & chargée en cœur d'une L. dorée, primiere lettre de l'Auguste Nom de l'Empereur Leopold. Et l'autre a les Lambrequins d'argent & de gueules. Cimier une queuë de Paon, chargée d'un petit Ecusson rond d'argent, marqué d'une Croix de gueules, qui est le Blason de la Ville de Milan, posé sur le timbre de la Maison d'Autriche, Maîtresse de la Capitale aussi bien que de la Duché du même nom., *Menestrier, Origine des Armoiries pag.* 105. & *de la Chevalerie ancienne & moderne chap.* 1. *pag.* 60. Supports deux Leopards d'or. *Brianville, Jeu d'Armoiries pag.* 82. & *Beatiano Araldo Veneto pag.* 252. L'un à la main droite tient la Banniere d'argent à la Croix de gueules, qui est de S^t. Ambroise, Patron de la Ville de Milan. *Georgius Merula lib. II. pag.* 26. *litt. A. Girolamo della Corte, Giovanni-Battista Villanova pag.* 16. *Abbas Urspergens. Bernardino Corio parte I. pag.* 47. 49. 99. 117. & *parte II.* 285. 310. & *parte IV. pag.* 601. & *parte V. pag.* 789. L'autre à la gauche tient la Banniere d'argent à la Guivre & l'issant dessus blasonnée, qui

est

est l'ancienne Banniere de Visconti de Milan, *Bernardino Corio parte II. pag. 317. & parte III. pag. 447. Paulus Jovius in vita Ætii Vicecomitis lib. IV. pag. 59. & in vita Johannis Vicecomitis lib. VI. pag. 68. Georg. Merula lib. III. pag. 31. litt. D. Ripamontius Hist. Eccl. Med. pag.* 689. Le tout accordé à Messire Jean de Milan-Visconti, Libre Baron du S. Empire Romain par l'Empereur Leopold aux Lettres patentes, données à Vienne l'onziéme Octobre l'an 1696.

Il est à noter, que les Armoiries particulieres de la Maison de Visconti de Milan sont devenuës le Blason du Duché de Milan de la maniere suivante: Jean-Galeas Visconti étant créé Duc de Milan, par Lettres patentes de l'Empereur Vencislas, données à Prague l'an 1395. l'onziéme Mai, que l'on trouve dans la premiere partie du Code Diplomatique de Leibnits pag. 257. n. CIX. fut suivi de deux fils nommés Jean-Marie & Philippe-Marie, & de six autres de la famille de Sforza, adoptée dans la Maison de Visconti l'an 1430. par le mariage, que François I. fit avec Blanche-Marie fille naturelle du Duc Philippe, de qui le Fils Cadet Louïs Sforza-Visconti a sû obtenir de l'Empereur Maximilien I. une nouvelle investiture du Duché de Milan au préjudice des heritiers de son frere aîné, dépêchée à Anvers l'an 1494. le cinquiéme Septembre, toute inserée dans l'Histoire de Milan de Bernardino Corio parte VII. pag. 929. de l'impression de Padouë. Laquelle disoit entre antres choses: qu'il porteroit pour le Duché de Milan d'or à l'Aigle de sable, écartelé de la Guivre de sa famille. Et après la mort de François II. dernier Duc de la Famille de Sforza-Visconti, décedé sans enfans, le Duché de Milan devint à l'Empereur Charles V. l'an 1535. qui le donna à Philippe II. son Fils, Roi d'Espagne en fief de l'Empire l'an 1554. au 25. Juillet, jour de ses nôces. Depuis ce tems le Roi Philippe & ses Successeurs, jusques à présent ont porté, pour le Blason du Duché de Milan, l'Ecu écartelé au premier & quatriéme l'Aigle du Roi des Romains, & au deuxiéme & troisiéme la Guivre de Visconti, à l'exemple des anciens Ducs de la premiere & seconde Race, qui ont ainsi porté leurs Armes en écartelure, ou bien la Guivre toute seule, comme on peut prouver par la Monnoye d'or & d'argent, de laquelle les figures se trouvent aux Livres de Monnoyeurs, & par les Sceaux, dont Bissius rapporte deux differens aux preuves de la Maison de Visconti, qu'il a publiées en Latin sous le titre de *Gloriosa Nobilitas familiæ Vice-Comitum*. L'un de la Guivre toute seule, duquel il dit avoir été scellées les Lettres du Duc François Sforza-Visconti de l'an 1450. pag. 125. n. 58. L'autre, qu'il appelle le grand Sceau des Viscontis, est un écartelé de l'Aigle & de la Guivre, qu'il raconte avoir été imprimé sur un Instrument du Duc Galeas-Maria Sforza-Visconti de l'an 1473. pag. 135. & 136. n. 61.

Doria porte coupé d'or & d'argent à l'Aigle de sable couronnée *delle Chiesa fiori di blasoneria.* pag. 47. Cimier l'Aigle de sable couronnée.

Della Scala porte de gueules à l'échelle d'argent soûtenue de deux chiens de même *della Chiesa fiori di blasoneria pag. 86. Brianville, Jeu d'Armoiries pag.* 103.

Grassis porte échiqueté d'argent & de sable au chef Gibellin, qui est d'or à l'Aigle de sable. Cimier l'Aigle naissante blasonnée, *della Chiesa fiori di blasoneria pag. 55. dit échiqueté d'or & de sable.*

Pally porte tranché de gueules & d'argent, *della Chiesa fiori di blasoneria pag.* 73. Cimier une tête & le col d'une Licorne d'argent acornée d'or.

Wolfwinkel porte d'azur à trois anilles ou fers de moulin d'or 2. & 1. Cimier un vol d'azur.

Van Roy porte d'argent à trois anilles ou fers de moulin de gueules 2. & 1.

Vander Capelle porte écartelé au premier & quatriéme d'argent à la Chapelle de gueules, essorée d'azur sur une terrasse de sinople, qui est vander Capelle, au deuxiéme & troisiéme d'azur à la fasce bretessée d'argent, accompagnée de trois besans d'or, deux en chef & un en pointe. Cimier la Chapelle blasonnée entre un vol, dont l'aile droite est coupée d'argent & de sinople, la fenestre au contraire.

Succa porte de gueules à la calabasse d'or, au chef d'argent. Cimier un More naissant, vêtu doublé & son tortil aux émaux de l'Ecu, tenant la calabasse, que les Italiens nomment SUCCA, à la main.

Maes

Maes porte de fable à deux quintefeuilles d'argent, boutonnées d'or, l'une au canton, fenestre, l'autre en pointe, au franc quartier d'or, chargé d'une zule ou d'un double roc de gueules. Cimier une quintefeuille blasonnée entre un vol de fable.

Ormea porte fascé d'or & de fable de fix pieces (*qui est de Ceva Della Chiesa fiori di blasoneria pag.* 40. *Ceva antichi Marchesi nelle Langhe: fasfie d'oro, e negre à sei pezze.*) Cimier un vol de fable.

Dal'Ponte porte mi-parti, au premier d'or à trois pieux de fable, aiguisés par le bas & terminés en lozange par le haut, traverfés en fasce par un autre pieu ou bois ancré de même, au deuxiéme palé de gueules & d'or de quatre pieces. Coupé de Medicis, qui eft d'or à cinq boules de gueules en orle, en chef un tourteau de France, ou d'azur chargé de trois fleurs de lis d'or. Cimier l'Aigle naiffante de fable, couronnée d'or.

Vander Straten porte d'or à trois anilles ou fers de moulin de fable 2. & 1.

Bom van Craenenburg porte d'azur à une tour donjonnée d'argent, fommée de trois grues en pourfil de même fur les crenaux, chacune avec fa vigilance, c'eft-à-dire avec une pierre qu'elles tiennent levée à la ferre droite. Cimier une grue blafonnée entre un vol d'azur.

Brias ou Briaffa porte d'or au Lion de fable au chef de finople, chargé de trois épics de blé d'or. Cimier trois épics blafonnés.

Del Corne porte de gueules au huchet ou trompe d'or, lié d'argent. Cimier le huchet blafonné. Devife SEMPRE.

Millet porte d'azur à la gerbe de Millet d'or en pal, liée en abîme & en pointe de même, fur une terraffe de finople. Cimier un Pelican enfanglanté avec fa pieté, c'eft-à-dire dans fon aire avec fes petits, qui fuccent le fang, qu'il fait fortir de fa poitrine; le tout au naturel ou d'argent. Devife AMORE.

Kriex porte écartelé au premier & quatriéme d'or à trois cérifes (que les Flamans nomment kricken) de gueules, les queuës ou tiges de finople, pofées en bas & 2. & 1. au deuxiéme & trbifiéme d'azur à la fleur de lis d'or, qui eft Eyl. Cimier un Cérifier de Sinople fruité de gueules.

Serviaes de Limburg porte d'or à quatre fasces de Gueules. Cimier une Cicogne d'argent naiffante du timbre couronné.

Pot porte d'or à trois marmites avec leurs cornieres de fable, pofées deux & un.

Van Geffel porte d'argent à trois fleurs de lis de gueules, 2. & 1. Cimier une fleur de lis blafonnée entre un vol d'argent.

Portenghen porte de gueules à trois chevrons d'argent, au lambel de trois pendants d'or. Cimier un vol de gueules.

De la Fontaine porte de finople à la coupe ouverte, qui fert de baffin aux jets d'eau, fortants de tous côtés d'un tuyau ou écot noueux, dreffé en pal au fond de la coupe, le tout d'argent. Cimier la Fontaine blafonnée entre un vol de finople.

De Jong porte coupé d'azur & de gueules à la fasce ondée d'argent, le premier au chevron d'argent, accompagné de trois étoiles d'or de fix rais, le fecond à la fleur de lis d'argent. Cimier une étoile blafonnée entre un vol de finople.

Mgreelfe porte d'azur à trois étoiles de fix rais d'argent. Cimier une étoile blafonnée.

Longueval porte fascé de gueules & de vair de fix pieces. Cimier un griffon naiffant d'or.

De Munk porte parti émanché de gueules d'or de fix pieces en fasce.

Sangueffa porte d'argent à l'arbre fur une terraffe, le tout de finople, accoftée à feneftre d'un Ours rampant de fable. Cimier l'Ours blafonné naiffant du bourlet aux émaux de l'Ecu.

F I N I S.